GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [1] - -


Leibn. Marg. 67

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [2] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [3] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [4] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [5] - -

PUBLIC DOMAIN

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [6] - -

PUBLIC DOMAIN

SYLLOGE
GENEALOGICO-HISTORICA.

è

NUMERO PRAECIPUARUM

familiarum, quibus suos Principes Germania nostra debet, duodecim exhibens,

ET EARUM TUM ORIGINEM

tum varias divisiones, qua fieri potuit brevitate, explicans.

AVTORE

PHILIPPO JACOBO SPENERO, D.

Editio secunda multo auctior & emendatior.



Francofurti ad Mœnum,
Impensis JOHAN-DAVIDIS ZUNNERI,
Typis JOANNIS DIETERICI Friedgens.

M DC LXXVII.

Ah
49

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [7] - -
PUBLIC DOMAIN

BIBLIOTHECA
REGIA
HANNOVERANA

Niedersächsische
Landesbibliothek
Hannover

SERENIS
PRI
DN.
A
Dn. FE
W
FRAT
DUCIBU
ET TECC
PELIC
PRINCI
IN ITERA
ILLI
HUIC PRÆ
EJUSDEM
CESSI
DICAT,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [8] - -

PUBLIC DOMAIN

(o)

SERENISSIMIS, CELSISSIMIS
PRINCIPIBVS AC
DOMINIS,
DN. FRIDERICO
AUGUSTO,
ET
Dn. FERDINANDO
WILHELMO,
FRATRIBUS GERMANIS,
DUCIBUS WIRTENBERGIÆ
ET TECCIÆ, COMITIBUS MONTIS-
PELICARDI, DOMINIS IN
HEIDENHEIM, &c.
PRINCIPIBUS SUIS CLEMENTISSMIS,
IN ITERATA EDITIONE SYLLOGEN
HANC SUAM
ILLI JAM OLIM PROPRIAM,
HUIC PRÆMORTUI FRATRIS JURE ET
EJUSDEM IN AFFECTU ERGA SE SUC-
CESSIONE OMNINO DEBITAM,
DICAT, DEDICAT, CONSECRAT,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [9] - -
PUBLIC DOMAIN

ET
AB EO QVI REGUM EST REX ET DOMINANTIUM DOMINUS,
A QVO HABET QVIQVID IN SECULO CELSUM EST ET ÆSTIMATUR,
PERENNEM IPSIUS
E COELO GRATIAM,
EX QVA
QVOTIDIANIS ILLUSTRIUM DECORUM INCREMENTIS DOMUM SUAM ORNENT,
MAJORUM ET ALIORUM QVI VIRTUTE PRÆLUXERE EXEMPLA TOTA VITA FIDELITER EXPRIMANT,
DE VERITATE COELESTI ET PUBLICO COMMODO PRÆCLARE MEREANTUR
ATQVE ALIQVANDO DIVINÆ GLORIÆ ET COMMUNIS SALUTIS INSTRUMENTA BONIS OMNIBUS EFFICACIA ET FELICIA AGNOSCANTUR,
OLIM
SANCTORUM COELITUM, QVORUM HIC MULTA CELEBRANTUR NOMINA,
COETUI BEATO
GLORIOSE INSERENDI,
SERIA PIETATE ADPRECATUR
ET QVOTIDIE PRECARI NON DESISTET
TOTIUS SERENISSIMÆ DOMUS CULTOR
HUMILLIMUS
PHILIPPUS JACOBUS SPENERUS D.
Eccl.Evang.Francof.Paſtor & Miniſt. Senior.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [10] - -
PUBLIC DOMAIN

DEDICATIO PRIOR.

SERENISSIMIS CELSISSIMIS PRINCIPIBVS AC

DOMINIS,

DN. FRIDERICO AUGUSTO,

ET

DN. ALBERTO,

FRATRIBUS GERMANIS, DUCIBUS WIRTENBERGIÆ ET TECCIÆ, COMITIBUS MONTIS-PELICARDI, DOMINIS IN HEIDENHEIM, &c.

PRINCIPIBUS ET DOMINUS SUIS CLEMENTISSIMIS

DIVINAM GRATIAM,

ET AB HAC

QVOTIDIANA INCREMENTA, SPEI PUBLICÆ COMPLEMENTA, SERENA, CELSA LÆTAQVE OMNIA!!!

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [11] - -
PUBLIC DOMAIN

Sereniſſimi & Celſiſſimi Principes,
Principes & Domini Clementiſſimi.

QUÆ alias ſæpius Gentis Judaicæ, illius Divini peculii, in ſacris literis figura eſt, Vitis, non minus eadem ſancti Spiritus, ſtylo Ezechæliano expreſſa, Φερσει (cap. XV. XVII. XIX.) regiam familiam nonnunquam & in ea principes notare obſervatur. Non hic noſtrum eſt inſtitutum, ut emblema coloribus ſuis pingamus, vel menti prophetæ aſſequendæ commentarium ſcribentes, ea exprimamus, quæ utrisque ſunt communia. Sufficiant ea, quæ ultro ſe, ubi primum illa animo objicitur ſimilitudo, offerunt. Dicantur ſtirpes illuſtres generoſæ vites, quæ cum aliis plantis eadem humo prognatæ, dulcedine tamen fructus iſtas non parum ſuperant; ſub quarum palmitibus latiſſimis (melius quam domeſtica vite aut ficu) umbram & ſomnum ſecure capere licet; quæ ſi propria dignitate aliis fruticibus non præferendæ, & ſceptro exinde dolando minus videan-

videantur idoneæ, divina tamen virtute in illum excreſcere modum poſſunt, ut virgis ſceptrisque regum, rectis pariter ad juſtitiam & in ultionem validis, belli ducum ſcipionibus triumphalibus, & centurionum vitibus, quinimo publicæ ſalutis telamonibus & columnis materiam præbeant. Tales vobis exhibeo, Principes Sereniſſimi, in iſtis pagellis deſcriptas vites, in quarum una, quæ lætiſſima ſoli, in quo ſuccrevit, ubertate, ramorum amplitudine, ad omnia munia aptitudine & fructuum fæcunditate mirifica nulli alii concedit, Vos quoque, ex quo primum è pleniſſimis bonæ ſpei gemmis erupiſtis, in palmites decoros atque robuſtos, qui non pampinarii ſolum ſed & fructuarii evadant, adoleſcitis. Non ergo celſis nominibus, quæ præfigantur, hoc argumentum, quod illa unice tractat, indignum eſſe exiſtimo; nec id alienum videri poteſt, quod Veſtra (nulla enim ex his eſt vitis, quin aliorum ramos frequentibus complectatur claviculis, ut ita veſtræ dici queant omnes, in quarum una eſtis.) Vobis, Auguſtæ ſtirpis digniſſimæ propagines, offero. Verum adhuc aliæ inſcriptionis non deſunt rationes: Nam Clementiſſimus ille affectus, quo Sereniſſimus Pater veſter, Princeps & Dominus etiam meus

Clementiſſimus, ab aliquo tempore me dignatus, quemque non præſenti tantum ante hos tres fere annos, ſed ex eo abſenti quoque teſtari non gravatus eſt, id ipſum exigebat, ut aliquod publicum teſtimonium ederem, quanti illam gratiam æſtimandam, cum alia gratitudinis mihi deſint inſtrumenta, cenſeam. Cum vero in hoc eſſem, nihil comparebat, quod illo Principe, qui doceri à nemine opus habet, dignum videretur: Unde ne omnino propoſitum omittendum eſſet, adFilios Paternarũ quidem virtutum æmulos, quorum tamen ætas adhuc doctoris patiens eſſet, deſcendendum fuit: non ut præceptoris mihi munus αὐτόκλητος arrogarem, gnarus Clariſſimum Dominum Georgium Fridericum Stoffelium non alio egere monitore aut collega, cum avi Joannis Stoffelii, hujusque affinis Joannis Chriſtophori Zengeri, qui in omnis generis literas, ipſi doctiſſimi, & in Sereniſſimæ Wirtenbergicæ domus ſervitia, ille præfectus Hericuriæ, hic Cancellarius Montispelicardi, zelum ſuis ingenerarunt, exemplo, veſtris incrementis unice attentus, nihil in generoſa, qua cælitus donati iſtis, indole ad omnes excelſas virtutes formanda omittat aut negligat. Quos tamen hic vobis ſiſtam doctores, vel

diligen-

diligentissimus & peritissimus sibi adjungi non dedignabitur. Sunt illi quotquot in his paginis nominatos legetis, Imperatores, reges, principes, sæculorum suorum heroes, & non abnuente hanc etiam suo sensu formulam scriptura, Dii terrestes. Quicquid enim hi, cultum divinum fovendo, promovendo, repurgando, piè; suos legibus & judiciis, præmiis & pœnis ad lancem æquitatis irrogatis regendo, justè & prudenter; vim à concredito populo propulsando & limites justis modis proferendo, fortiter; sibimet imperando & compescendo animi motus σωφρόνως; aut in cujuscunque alterius virtutis exercitio præclarè gesserunt, universa illa exempla, quorum hic seges non parca est, totidem doctorum clarissimorum præcepta æstimare convenit. Quinimo ea exempla doctrina quacunque tanto fideliora judico, quanto qui illa edunt in majori autoritate, & alias quoque longum per præcepta iter, breve & efficax per exempla est. Sed hos præceptores, qui aliis quoque in illustri positi prosunt, vobis proprios esse negabitis. Nolim vero (quamvis & cœlum, aër, aut aqua non minus nobis grata, quia universis patent) non proprios istos doctores haberi. Vobis certe, Principes Sereniissimi, proprii merito videri

debent, non ſoli, qui in Wirtenbergica veſtra domo prælucent, (quamvis vel illi ſufficere, in virtutibus omnibus proficere volenti, quirent) Sed etiam in aliis ſtirpibus, quibus animam debetis & ſpiritum; ex quibus deſcenditis, & in quibus ante alios vobis vindicare poteſtis partem, tanquam non indolis tantum generoſæ, quam ab illis traxiſtis, atque titulorum, ſed & exemplorum heredes præcipui. Si enim illos quoque expungatis è libello, quibuscum communem ſanguinem non habetis (qui opidò pauci erunt, ſi tamen aliqui) non eſt, quod de numero reliquorum conqueramini; etiamſi ad illos tantum reſtringere ſit animus, à quibus paternum maternumve ſanguinem trahitis. Capiemus rei exemplum; Quot illuſtria virtutum omnium documenta in eo ſolum diagrammate obſervabimus, quo more Germaniæ familiari veſtros ex utroque latere ſedecim progenitores ſub finem præfationis conſignamus? Si pietatis exempla in his deſideremus, en heroës illos ſuperioris ſæculi, veritatisque, dum tempus eſſet periculoſiſſimum, in Comitiis Auguſtanis confeſſores imperterritos, Georgium M. Brandenburgicum, Erneſtum D. Brunſvico-Lunæburgicum, Philippum Landgravium Haſſiæ

Haſſiæ! trigam nobiliſſimam, quam cum altera Danielis ſociorum haud injuria comparaveris: niſi quod hos breve diſcrimen, licet maximum, illos per plures annos multa exercuerint. Si Joannem Electorem, Joan. Fridericum Ducem Saxoniæ, Franciſcum Lunæburgicum, & Wolfgangum Anhaltinum, qui ſuperiorum paraſtatæ, ſymbolum noſtrum Carolo Imp. ſimul exhibuere, in illa tabula non comparere excipias. Illorum locum patruelis & ſobrinus, Henricus atque Auguſtus, iſtius, frater Erneſtus, hujus, patruelis Joannes non ſemel hic lectus, in quibus haud minor Zelus notatur, ſupplere poſſunt. Præter hos Chriſtianus III. R. Daniæ, Joachimus II. Elector & Joannes March. Brandenburgici, Julius D. Brunſvicenſis, Chriſtophorus D. Wirtenbergiæ (gentilis veſter) Henricus D. Megapolitanus, Fridericus II. D. Lignicius, Gebhardus Com. Mansfeldiæ & alii, omnes Evangelicæ religionis, quam in ditionibus vel introduxere vel ſingulariter fovere, defenſores conſtantiſſimi, comparent, ac nepotibus prælucent. Si bellicæ virtutis deſiderentur documenta; nec in illis parci eſſe cogimur: quos enim ex illuſtrium ordine ſuperius ſæculum fortes militiæ duces prædicat, magna ex parte

hic

hic etiam legitis. Nec pacis ſtudium minor haberi virtus debet, aut juſtitia, propria quoq; plerorumque qui hic leguntur elogia. Sed anguſtior eſt hujus alloquii modus, quam ut quæ in compendium redacta ſequentes pagellę exhibent, arctius adhuc contracta capere poſſit: & ad illa me referre malo, quæ in ipſa συνόψεσι potius indice digito oſtendimus, quam depinximus, ſingulorum decora. Si ergo imaginibus majorum fumoſis & jam dimidiis in atrio calcar, quo ad virtutem poſteri incitentur, ineſſe antiqui, nec vani rerum æſtimatores, credidere, ſtimulum haud dubie efficaciorem ipſis virtutibus, quas hiſtoria prædicat atque commendat, inhærere dixerim. Illos Doctores autem & eorum exempla, ut non muti vel hæc emortua videri, adeoque minus movere debeant, alius quem domi habetis Doctor quotidie animat, & hæc in vita ſua ita expreſſa repræſentat, ut in illum reſpicientes, quæ hic in pluribus laudamus, in uno deprehendatis; quæ vero in illo reſpicere oporteat, in his plurium elogiis ſigillatim notata legere valeatis. Eſt is Sereniſſimus Pater veſter, Princeps & Dominus meus Clementiſſimus: cujus laudibus pro dignitate enarrandis, (panegyriſtæ hoc argumentum eſſet) noſtra lingua, calamusq; impar eſt;

est; tum & ipse ægrius illa audit, qui virtutem virtutis præconio longe anteponere didicit. Id unum addo; quod hic ante oculos quotidie esse debeat, ad cujus normam fingantur mores, & in quo majorum exempla tanquam in speculo iterum repræsentata conspicari liceat. Pietas ejus, quæ veræ doctrinæ subscriptionem non sufficere agnoscens, ipsum animum & in hoc se totum Deo suo consecrat, in literas non vulgaris amor, cujus vel bibliotheca argumentum facere potest, sapientia & regendi artes, (nam & regias virtutes in parvæ ditionis gubernatione observare non insolens; nec cymbam in furente mari quam majorem navem moderari minoris artis est) in fratrem majorem studium singulare, rei familiaris solers cura, in utraq; fortuna animus idem, & qua olim in admirationem sui patriam traxit, fortitudo, militis inter circumvolitantes mortiferas pilas animositatem cum ducis prudentia & dexteritate jungere adsveta, tituli sunt Parenti vestro Sereniſſimo debiti, & à majoribus accepti: quos vobis etiam, spei publicæ floreniſſima decora, transmittere laborat, cum ad eadem animos teneros adsvefacit. Faxit Deus Omnipotens Rex regum & Dominus Dominantium, ut Doctore hoc diutiſſime fruamini, &

in eo-

in eodem Germania noſtra ſydere fulgentiſſimo; Idem publica tot bonorum, ut quam nunc veſtri flores exhilarant, patria, olim de fructuum ubertate & dulcedine ſibi plurimum gratuletur, vota de vobis exaudiat, Vitis nobiliſſimæ, quæ in terris eminet, nec vero minus cęleſtis omni nobiliſſimâ nobilioris vitis, quæ à Jeſu Chriſto ſuccum trahit fęcundantem & ſalvificum, Palmites lætiſſimi. Ita precatur poſt alios domum Veſtram Sereniſſimam dudum colens, & qui iſtud munuſcum non ingratum vobis fore confiſus non deſiſtet ſuum ulterius cultum quavis ferente occaſione probare, tanquam

Sereniſſ. V. V. Celſitud.

Ad preces & obſequia

humillime addictus

Argent. 28. Ianuar. clɔ Iɔc LXV.

Philippus Jacobus Spenerus,
SS. Th. D. & Eccleſiaſtes.

Præfatio

Præfatio ad B. Lectorem.

SI cui noſtra legere lubitum fuerit, de paucis in anteceſſum monendus videtur. Et primò quidem ut illa conſignarem, non eo animo me acceſſiſſe fateor, tanquam ab aliis nondum tractata exhibere ſperarem, cum in juſtis hiſtoricorum voluminibus, ubi virtutibus etiam digniores obtigere præcones & ab eloquentia horum ornatus, ea abunde fuerint deſcripta, ex quibus hic non niſi pauca excerpta vides. Sed cum in compendium ſumma capita, quæ illi prolixis narrationibus exſequuntur, redacta non parum tirones hujus ſtudii juvare exiſtimem, poſt illos meæ quoque diligentiæ aliquod ſpicilegium relictum credidi. Tanto magis autem, quod auditorum meorum, quibus in illa Hiſtoriæ parte ab aliquo tempore (ex quo olim Sereniſſimorum Principum ac Dominorum, Dn. CHRISTIANI & Domini JOHANNIS CAROLI Fratrum Germanorum Comm. Palatinorum Rheni, Ducum Bavariæ, Comm. Veldentii & Sponheimii, &c. Principum & Dominorum meorum Clementiſſimorum, ſtudiis admotus, hoc argumentum excolere nonnihil cæperam) mea uti qualicunque opella viſum eſt, ſæpius repetita flagitatio hoc mereri videbatur, ut eos à moleſto & ſumtuoſo deſcribendi obſervationes iſtas labore liberarem, ad hoc me perſvaderi paſſus ſum, ut prelum ſubirent, quæ privato commilitonum uſui antea dicaveram. Meo itaque ſcopo ſatisfactum erit, ſi horum deſideriis: id ulteriori lucro

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [21] - -
PUBLIC DOMAIN

lucro imputabitur, si alii ad se etiam aliquos ex illo labore fructus redundare posse æstimaverint. Autores ut adderem, & testes eorum quæ referuntur, (nisi quod Thuani lectionem omnibus commendare annitor) non tulit instituti ratio, præsertim cum illorum nomina auditoribus (hos vero primum hic respici, modo professus sum) non multo negotio, dum de singulis disserere stirpibus coram illis soleo, addere liceat: quò illa remitto. Eadem propositi ratio, cum ut brevis essem imperaret, stylum alicubi vix, saltem non concinne, cohærere passa est, nec de ornatu solicito esse permisit. Ex eadem causa non in elogia virtutum excurrimus, nec titulos plenos consignamus: contenti, si lector, quos digito notemus, intellexerit. Sed nec Sol lampade eget, nec cum Saturno & Marte Jovem pudet, si sine alio titulo Planeta dicatur. Quod nothi, doli, errores non reticentur, indicio esto, quod veritas etiam in concisa tractandi methodo emicet, & quantum hæc ex historia haurit, tantundem ex ipsa hauriat candoris. Nec hic ulla proficit dissimulatio, cum hæc talia dudum in Chronicis prostent. Ordinem familiarum quod concernit, eum hic nullum esse dico; metatoris imperii hoc munus esto, collocare principum thronos, non privati. In hac sylloge sufficiat, cum omnes simul excudi non potuerint stirpes, tanquam sortitò unam post aliam, prout in schedis meis unius tractatio quam alterius citius absoluta, esse descriptas: nullam ego primam, mediam vel ultimam dicam, etiamsi paginæ priores aliam, aliam posteriores nullo earum præjudicio exhibeant. Quod in hoc pagellarum insontium peccatum? De cætero præter fidem me diligentiam adhibuisse

buisse mediocrem non diffitebor, utrum vero inter tot difficultates & dubia semper feliciter res successerit, esto aliorum judicium. Saltem non lapsus sum volens, & sicubi erravi, monenti habebo gratias, atque rectius edoctus candide emendare promitto. Nec jam aliud sæperat, nisi ut toto corde ex pietatis Christianæ præscripto, similiter omnibus & singulis Serenissimarum harum stirpium, palmitibus à Conditore omnium universa felicia apprecer. Redundent in singulos pariter, quæ uni & alteri sum precatus: & effundat Sacrosancta Trinitas largissime suas benedictiones in sacra capita. Vivat AUGUSTISSIMUS IMPERATOR, Vivant REGES POTENTISSIMI, Vivant ELECTORES & PRINCIPES SERENISSIMI, Vivant COMITES ILLUSTRISSIMI, & omnibus quæ Principes quæ homines beare possunt, universi abundantissime bonis fruantur. Crescant ulterius stirpes nobilissimæ, & mittant radices deorsum atque faciant fructum sursum. Plantatæ in montibus sublimibus erumpant in germina & faciant fructum; & sint in cedros magnas, & habitet sub illis ac umbra frondium earum populus Christianus. In Davidico voto subsistam (Psalm. XX.) Exaudiat vos Dominus, *Christiani orbis proceres*, in die tribulationis: protegat vos nomen Dei Jacob. Mittat vobis auxilium de sancto, & de Sion tueatur vos. Memor sit omnis sacrificii vestri, & holocausta vestra pinguia fiant. Tribuat vobis secundum cor vestrum, & omnia consilia vestra confir-

met. Ita lætabimur in ſalutari veſtro, & in nomine DEI noſtri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones veſtras: & cognoſcemus quoniam ſalvos fecit Dominus Chriſtos ſuos. Domine ſalvos fac *proceres populi tui*, & exaudi nos in die qua invocaverimus Te. *Amen.*

Præfatio nova ad Lectorem Benevolum.

DUodecimus jam volvitur annus, ex quo primum Sylloge hæc, inprimis auditorum meorum in his ſtudiis uſui deſtinata, prodiit. Cum exemplaria primæ impreſſionis vendita eſſent, non ſemel Dn. Joannes David Zunnerus, ab aliis Bibliopolis ab ipſo petere ſolitis de curanda iterum editione ſolicitatus, me quoque ut hoc permitterem compellavit. Memor à me etiam amicos idem ſemel atque iterum deſideraſſe, petito facile annui, ut tamen non eadem omnino facie ſed auctior prodiret libellus: in quo denuo adornando tantum tamen mihi negotii fore, non nego, quod non prævideram, cum manus admoverem. De ratione inſtituti ea non repetam, quæ in priori præfatione dicere occupavi, ſed ea tantum monebo, quæ hanc editionem concernunt, quæ iſta præ priori habet eximia. 1. Continuata eſt hiſtoria & genealogia in ſingulis familiis ad hunc usque annum, quantum

ejus

ejus ad meam pervenit notitiam. Tum etiam non pauca correcta, de quibus quam prius certiora hactenus comperi. 2. Inserta sunt plurima historica, quæ in priori editione non reperiuntur, & vel in adversariis meis, ut sermone auditoribus proponerentur, servata erant, vel ex eo tempore in manus venerunt: in primis ex *Eliæ Reusneri* Βασιλικῶν Opere Genealogico Catholico non pauca in meum transtuli, ubi personarum quarundam parcior in priori opusculo fuerat mentio; quod semel hic dixisse sufficiat. 3. Inprimis cum non semper ad manus sint vel esse possint pleniores genealogiæ, lectori utile fore credidi, si etiam fæmellarum, quæ quidem ad aliquam pervenissent ætatem, inprimis matrimoniis in alias familias elocatarum, hic fieret mentio; quod prior editio ex genealogicis tabulis repeti poscebat: Unde postquam prima familia jam typis excusa esset, in qua nondum omnino illud observatum est, in reliquis pleræque fæmellæ quæ ab aliquot vixere seculis istis pagellis etiam notatæ sunt, cum nativitatis, matrimonii & mortis chronologia, quoties hujus mihi cognitio fuit. 4. Circa mares etiam anni natales & emortuales, & quibus præcipua contigere, frequentius hic notati deprehendentur, quam in priori propositum erat. 5. Sub finem cujusvis familiæ σχιαγραφία aliqua illius annexa est, ut uno conspectu præcipuos viros ejus contueri liceret, quod lectori omnino commodum arbitratus sum: omissis & fœminis & ex nostro sexu illis, de quibus historia parum vel nihil tradit, inprimis, quæ fere regula totius opusculi, non attentis

iis, quos in tenera ætate fata rapuere. 6. Adjecta quædam margini paginarum inferiori, quæ ad illustrationem eorum, de quibus in textu actum erat, servire, & tamen minus commodè inseri videbantur. 7. Inprimis elogia aliqua poetica, maxima ex parte ex citato *Reusnero* & ab illo allegatis autoribus, illis notis inserui, ubi ea vel aliquid elegantiæ habere, vel quas paucis dixeram historias uberius explanare visa sunt. Sperabam enim ex horum etiam lectione non nihil voluptatis lectori creatum iri. 8. Quod ad autores attinet, quibus illa omnia probarentur, scio me non satisfacere plerorumque amicorum desideriis & votis, sed nec in mea illud jam manu est. Cum Argentorati, in his studiis totus, evolverem scriptores historiæ Germanicæ præcipuos veteres & qui à nostro tempore non adeo remoti sunt, quorum fide ista nituntur, & ex quibus majori ex parte contexui, ita memoriæ fidebam, ut rarius fontes annotarem, quos quia quotidie ante oculos erant ita imbibere credebam, ut quòd animo, chartæ illinere necesse non esset. Veluti auditoribus etiam meis in tractatione istorum frequenter digitum intendi, unde mea hausissem. Nunc integro decennio & quod excurrit ab his studiis remotus, ne audere quidem potui ex memoria, cui jam non tuta fides, allegare autoritates: eas vero iterum perquirere, quæ me non circumstant sed plane distrahunt, negotia non permittebant. Itaque contentus paucas huc transtulisse, quas exemplaris mei margini ascripseram, & quæ plurimæ secundariorum tantum sunt autorum citationes,

à reli-

à reliquis abſtinere manum ſum coactus. Forte tamen iſtæ etiam lectori non omnino ingratæ erunt. cui lubens reliquas communicaturus fuiſſem, ſiquidem id nunc à me potuiſſet fieri. 9. Demum præter ſyllabum familiarum extremis pagellis ſubjeci ſeriem perſonarum potiorum, de quibus in hiſtoria noſtra agitur, quæ Indicis loco ſervire poteſt. De qua enim aliquid in opuſculo quærere lubeat, ubi in hoc indiculo reperta fuerit, paginam aſſignatam lector videbit, qua inveniat, quæ de ea mihi notata ſunt. Cæterum etiam de aliquibus me excuſare neceſſum duco. Primum quod inſertis novis vetera, quæ non omnino immutare conſtitueram, nec ſemper vacabat, non ſemel ita luxata ſunt, ut ægrius cohæreant, ſaltem periodis in longum extractis & ſenſu ſuſpenſo obſcuritas aliqua orta ſit. Sed ut mederer difficultati, conditio & temporis qua premor anguſtia non permiſit, vix illud quod feci concedens. Spero tamen attentum lectorem quid velim ſemper aſſecuturum, ſi patientiam relegendi attulerit. De elegantia autem & decore ne ſolicitus quidem ſum, nec ejus affecto laudem, modo intelligar, contentus. Alterum eſt quod in decimum menſem extracta impreſſione, in prioribus familiis omiſſa ſunt, quæ ex quo imprimebantur, in illis acta vel mutata, cum in poſterioribus occurrant, quę eodem contigere tempore, ſed hiſce typo nondum ſubjectis. Verum æquus lector nec hoc quoque graviter feret. Et de quibusdam ilico eundem monebimus. Tertium perſonarum reſpicit elogia, quæ hinc inde inſerui: & ab iniquis æſtimatoribus in aliorum trahi poſſent præ-

judicium, quorum, cum istis meritis non inferiores videantur, laudes non æque celebraverim. Huic vero ut scrupulo satisfaciam, protestor, nomini me præconium quo dignus est invidere, neque dedignaturum quenquam fuisse, de quo mihi constitissent elogiorum ampliorum argumenta. Quod vero non omnium plena mihi cognitio fuerit, haudquaquam obstare videbatur, quin bene merentibus illis, de quibus talia nossem, admetirer virtutum etiam ista præconia. Quartum alias concernit familias. Non pauci amici, magnæ etiam dignationis viri in imperio & inter exteros, frequentibus literis jam diu institerunt, ut quod in his 12. familiis præstitissem, in aliis exterorum Regum atque Principum, tum Comitum etiam præcipuarum stirpibus tentarem. Nec inficias eo, istam olim fuisse mihi cum primum hæc ederentur mentem, inde *primæ Partis* libello huic titulus præscriptus. Sed & quæ familias regias concernunt majori ex parte ita ad manus fuere, ut labore non adeo magno in justam seriem concinnari possent, quæ jam satis multa in adversariis meis congesta sunt. Inter Comites etiam imperii quorundam familiæ ita mihi excultæ, ut aliquam earum suppeditare possem historiam. Verum ut vel illa, quæ regias domos concernunt, uti decet publicæ luci exponenda, nunc disponerem, vel Comitum familias aliqua historia illustrarem, certe ejus res laboris est, qui à tot aliis occupato præstari non potest, unde parum mihi ejus spei supereſt, saltem nihil de me promittere ausim. Nam paucas admodum horas officium quo fungor sacrum sibi subtrahi patitur:

& cum

& cum porro hæc etiam in plures usus dispensandæ sint, nulli uni operæ diu vacare licet: Quæ ipsa causa *Heraldicum* quod molior opus, præter disciplinæ generalia, Regum, Principum, Comitum scuta juxta singulas areolas, & harum jura, ex genealogiis, prætensionibus illustribus & historia illustraturus, hactenus tot annos distulit, ut expectationi publicæ & amicorum neutiquam hactenus satisfacere aut fidem dudum datam liberare potuerim: quamvis alia etiam illius tarditatis causa subsit: quod plures illustres aulæ in subministrandis, quæ ad hanc rem necessaria petii, vel examinandis illis, quæ ipsarum censuræ subjeceram, paulo tardius desideriis nostris responderint, vel etiam aliquæ ne hactenus quidem responderint. Primum tamen illud est, quod nunc omni ut licebit opera impensè urgere studebo, ut diutius in manibus non hæreat, à quo pridem illas liberare maluissem: modo DEUS valetudinem prorogaverit, & aliquod otium necessarium nanciscar. Interim qui volet his fruatur & παρελελειμμένοις, atque in argumento hisce tam obnoxio παρορώμασι συγγνώμην quisquis æquus est ne neget.

TABULA XVI. PROGENITORUM *Serenissimorum Principum Wirtenbergicorum, Domini* Friderici Augusti *& Dn.* Ferdinandi Wilhelmi, *&c. &c.*


Ex Latere Paterno.

- Fridericus D. Wirtenberg.
  - Barbara Sophia M. Brandenburgia.
    - Johan. Frid. D. Wirtenberg.
      - Fridericus D. Wirtenberg.
        - *Georg. C. Wirtenbergia.*
          - *Henricus D. Wirtenbergius.*
          - *Eva C. Salmensis.*
        - *Barbara Landgr. Hassiaca.*
          - *Philippus Landgr. Hassiæ.*
          - *Christina Dux Saxonica.*
      - Sophia princ. Anhaltina.
        - *Ioachim. Ernestus princ. Anhaltinus.*
          - *Iohannes Princ. Anhaltinus.*
          - *Margareta March. Brandenburgia.*
        - *Agnes Com. Barbiensis.*
          - *Wolfgangus C. Barbiensis.*
          - *Agnes f. Gebhardi C. Mansfeldiensis.*
    - Joach. Frid. Elect. Brandeburgius.
      - *Iohan. Georg. Elector Brandenburg.*
        - *Ioachimus II. Elector Brandenburgicus.*
        - *Magdalena Dux Saxoniæ.*
      - *Sophia D. Lignicia.*
        - *Fridericus D. Lignicius.*
        - *Sophia March. Brandenburgia.*
  - Catharina March. Brandeburg.
    - *Ioannes Marchio Brandenburgius.*
      - *Ioachimus I. Elector Brandenburgius.*
      - *Elisabetha princeps Danica.*
    - *Catharina Dux Brunsvicensis.*
      - *Henricus Dux Brunsvici.*
      - *Maria C. Wirtenbergia.*

II. TABU-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [30] - -
PUBLIC DOMAIN

II. TABULA XVI. PROGENITORUM
ex latere Materno.



Supplenda & Corrigenda.

CUm ista jam scripta & excusa essent, impressa denuo relegenti quædam occurrerunt, & inprimis ab Illustri & Præstrenuo Domino *Gebhardo ab Alvensleben*, Sereniſſimi Principis Dn. Augusti D. Saxoniæ & Administratoris Magdeburgici Consiliario intimo, Viro horum & aliorum nobilitate atque Politicis curis dignorum studiorum longe peritissimo, cui plurima etiam in opusculo meo debere hic profiteor, pro insigni in conatus meos benevolentiâ submini strata sunt, de quibus lecturum præmonere necesse duxi, quæ vel industriam meam cum scriberem fugerant, vel medio impressionis tempore immutata sunt.

Maximiliani I. Imperatoris naturalibus liberis pag. 41. addendus *Leopoldus ab Austria*, qui Episcopus Cordubensis 1557. decessit, & *Maximilianum ab Austria* reliquit Archiepiscopum Compostellanum, extinctum 1614.

Pag. 55. *Joannis Auſtriaci* totam vitam deſcriptam compendio legere licet apud Oct. Strad. de B. B. 1,10. p. 576. ſeq.

P. 56. *Joanna Portugalliæ* regina non 1578. ſed 1573. fatis ceſſit.

P. 89. *Andreas Cardinalis Auſtriacus* 1600. vita exceſſit.

P. 91. Præter *Gregoriam Maximilianam* alia ſoror *Catharina Renata*, item Philippo III. deſponſata fuerat, quarum hæc 1595. illa 1597. ſpem iſtam morte ſua deſtituere.

P. 92. *Maximiliani Erneſti* nomini addita dignitas Epiſcopi Paſſavienſis deleatur.

P. 98. *Ferdinandi II.* hiſtoriam ſeu Annales Ferdinandeos deſcripſit Illuſtr. *Franciſcus Chriſtophorus Kevenhullerus* lingua vernacula.

P. 101. *Caroli Joſephi* Archiducis emortualis fuit non 1665. ſed 1664.

P. 105. *Claudia Felicitas* 1676. Auguſtum maritum ſuum morte præmatura & ſpem publicam deſtituit, matremque filia *Maria Joſepha* 1675. nata, poſt aliquos menſes ſecuta eſt.

P. ead. *Sigismundo Franciſco* Archiduci ex Rittershuſii autoritate tributus *Cardinalis* titulus, qui ei non conveniebat.

P. 153. & 807. *Eleonora Sophia Holſata*, Chriſtiani princ. Anhaltini vidua deceſſit 1675.

P. 156. & 158. *Luiſa Amæna Holſata*, quod ex aliis acceperam, Joanni Adolpho patrueli data eſt per errorem.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [33] - -
PUBLIC DOMAIN

Pag. 157. l. 4. *Hedvigis* ex Glucksburgiis 1640. nata 1673. finem vita habuit.

P. ead. l. 6. addantur JOANNES 1640. & ADOLFUS 1658. mortui.

P. ead. l. 9. *Christiani Ducis Holsatiæ* uxor secunda vocatur *Agnes Hedvig.*

P. ead. l. 20. *Joachimus Ernestus senior D. Holsatiæ*, mortuus est 1671.

P. 174. Ex pag. 155. corrigatur annus 1665. tanquam emortualis assignatus Augusto Duci Holsatiæ, qui 1675. legi debebat.

P. 245. l. 13. lege, CAROLUM CASIMIRUM. & l. 18. 19. ita lege, *nepotes* Carolum Ludovicum & Wilhelmum Christianum 1674. *atque ita*, &c.

P. 280. *Maximiliani* Electoris Ducis Bavariæ vitam prolixè descripsit *Joannes Adelsreuter.*

P. 286. sub fin. Adde si lubet liberis Electoris Bavariæ duos filios, sed brevis ævi: *Ludovicum Amedeum Cajetanum Franciscum*, & *Cajetanum Mariam Franciscum Josephum Antonium*, 1665. & 1670. natos & extinctos.

P. 378. l. 5. *Friderici Ducis Saxoniæ* liberis adde *Fridericum* 1676. natum.

P. 410. l. 8. à f. *Fridericus Augustus Dux Saxoniæ* natus est 1670.

P. 411. l. 22. Ex *Altenburgicis.* adde. Ex qua suscepit præter *Augustum Fridericum* & *Joannem Adolphum* præmaturo fato raptos *Magdalenam Sibyllam* 1672. editam.

P. ead.

P. ead. l. ult. Addatur *Augusti Ducis Saxoniæ* filiis *Mauritius* 1676. natus.

P. 412. l. 6. 7. 8. 9. Ita lege: Liberos suscepit ex Christina Holsatica Glucksburgia præter *Joannem Georgium* & *Mauritium*, mature extinctos, 1653. CHRISTIANUM, 1655. AUGUSTUM, 1657. PHILIPPUM, 1661. HENRICUM, atque filias 1651. *Magdalenam Sophiam* (quæ 1675. decessit) *Christinam* (nunc sponsam *Christiani* agnati ex Gothanis) *Sophiam Hedvigem*, *Sibyllam Mariam*.

P. ead. lin. 16. & seq. Ita supple. Prima conjux *Sophia Hedvigis Holsatica*, 1650. ducta, *Joannem Philippum* & *Mauritium* genuerat, sed ille matrem 1652. præcessit, hic 1652. extinctam sequenti secutus est. Altera *Dorothea Maria* agnata ex Vinariensibus 1656. ducta, præter utriusque sexus aliquos fatis præmaturis raptos, patrem eum 1675. moriens reliquit *Wilhelminæ Sibyllæ* & filiorum MAURITII WILHELMI, CHRISTIANI AUGUSTI, & HENRICI FRIDERICI, 1662. 1664. 1666. 1668. natorum. Nunc hujus in locum succedens & desiderium defunctæ, quam matrem omnes subditi colebant, suppletura domum ducta est *Sophia Elisabetha Holsata*.

P. 447. l. 18. lege *Maximiliana C. Salmensis*, Maximiliani C. Wallensteinii vidua.

P. 454. lin. antep. *succedant*: adde, ille nunc sponsus *Elisabethæ Henricæ* Landgraviæ Hassiacæ ex Cassellanis.

P. 455.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [35] - -
PUBLIC DOMAIN

P. 455. l. 5. adde 1673. *Elisabetha Sophia*, & 1674. alia filia.

P. 457. lin. penult. & ult. ex altera vero *Sophia Maria Solmensi*, vidua *Georgii Ernesti Dn. in Schœnburg*, posthumo *Georgio Alberto*.

P. 461. l. antepen. pro 1551. lege 1550.

P. 515. l. 20. qui laudatus est Augustus Fridericus nuper in obsidione Philippoburgia ex vulnere in capite accepto mortuus spem de se ingentes destituit.

P. 697. lin. 12. post *Leiningii*, lege: ex qua duas filias, eamque gravidam nuper moriens reliquit.

P. 805. lin. 15. *filiolum*, adde, *cui* Leopoldi *inditum nomen*.

In No.

In Nomine Domini.

FAMILIA AVSTRIACA,

IN QVA IMPERATORES, REGES HISPANIÆ, UNGARIÆ, ET BOHEMIÆ, DUCES ET ARCHIDUCES AUSTRIÆ, COMITES HABSPURGI. a

Familiæ origo diu in abdito latuit. Orig. Ad Arcam usque *Noæ & Abrahamidas* aliqui ascendere ausi, b ludibrio ea vanitate fuere. *E stirpe Francica Merovingiorum* alii deduxere, cum vel c *Theodoricum Burgundiæ regem* Childerici I. Regis Galliarum (cujus ex *Ottoperto* filio nepos *Ottopertus* princeps Juræ montis fuerit) vel d *Theodoricum* E Francis.

A

a Res Austriacas scripserunt inter alios Joh. *Cuspinianus* s. Spieshamer, Hieron. *Gebwilerus* (Austriados L. VI.) Wolfg. *Lazius* (historia Austr. L. IV.) Gerh. de *Roo* (annal. Austr.) Hier. *Megiser.* (diarium Austriacum) Fr. *Guillemannus* (Habspurgiacorum L. VII.) Pontus *Heuterus*, Leonh. *Wurfbein*, Sigism. *Betulius* (Oestländischer Lorbeerhäyn/) &c.

b ap. W. Lazium quidam Anonymus, *Haselbachius* Theologus, Henricus *Friburgensis*, Alb. *B. à Bonstetten.*

c Ladislai *Sundheimii* sententia.

d ita Joh. *Stabius* historiographus Maximiliani I. Imp. Hunc *Cuspin.* dicit ex mera adulatione confecisse genealogiam ex Francorum regibus.

cum Clodovei II. (cujus etiam filius *Ottopertus* exul) vel communius *Sigisbertum Theodeberti Regis Austrasiæ* filium, qui solus è fratribus perniciem effugerit, & per filium sive [a] *Ottopertum*, sive [b] *Sigisbertum II.* exulem à Clothario in ducatu Transjurano agro donatum, Habspurgios & Altenburgios severit, autores allegant. Hæc sententia diu plerosque habuit assecias. Quidam [c] *Burgundiæ* veteres *reges* in subsidium vocant; alii [d] in *Aventino monte* Romæ originem quærunt, & ex *Anicia Perleonum Romanorum* (qui exules in Helvetiam venerint) stirpe, quæ ad *Iulium Cæsarem* & *Æneam* referri debeat, derivant. Alii

Ex Aniciis Perleonibus

a Sententia Jacobi *Manlii* Medici Friburg.

b Ita Joh. *Trithemius*, & qui juxta Lambec. expoliverit nugas Stabii, *Gebvileri*, *Manlii*, *Trithemii*, *Wolfg. Laziius*. Hæc aliquo tempore ex Genealogorum ordine pleroſque astipulatores habuit, El. Reusnerum, Hier. Henninges, Theod. Piespord.

c Ita primum Joh. Jac. Chifflet. in Lum. prærog. 1. 2. 3. 4.

d Rud. Volateranus, Nauclerus, alii. Hujus tuitionem promisit Petrus Lambec. L. 2. de Biblioth. Aug. p. 49. seq. in prolegomenis annalium Austriacorum. Verba illa sunt: *Quam potero luculentissime demonstrabo, veterem Alberti Argentinensis traditionem de Augustissimæ domus Habspurgo Austriacæ origine, ab antiqua Romana gente Anicia Perleonia derivata, quam Gloriosissimi Romanorum Imperatores Maximilianus I. & Carolus V. aliique principes Austriaci, ut veram & inde ab ipsius Imp. Rudolphi I. temporibus ad se propagatam validissima approbatione sua confirmarunt, primo quidem ab* Arnoldo Wione, *Monacho Benedictino, in opere de ini-*

Alii ad *Comites Vindonissæ & Altenburgi* recurrunt, ab *Ottoberto* circa 654. ducto initio.[a] Alias opiniones referre supersedeo. Nunc [b] ex *Hieron. Vignerii* demonstratione ad liquidum res omnis deducta, quod ab *Erchenbaldo* descendat: ea evidentia, ut *Ioh. Iac. Chiffletius* peculiari commentario deductionem defenderet, & expungi jussis, quæ antea in diversam sententiam scripserat, suam faceret. Nec *Ex Alsatis.*

de initiis ord. S. Benedicti, quod Lignum vitæ *inscripsit,* 1595. *egregie illustratam & non mediocriter stabilitam, secundo autem à* Joanne Seifrido Abb. Zvvethalensi *in opere, cui* Arboris Anicianæ *titulum indidit, plurimis validissimisque argumentis adeo solide & perspicue esse corroboratam, ut de veritate antiquæ hujus & usque ad Imp. Maximiliani I. tempora unicæ opinionis, nemo amplius jure possit dubitare.* Inde in *Gasp. Scioppium*, qui 1651. Seifridi opus vellicare ausus sit, & Augustos Maximilianum atque Carolum V. mendaces appellare non erubuerit, gravissime invehitur. Allegat in Biblioth. Cæsarea extare imperfectum *Opus Anti-Anicianum Baronis Richardi Streinii.*

a Ita Franc. *Guillemann.* in Habspurgiacis 1605. Et qui eum secutus in Lum, Prærog. Joh. Jac. Chiffletius, sed qui deinceps sententiam retractavit, Vignierio calculum addens.

b An primum autorem dicemus *Hieron. Gebvvilerũ?* qui superiori seculo gentem retulit ad Atticum S. Otiliæ parentem. Cui facile condonari potest, quod dein ulterius ascendendi studio ad fabulosa etiam delapsus sit, per Francos ad Priamũ, dein Herculem familiam deducens. *Gabr. Bucelinus* etiam ex Agilolfingica gente à veteribº Alsatiæ & Alemanniæ ducibus derivat, hos autem ipsos Francicæ stirpis fuisse censet, ignoto tamen cũ illis nexu;

adverſarius ejus *David Blondellus* [a] refragatur, non contemnendo certitudinis argumento. Fuit ille *Erchenbaldus* vel *Erchinoaldus* Gerbertæ *Richomere* Patricio & Gertrude Hamaticenſi natæ, filius: pater ejus forte *Ega* major domus: [b] ipſe vero *Dagoberti* etiam regis de genitrice ejus conſanguineus, & Clodovei II. palatii magiſter fuit. Defunctus 661. Filius *Lendiſius* ſeu *Leudeſius* eandem dignitatem majoratus domus geſſit, & ab Ebroino circa 680. cæſus: Uxorem ex regia Sigismundi Burgundi ſtirpe duxit. Hoc natus *Ethico* ſeu *Athicus* cogn. Adelricus *Alſatiæ* ducatum à Theodorico nactus, Ehenhemii habitavit, & uxorem habuit Berſwindim ſororem Blidechildis, quæ Chilperico II. R. Fr. nupſerat. In Ethici liberis *Ottiliam* notant, abbatiſſam in Hohenburg, ſanctis poſtea adſcriptam, [c] & filios 4. Adelbertum Ducem Alſatiæ, Ethonem ſeu Hettonem, Hugonem & Badaconem Comites. *Adalberto* fundatori cœnobii nobilis & templi quod

Period⁹ I. Alſatica.

Nec tamen patitur ad Merovingios referri genus, quod toti ei genti S. Columbanus interitum prædixerit.

a In plen. aſſert. geneal. Franc.

b Alii Patrem dant Guntramum Alemanniæ ducem, & matrem Gutham Clodovei regis ſororem. Alii Pipinum de Landis D. Brabantię & Tungrorum dominum ex Itha ſ. Hitta Aquitaniæ comitis filia.

c Vitam edidit Hier. Gebvvilerus. 1521. ſed multis fabulis inquinatam. conf. Joh. Huberi Chriſtl. Danck- und Denckpr. p. 118. 119. 120.

quod B. Stephano Argentinæ dicatum,[a] Eberhardum Alsatiæ Ducem, Luitfredum & Masonem filios, *Attalam* autem, quæ prima in monasterio S. Stephani à patre fundato abbatissa Sanctis annumeratur, filiam dant. Eberhardum hunc fundatorem Murbacensis monasterii 724. alii ἄπαιδα, alii ex filio Ruthardo *Kyburgensium*, *Thurgoviensium*, *VVinterthuriorum* & *VVendelburgiorum*, ex Warino autem *Helfensteniorum*, primorum *Guelforum* (unde duces *Bavariæ*, *Alemanniæ*, Comites *Altorfios*, *Zollerios*, *Heiligenbergios*, *Brackspergios*, *Dockenburgios*, *Ravenspurgios*, *Oetingenses*, *VValpanos*, *Rhætos*, *Catimelibocenses*, &c. derivant nonnulli) quin *Burgundiæ*, & *Capetinorum Galliæ regum* autorem constituunt. Frater *Luitfridus* etiam posteritatem habuit, in qua ultimi Hundfridus Comes in Neckergau & Luitfridus Comes in Suntgav ἄπαιδες decessere. Cæterum hæc linea dicitur hæredem Guntramum Habspurgensem habuisse. Hos Adelberti tulit prosapia. Hugonis & Bataconis posteri in tertia generatione defecere. Inter prioris filios Remedius Argentinensis Episcopus fuit. De *Ethone* seu *Hettone* inprimis soliciti sumus. Hujus filius (sive ex Hugone nepos) Hetto similiter Argentinensis episcopus ab an. 734.

[a] Idem Huberus d. l. p. 117. 122. seq. Apud quem etiam diversas Alsaticæ hujus stirpis videre licet deductiones.

ad 779. alter autem *Albericus* ſucceſſor fuit. Hoc natus *Eberhardus* tandem monachus factus. Inter ejus filios Ottopertum alii ſtemmatis Habſpurgici propagatorem volunt, Theobaldum comitum Pfiretarum, Hugobertum ἀπαιδα. Rectius autem *Eberhardus junior* ſtemma produxiſſe ſtatuitur, qui Lutrenſe monaſterium ad mortem uſque, quæ circa 900. eum rapuit, non deſiit vexare. Filius fuit *Hugo* Comes, qui communis trium familiarum ex Alſatica hac procedentium, Lotharingicæ, Dagsburgicæ & Habſpurgicæ, pater eſt. [a] Quamvis enim priores filios *Gerhardum* & *Hugonem* alii ſine liberis deceſſiſſe, & heredem Guntramum habuiſſe aſſerant: rectius tamen *Vignierius* quique hunc ſequuntur, illum *Metenſium* comitem faciunt, cujus poſteri, alii quidem Metenſem comitatum retinuere, Albertus autem & Gerhardus fratres Duces *Lotharingiæ ſuperioris* facti, & ex his Gerhardus ampliſſimæ ſtirpis autor, Lotharingiæ duces, qui nunc quoque ſuperſunt, & plures ramos in Gallia produxere, tum aliquos Flandriæ comites & Egeshemios quoque comites profevit; hunc vero (*Hugonem*) Comitem *Dagsburgium*, illorum comitum (ex quibus Leo IX. pontifex) autorem conſtituunt. *Guntramus* noſter fratrum minimus, cognomento *dives*, ſator *Habſpurgiorum*, videtur

II. Habſpurgiæ.

a Ita Joh. Jacobus Chifflетius.

videtur Landaloi [a] Archiepiſcopi & Vindoniſſæ comitis duxiſſe ſororem. In ſeditione autem Ludolfi Saxonis adverſus patrem illi adhærens, ditionis parte multatus eſt. Defunctus 946. Inter ejus liberos aliqui Birctilonem ponunt, & autorem *Zeringenſis* rami exiſtimant. *Lancelinus* autem vel *Kancelinus* aut *CuonZelinus*, quem alii quoque Bezzonem vel Landolum vocant, patri ſucceſſit, Hungarorum ad Seckingam victor 937. & cum fratribus Sulzbergenſis monaſterii fundator. A duobus hujus filiis (alius Wernerus Epiſcopus Argentinenſis, cœnobii Murenſis conditor fuit, & in itinere Conſtantinopolitano legatus Conradi II. Imp. deceſſit 1029.) juniore quidem Landolo, qui etiam Bezelinus & Lancelinus dictus, nova progenies *Ducum Zeringiæ*, ex quibus *Teccii Duces* & *March. Badenſes*, alibi nobis conſideranda eſt; à majore *Rapatone* ſeu *Ratbodo* Habſpurgii continuati. Hujus enim ex Ita Lotharingica Friderici Ducis filia, Hugonis Capeti ex ſorore nepte, filius præter alios *VVernerus* fuit, nepos *Otto* ab Heſſone de Uſſenberg. 1110. cæſus. Ottone natus *VVernerus II.* hoc *VVernerus III.* Adelberti pater. Hic *Adelbertus* vel *Albertus Dives*, dictus, maritus Itæ Brigãtinæ de Pfullendorf, *Landgravius Alſatiæ*, titulum hac in gente primus geſſit. Hoc editus *Rudolfus*, qui ex duobus filiis duorum

[a] D. Blondell.

ſtemmatum autor eſt. Ex minori Rudolfo taciturno ultimi comites *Habſpurgii*, *Lauffenburgii* & (ex hæreditate, controverſa tamen) *Kyburgii*; quorum duæ lineæ, poſtquam ipſi pleraque vendidiſſent aut aliis amiſiſſent modis, ſeculo decimo quinto defecere; Urſula Comiti Sulzenſi nupta, ei *Cletgoviam* attulit. Major natu filius Rudolfi *Albertus Sapientis* nomen meruit, & civitatis, atque Epiſcopi Argentinenſis adv. comites Pfiretenſem atque Friburgium, nec non 12. Alſatiæ & alias Rhenanas urbes 1228. militaris dux conſtitutus, bellum ex voto confecit, & hoſtes ad pacem amplectendam coëgit: demum lectus dux expeditionis Chriſtianæ adverſus Saracenos 1238. ad Accaron extinctus eſt. Filius ejus

Rudolfus I. Imp.

RUDOLFUS [a] gentis præcipuum decus & novæ dignitatis autor, à Friderico II. Imperat. ex

[a] Die Himmels-Majeſtät/ ſetzt Majeſtäten ein
auff Erden/ als ihr Bild. Das gute Glück/ vermählet
mit meinem Tugend-Ruhm/ zum Haupt mich hat erwehlet
Des Reiches; und mein Haus mein Ehren-Erb ſoll ſeyn.
Witz und Erfahrenheit ich hatte/ zum Regieren:
zum Kriegen/ Glück/ und Muht/ und eine dapffre Fauſt.
In Vierzehn Treffen hat dem Feind vor mir gegrauſt/
der meinen Zepter muſt mit Steges-Zeichen zieren.

Das

ex baptiſmo ſuſceptus & educatus erat. Cum patri ſucceſſiſſet, redux è Palæſtina, magiſter aulæ *Ottocari R. Bohemiæ* factus eſt. Inde varia in Helvetia & Alſatia, adverſus Guilhelmum Montfortium Gallifani abbatem & fratrem ejus Franciſcum Epiſcopũ Curienſem, (ubi cæſus Eberhardus Dn. Aſpermontanus belli concitor,) tum auxilio Tigurinorum Comites Dockenburgios & Regensbergios, inde patruelem comitem Laufenburgenſem & Epiſcopos Argentinenſem Waltherum Geroldſeccium ac Baſileenſem Henricum, bella gerens, ſingularis fortitudinis famam ſibi comparavit: ut etiam à Tigurinis, Uriis, Svitiis, Baſileenſibus ac Argentinenſibus certo ſtipendio militiæ dux 1261. deſignaretur: ſed non ſatis poterat nobilitatis violentiæ reſiſtere alibi bellis occupatior. Tandem cum in obſidendo Epiſcopo Baſileenſi occupatus

Das Teutſche Käyſer-Reich / wuſt keinen ſonſt / als mich /
der den verwirrten Staat zu recht kônd wieder bringen.
Durch mich / die Teutſchen / Teutſch zu ſchreiben auch anfiengen:
dank mir es / Mutter-Sprach / daß man erhoben dich. Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 106.

Quam bene labentis ſuſcepi pondera regni,
Teſtantur patriæ me pia facta patrem.
Tyrigetæ, Suevi, Boji ſociique Boëmi
Edomiti vires edidicere meas. *N. Reuſn.*

Non mea te fruſtrata fuit, Germania, virtus:
Clara triumphatis hoſtibus, arma gero. *Hier. Wolf.*

esset 1273. cum diuturno interregno pene dissolutum imperium forti & prudenti restitutore egeret, per *Moguntinum* inprimis & *Ludovicum C. Palat.* Imperator (quod antea à moniali ei prædictum [a] perhibent.) eligitur, eique deferuntur per Henricum Pappenheimium insignia. Friderico comiti Zollerio, qui avunculo primus nuncius imperialis dignitatis fuerat, Burggraviatum Noricum contulit. Sequenti verò anno corona à Sigfrido archiepiscopo Colon. Aquisgrani sumta.[b] Imperatori adverſ. *Ottocarum R. Boh.* suum quondam herum, qui in genua provolutus vexillum de

a Post confectum bellum Regensbergium in venatione sacerdoti obvio, qui sacramentum ferens vestes exuebat, ut torrentem transiret, equum præbuit, nec recepit cum hic reddere vellet. Postridie ei monialis in monasterio Fare, hesterna luce superos placatos promisit, & omnia in terris summa, honorem & opulentiam. Sacerdos dein Moguntini factus Secretarius multa de Rudolfi virtutibus commendavit, ut fama magis inclarescceret. Ex Chron. Svev. MS. Chron. Tigur. MS. Lipsi. Guillem. Chifflet. Lum. prærog. c. 1. Alii Eremitæ tribuunt, alii somnio.

b Dicitur (Paul. Æmil. L. 7.) adjecta conditio, ut profiteretur, se in Italiam diadematis causa profecturum. Sed semper novas occupationes publicè causatus est. Cum quod Sceptrum non adesset, Imperii proceres moras necterent in homagio præstando, crucifixi imaginem apprehendit, & hoc sibi Sceptrum, quo adv. Imperii hostes uteretur, asseruit: illam etiam in prælio adversus Ottocarum loco labari à filio præferri sibi curavit. Sig. Betul. Osil. Corbeiens. p. 113.

de manu Imperatoris ſuſcipere, & Sacramentum ſolitum præſtare coactus, dein obſequium negaverat, bellum fuit; huic *Auſtriam* ademit, in qua ſibi jus aliquod ille vindicabat, demum in campis Auſtriæ 1278. 27. Auguſt. cum 13000. cæcîdit. Adverſus eos qui Sveviæ partes ſibi vindicaverant, aliud bellum: Tum contra Burgundos. In univerſum *quaterdecies* collatis ſignis victor fuit. Pacem inter nobilitatem & provincias Helveticas fecit, agnitis harum privilegiis: datis quoque præfectis, non Auſtriaco ſed Imperii nomine. Ac in aliis quoque libertatem Helvetiorum auxit potius quam imminuit, neque eos ſibi ſubjicere ſed amicos habere ſtuduit: Inprimis Tigurinis favit, fidelem eorum expertus in Bohemico bello operam. [a] Paci publicæ firmandæ in Thuringiâ & alibi ad 60. vel 80. arces latrociniis infames demolitus eſt. Tum in controverſia Alberti Marchionis Miſn. cum filio, cum ille pactis ſtare nollet, huic favet. In urbe autem Erfordienſi ſeditionem ſedat. *Italiam*, quam ſæpe monitus ingredi noluit, viſus eſt neglexiſſe, cum libertatem civitatibus Florentiæ, Bononiæ, Genuæ, Lucæ vendidiſſe, Pontifici autem exarchatum conceſſiſſe dicatur. [b] Primus verò ut *Germa-*

a Joh. Simlerus.

b Conf. Herm. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 20. p. 393. ſeq. c. 23. p. 494. Invidioſe id exagitat Hipp. à Lap. Rat. ſtat. 3, 2, 1. p. 518.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [47] - 11
PUBLIC DOMAIN

Germanica lingua instrumenta publica scriberentur sanxit. [a] Per uxorem primam *Annam Hohenbergiam* filiam Alberti [b] qui ultimi *Comitis Egeshemii* Henrici hæres, tertiam Alsatiæ partem acquisivit, & iis quæ in ea pridem possidebat junxit. Anna 1281. cum Brisacum peteret, Rhenomersa est, plurium liberorum mater. Dicitur [c] Wernerus archiep. Moguntinus inter rationes eligendi Rudolphi hanc quoque allegasse, quod pluribus utriusque sexus liberis dives esset, idoneo ad contrahendas affinitates & Imperium firmandum medio. E generis leguntur tres electoralium familiarum principes. Vivis excessit 1291. Inter filios ejus notamus HERMANNUM s. HARTMANNUM [d] 1282. Rheno mersum,

[a] Ob inscitiam nobilitatis juxta Avent. 7. Hist. Bojar. vel quia in contractibus, latino sermone hactenus à notariis scribi solitis, sæpe simpliciores ejus linguæ ignari decepti fuerant. Crus. Ann. Svev. L. 3. p. 3. c. 1. Vide etiam Lehman. Chron. Spir. L. 5. c. 107.

[b] juxt. Blondellum *Burchardi*.

[c] ap. Fr. Guillemann.

[d] Die Hoffnung/ die man sah in meiner Jugend blühen/
im Rhein zu Wasser ward / ertranck in seiner Strut.
Nach diesem/kan er wol geehrter Seewarts ziehen/
weil meine werthe Leich geheiligt seine Flut.
Sig. Betul. Oestl. Lorb. p. 107.

Possedi patrias, Patre Cæsare, fortis habenas;
dum paro conjugium, mors mihi fata parat.
N. Reusn.

mersum, [a] RUDOLFUM, cui pater non quod alii volunt Bohemiam, sed *Sveviæ ducatum*, quem tanquam caducum fisco addixerat, 1283. tradidit: quem [b] ad filium *Joannem* ex aliorum seductione patrui sui cæde infamem, & demum Pisis monachum, [c] transmisit; hujus verò extincti hæreditatem crevere patrueles: & ALBERTUM. [d] Hunc

a Wann wäre jeder Fürst gesinnet/wie ich war/
so blieb unaußgesäet der böse Krieges-Samen.
Mit Sanfftmuht / hab ich mir erworben einen Namen/
der länger lebt als ich/unendlicht meine Jahr'.
Sig.Betul. Oestl. Lorb. p.107.

Suevorum fuerat, mihi demandata potestas,
jura quibus longo tempore sancta dedi. *N. Reusn.*

b Wer Boßheit meiden wil/der meide böse Leute.
Ich that es nicht: drum ich zur Boßheit ward verführt/
die in der Jugend-Wachs gar leicht gedrücket wird.
Die That verzeihbar ist/ weil daß ich sie bereute.
Sig. Betul. Oestl. Lorb. p.107.

c Henricus VII. Imp. eum Pisis cœnobio inclusit. Hoc ibi epitaphio decoratus est: Milletrecentis Christi deca cum tribus annis defecit juvenis ducis Austri vita Johannis Idus Decembris obit hic Pisis tumulatus. Integer ex animo virtutibus atque probatus. Stirpis regalis fuit ex utroque parente, nunc immortalis ditatur ab omnipotente.

d Mir hat ein Hertzogthum das Glücke zugewandt:
doch hab ich Land und Leut mit Tugend tauffen müssen/
mit meinem dapffren Blut. Ich hab mich durchgeschmissen
mit Sieggewohnter Faust/die manche Feinde fand.

Zwölff

III. Austriaca. Hunc pater *Austria* (Ottocaro R. Bohemiæ, qui eam sibi ob conjugem Margaretam Austriacam vindicabat, ob hoc quod muliebre feudum non esset, erepta) 1283. vel 1282. Augustæ donavit, & de ea 1284. Norimbergæ inauguravit; ut verò se vivo Rex Romanorum eligeretur, non potuit obtinere. [a] Hac illum expellere *Adolfus Nassovius* Imperator conatus est. Sed aliter res cecidit, ut adversus hunc profectus Albe[illegible]is Gerhardo Moguntino, qui prius Ado.phum foverat sed jam alienatus erat, autore eligeretur ab aliqui-

Albertus I. Imp.

Zwölff Treffen / gaben mir den Titel / Triumfirer;
wornach / im alten Rom / gestrebt so mancher Held.
Drüm hat das Römer-Reich mich auch zum Haupt erwehlt.
Wer Käyser-Titel führt / ist billich Reichs-Regirer.
Das Hauß von Oesterreich / mich seinen Vatter nennt:
weil sein Regenten-Baum auß mir / dem Stam̃ / gezweiget.
Mein Vatterland mich ihm nicht gönnte / Neidgeneiget;
drüm schickt' es mich zu Grab durch anverwandte Händ. Sig. Betul. Ostl. Lorberh. p. 120.

Bojariæ Mogique duces, fortesque Boëmi
Marte triumphati succubuere meo.
Terror eram Gallis: regnis concedit Adolphus:
Impius hinc sævo me necat ense nepos. *N. Reusn.*

[a] ex Trithemio hoc in domus invidiam torquet Hipp.
[b] Lapid. Rat. stat. 2, 2, 2. p. 334.

aliquibus principibus, quæ, cum ille in prælio ad Dornberg in agro Wormatiensi ipsa hostis manu confossus cecidisset, electio ab omnibus iterata, [a] & Albertus coronatus 1299. Aquisgrani, à Vigboldo archiepisc. Colon. in magna hominum frequentia. *Bohemiam* aliquoties vivo pariter Wenceslao & post ejus filiique (cujus occisi suspicio in ipsum cecidit) mortem, tentavit, sed semper re infecta discedere coactus. *Ecclesiasticos* autem *electores* 1301. qui bello cum ob injurias quasdam illis in bello Bavarico illatas adorti, coërcuit: ob id 1302. Mersburgi indicta comitia, & finitum esset bellum, nisi obstitissent Moguntini arrogantia, qui si lubitum esset, alium è pera Imperatorem extrahere posse jactabat. Marchiones Misniæ & Thuringiæ, cum ipsos cõdemnasset, restitere acriter, & cum damno repulere. *Philippi pulchri Francici* Pontificia sententia proscripti *regnũ* à Papa Bonifacio IIX. quem initio itidem gravem expertus erat, oblatum suscipere negavit, multa virtutis & observatæ amicitiæ, quam in conventu solenni Vocoloribus contraxerant, [b] laude. Cum vero imperii jura in Arelatense regnum Galliæ donasse à nonnullis accusetur, non desunt [c] qui fundamentis non con-

a An jure depositus Adolphus & ab Alberto depositio probata fuerit, lege disputatũ ap. Limn. Jur. Publ. T. V. addit. ad 2, 11, 27. p. 125.

b conf. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 8. p. 73.

c vid. Chifflet. Hisp. Vind. c. 13. p. 195. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 24. p. 570. 584. seq.

contemnendis eum tueantur. *Helvetiis* verò, [a] quos pater Rudolfus clementer habuerat & in libertate conservaverat, gravis inprimis visus est: plurium monasteriorum advocatiam obtinuit, ac ab aliquot comitibus ut à se feuda acciperent. Cum alii negarent, (præsertim Abbas Gallisani, capitulum Tigurinum, & Com. Homburgius) Svitienses etiam se subjicere recusarent, iratus præfectorum insolentiam, de qua illi conquerebantur, non castigat: unde cum crederetur id agere, ut Helvetiam in peculiarem redactam provinciam uni filiorum, quibus abundabat, attribueret, primi fœderis fundamenta 1308. Ipse bello vindicaturus eodem anno [b] Cal. Maj. à Joanne nepote, cujus bona tutoris nomine adhuc detinebat, & aliis conjuratis Walth. de Eschenbach, qui dein ut supplicium effugeret, dissimulata persona 35. annis armenta pavit, Rudolpho de Warth & Ulrico de Palm (è quorum bonis proscriptis postea multa liberis accessere) trucidatur eo loco, cui dein vidua *Kœnigsfeldam* cœnobium, quo moniales simul & monachi alebantur, & quo ossa ejus primum condita sed dein Spiram ad parentis monumentum translata, superstruxit.

Fuerat

[a] vid. Jos. Simler.

[b] Versus mnemonici:

Annis completis octo cum mille trecentis
Rex est Albertus gladiorum morte peremtus
Majo mense Iacobe Tuo festo atq; Philippe.

Fuerat illa *Elisabetha filia Meinardi* ex Tirolensi Comite *Ducis Carinthiæ ex Agnete Badensi Austriaca*, mater plurium [a] liberorum, ex quibus *Agnes* uxor *Andreæ* regis *Ungariæ*, astuta, sæpe in litibus fratris Alberti cum Helvetiis pacis arbitra fuit, sed eam specie sanctitatis fratrum causam plus promovisse eo in negotio conquesti Helvetii: Qui etiam Alberto Imp. extincto occasionem nacti sunt, ultionem à plurib. nobilibus sumendi, eorumque destruendi arces. Elisabethæ laudi datur, quod in Austria prope Gemundam salis mineras & coctura m invenerit, & de eo Austriæ monasteriis prospexerit. Filios ordine sex enumerabimus. I. FRIDERICUS, *pulcher* cognominatus [b] *Henrico* Carinthio R. *Fridericus pulcher Imper.*

B Bohe-

[a] Cuspin. 21. Lazius 26. numerat.

[b] Es sicht das lose Glück nur gern die Grossen an.
Ein Fürst muß dapffer seyn / zum Ligen und Erlegen:
er muß es treiben ab mit strengem Ritter-Degen;
sein Muht / im fall die Faust nun nicht mehr fechten kan / muß seyn ein stählern Schild / die Streiche außzunehmen.
Das Glück bestritt auch mich. Doch fand es mich nit bloß.
Mein Arm / zu meinem Schutz / viel Feindes-Blut vergoß:
den man zuletzt / doch nicht den Muht / hat können zähmen.
Im Fallen / blieb ich stehn; Gefangen / war ich frey.
Ein fäster Muht läßt sich nicht fällen oder binden / kan / überwunden / noch den Sieger überwinden / zeigt / daß dz Glück und er das schönste Schauspiel sey.
Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 129.

Corpore

Bohemiæ avunculo bellum intulit, quod ſopivit mater. Dein poſt mortem Henr. VII. Imp. qui ei bona Joannis patruelis donaverat, eligitur 1314. ab Henrico Colonienſi, à quo coronatus, Rudolfo Palatino & Rudolfo Saxone. Cum verò æmulus ei electus eſſet à reliquis *Ludovicus D. Bavariæ*, primo ad Nicrum commiſſo prælio æquo marte diſceſſum, ſed 1322. ad *Muldorf*, cum fratrem Leopoldum auxiliarem expectare nollet, à *Sigfr. Sveppermanno*, qui Bohemos ſuos jam fere victos inque fugam verſos ſua virtute reduxit, vincitur, & à nobili Rindsmaul capitur. [a] Tandem cuſtodia, è qua venefici opera liberari recuſaverat, 1325. emiſſus, titulum tantum imperii ad mortem uſque, quam

Corpore pulcher eram; ſed divitis indole mentis
pulcrior: imperii heu invidioſus honos.
Pro quo mox bellum Bojo cum principe geſſi:
Qui me devicto ſplendida ſceptra tulit.
Nic. Reuſn.

a Lambec. de Biblioth Aug. L. 1. p. 28. refert inter antiqua domus Auſtriacæ cimelia fuiſſe confectum ex auro à Magis Chriſto oblato annulum, qui inſtar oraculi tempore belli conſultus ſit, & victoriam inſolito ſplendore portenderit, eumque altari impoſitum, cum 1323. coram Imp. Friderico pulchro ante initium infelicis prælii cum Imp. Ludovico Bav. ſacrum celebraretur, ex oculis omnium evanuiſſe, & poſt multos annos in Auſtria repertum, ac Alberto contracto redditum. Fides ſit penes autorem. Ductus in arcem *Trauſniz*, cum ejus nomen intellexiſſet, ſubjecit; Es heiſſe wol Traußnitz / er ſolte ſeinen Kräfften nicht zuviel getrauet haben. Sigiſ. Betul. Oſſl. lorb. p. 132.

quam 1330. obiit, retinuit. [a] Uxor verò *Isabella Aragonia* ob mariti captivitatem per triennium in squalore uni mærori vacans oculorum usum amisit. II. RUDOLFUS [b] cogn. *mitis* adv. Henricum Carinthium à patre Rex *Bohemiæ* [c] creatus, in obsidione arcis alicujus 1307. dysenteria è fructuum æstivorum esu contracta, ut Pragam se deportari pateretur ab amicis monitus, in tentorio quam cubiculo regio emori, & *cadere quam cedere* malens, 1308. moritur. III. LEOPOLDUS [d] cogn. *glorioſus* vel *Equitum gloria*, qui juvenis adhuc in Palæstinam profectus est, Sveviam tenuit & Alsatiam, fratri autem contra Ludovicum astitit, tum eum ex custodia liberavit. Antea verò cum Svitios,

a Aliud vult diploma ap. Limn. Jur. publ. 2, 2, 4. sed à Gewoldo in dubium revocatum. n. 6.

b Mein Ostthauß / fieng von mir ein Ertzhauß an zu seyn:
von mir es lernte auch die Königs-Kronen tragen.
Ich bracht das erste Recht / zum Reich der Böhmen ein.
Mich schlug der Tod / als ich wolt meine Feinde schlagen.

Sig. Betul. Ostl. Lorberh. p. 121.

Contudi hostiles violento marte Bohemos,
Attribuitque mihi regna tenenda pater.

Nic. Reusn.

c Gerhard. de Roo memorat etiam primum Austriæ creatum archiducem.

d Den Vatter rächet' ich. Dem Bruder stund ich bey:
mein Feind der lobte selbst die starcke Bruder-Treu.

Mein

Urios & Underwaldenſes Monaſterio Einſiedelio contumeliam intuliſſe accuſatos armis petiiſſet, duplici clade (quarum priori in pylarum anguſtia ipſe profligatus, altera Strasbergius comes ejus auſpiciis alibi Underwaldios petens fugatus eſt) ab illis afficitur, 1315. quo ipſo anno hac cauſa 3. cantones *primum fœdus* percuſſere. [a] Ejus etiam, vel potius fratris Alberti, gener *Engerrandus de Coucy* poſtea Anglicis auxiliis Bernates adortus 1373. ad Frauenbronnam profligatus eſt. [b] Vita exceſſit Leopoldus 1326. vel 1327. febri ardente Argentinæ

IV. OTTO

Mein ſtrenger Ritter-Arm / von groſſem Muht entbrennet /
hat mich / mit Ruhm / die Zier der Ritterſchafft genennet.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 121.

Fortis eram dextra: nec erat mihi Marte ſecundus,
Prælia pro fratris ſunt mihi geſta fide. *Nic. Reuſn.*

a Factum hoc die Martis poſt S. Nicolai. Verſus memorialis

Fœderis Helvetici ſignum & famis ecce CVCVLLVM.

b Verſus in tabula inſcriptos legi in loco quo commiſſum prælium:

Vxoris dotem repetens Cuſſinus amatæ
Dux Anglus, frater quam dabat Auſtriacus.
Per mare trajecit validarum ſigna cohortum
Miles ubiq; premens arva aliena jugo.
Hoc rupere loco Bernates hoſtica caſtra,
Multos & juſto Marte dedere neci.
Sic Deus omnipotens ab apertis protegat urſum,
Protegat occultis hoſtis ab inſidiis.

Obſervandum, quod per errorem Dux Anglus vocetur, qui Gallus fuit ſed Anglicarum partium.

IV. OTTO [a] cognomento *audax*, *jocundus* (quod morionibus delectaretur, quos celebres in aula aluit) vel *gratiosus* dictus, *Styriam* tenuit, nec minus quam fratres mascula prole moriens caruit. V. HENRICUS [b] cognom. *placidus* vel *facetus*, coadjutor Moguntinus fuerat, dein cum fratre captus & Joanni regi Bohemiæ traditus. Solus stemmatis propagator fuit VI. ALBERTUS [c] *sapiens* vel *contractus*, quod ex veneno fraude medici sumto nervis debilitatus esset, appellatus. Hic initio Canonicus Passaviensis & Parochus Viennensis, demum impetrata dispensatione fratribus sine prole mascula defunctis duxit *Joannam* ultimi Com. *Pfiretensis* s. Ferretensis Ulrici heredem; inter agna- *Albert. sapiens.*

a Müh wechsle sich mit Ruh! Man muß die Arbeit kürtzen/
und je mit Frölichkeit die sauren Sorgen würtzen.
Ich thäte/ was ich sag: und sage/ was ich thät:
Ich habe wahr und gut befunden diese Red.
Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 121.

Hostibus adversus, contra jucundus amicis:
Principis emerui nomina sancta boni. *N. Reusn.*

b Me placidum populis natura creavit & æquum:
Semper vi prior est imperiosa quies. *Nic. Reusn.*

c Der Edle Stamm von Ost/ der jetzt verdorren wolt/
von mir/ dem jüngsten Zweig/ bekame neues Leben.
Ich habe Kärndten auch/ und Pfyrt/ herzugeholt:
dardurch ich Oesterreich mehr Reichthum hab gegeben.
Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 130.

Me superis æquat rerum prudentia magna,
in regno pietas, in pietate fides. *N. Reusn.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [57] - 21
PUBLIC DOMAIN

tum Joannem Habſpurgium ſ. Lauffenburgium, cujus patrem interfecerant, & Tigurinos pacem fecit. Sed 1351. aliud illi ortum bellum cum *Tigurinis*, quam ob cauſam hi acceſſere fœderi. Cum autem aliquoties urbs obſeſſa eſſet, ſubinde res compoſita, nec tamen unquam pax ſtabilis. [a] Cum *Venetis* aliud in Foro Julio & Tarviſina marchia bellum, quod 1353. cumque recruduiſſet 1357. compoſitum. *VVirtembergicus* quoque *Comes* Eberhardus, qui comitatum Hohenbergenſem infeſtaverat, repreſſus, & ademta reſtituere coactus. Cæterum aucupii quam regiminis ſtudioſiorem fuiſſe aliqui accuſant. [b] Deceſſit 1358. Filios numera-

mus

a Joannes Habſpurgius liberatus Raperſch W ylam ſuam Alberto tradidit: Glaris & Zugium à juramento, quod nuper Helvetiis præſtiterant, abſoluta rediere ad Auſtriacos. Poſt hoc coram Carolo IV. Imp. eos denuo accuſavit, qui ipſe præſes ante ſe cauſam diſceptari juſſit, ac multa de pace egit. Obtulit quoque Alberto, ſe Lucernam, Glaris & Zugium imperii nomine emere velle, ob quæ diſceptabatur: Albertus emere quam vendere malle reſpondit. Induciæ factæ. Inde Imperator ipſe inſtigante Alberto Tigurum tertium obſidet. Flexere cives Cæſarem, ut diſcederet, itaque Albertus etiam obſidionem relinquit. Ita pax facta, ſed denuo novæ lites, ut tamen ad arma non provolarent. *Ioſ. Simler.*

b Zugios obſidebant Helvetii, hi nuncios miſere, qui ſuppetias rogarent & neceſſitatem explicarent. Obambulabat Kœnigsfeldæ in xyſto princeps, cum legati illud exponerent: cum ergo à venatore interea an aves paſtæ eſſent interrogaret, nunciorum unus excepit, plus de ſubditis quam avibus ſolicitum eſſe debere: dimiſit ergo legatos & dedere ſe juſſit, brevi v. ſe omnia recuperaturum. *Simler.*

mus 4. Ex quibus RUDOLFUS [a] cognomento *Ingeniosus* vel ob studium sacrarum fundationum *fundator*, qui amore literarũ à patre ceptam cum fratre Alberto 1384. *Academiam Viennensem*, & S. Stephani basilicam absolvit, aliaqûe fundavit (ob conjugem autem ejus secundam *Marg. Maultaschiam Carinthia*, antea ab Imper. Ludovico jam Alberto Contracto data, pleno jure domui illata) & extinctus est 1365. al. 1363. vel 1366. Mediolani, Roma redux, quo Carolum IV. comitatus erat, non sine veneni suspicione, & FRIDERICUS *splendidus* vel *liberalis* cognominatus 1362. in venatione à Domino de Pottendorf occisus, nullam suscepere prolem. A duobus ALBERTO & LEOPOLDO lineæ *Austriaca* & *Tirolensis*. De illa primum. ALBERTUS III. [b] *cum trica* (mit dem Zopff) cognominatus, quam vel ipse uxori

Linea I. Austriaca Albertus III.

[a] Tirol/das Wage hält auch einem Königreiche/
hat Maultasch mir geschenckt / erbt' Oesterreich von mir.
Danck mir es Zürcher-See/daß man jetzt geht auff dir:
mein Werck ist deine Brück'. An Ruhm ich keinem weiche.

Sig. Betul. Ostil. Lorb. p. 130.

Justitiæ præstans studiis, nec inutilis armis,
splendidius generi nomen habere dedi.
Doctus & è sacro Musas Helicone vocavi:
Quæ leges populis explicuere bonas.

Nic. Reusn.

[b] In einem DoppelZopff mein Haar geflochten ware:
es flochten einen Krantz / die Musen/ meinem Haare/ weil

Beatrici Burggr. Noricæ in Palæſtinam iturus reliquit, vel ex itinere redux cum lavantem in balneo reperiſſet abſcidit, & quæ Laxenburgi quod condidit ſervari dicitur; Styriam & Auſtriam tenuit: ſed illam cum tractu Curinthiæ & Marchia Tarviſina frater Leopoldus extorſit. Ei cum Henr. Schaumburgio & Bohemis bellum fuit 1366. Cum Carolo IV. & Lucenburgica domo ipſe & frater ſucceſſionem hæreditariam de omnibus utrinque bonis, excepta Ungaria, conſenſu ſuorum pacti ſunt. *a* Vivis exceſſit dyſenteria, ſeu exercitio nimio venationis ſeu veneno ſoluto ventre 1395. Præter nothũ *Leopoldũ* primum profeſſorem matheſeos (quam ſcientiam pater cum primis dilexerat) Viennenſem, *b* filium habuit ALBERTUM IV. *c* cognom. *patien-*

Albertus IV.

weil daß/durch mein Geſtifft/ Wien ward ihr Helikon.
Der Zopff wird noch verwahrt: es grünt auch noch die Kron. Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 130.

Nomen idem virtusque fuit mihi patris avique:
In quorum dotes officioſus eram. *N. Reuſn.*

a Diploma Pragæ datum legitur ap. Schickfuſ. Chron. Sileſ. L. 1. c. 30.

b Ejus opus Aſtronomicum Viennæ extare legi.

c Das Land/ wo GOttes Sohn/ gelegen in der Wiegen/
gelitten vor die Welt/vom Creutz zu Grab geſtiegen/
hieß meine Andacht mich beſehen mit Gefahr.
Wer ſeinen Heyland liebt/iſt gerne wo Er war.
Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 136.

Patris, avi, proavi ceſſit mihi nomen & omen:
Juſtitia bonus & fortis ad arma fui.
Nic. Reuſn.

patientem, vel *mirabilia mundi*, quod juvenis in Palæstina, ex qua 1392. redux ditiones regendas suscepit, mira vidisse diceretur. Cum *Iodoco Moraviæ* Marchione hic gessit bellum, sed pari cum patre fato dysenteria, quæ veneno excitata credebatur Procopii march. Morav. instigatione, 1404. extinctus est; omnium artium, architectonicæ, pictoriæ, peritus, & doctorum atque religiosorum amans princeps. Filius hujus ALBERTUS V. vel in Cæsarum ordine II. cognomento *honorificus*. [a] A socero *Sigismundo* Imp. cujus filiã Elisabetham Lucenburgiæ gentis

Alb. V. vel II. Imp.

 hære-

[a] Ein Fürst/ ist darüm Fürst/ ein rechtes Recht zu sprechen:
er sitzt an Ottes stat/ auff Erden auff dem Thron/
daß er die Bösen straff/ der Tugend gebe lohn.
Thut er das nicht / GOTT wird es an ihm selber rächen.
Der lohn / die Frommen reitzt zu mehrer Frömmkeit an/
ist guter Sinnen Sporn. Straff/ ist ein Zaum der Bösen:
man muß auch von dem leib die faulen Glieder lösen/
sonst wird er angesteckt. Diß hab ich stäts gethan:
Ich lohnt' und straffte nicht nach Gunst / nur nach Verdienen.
Drey Kronen / krönten mich zugleich in einem Jahr:
doch trug ich sie nicht lang. Der Spruch an mir wurd wahr:
Das Glück bricht / wie ein Glas / je schöner es geschienen.
Sig. Betul. Ostl. Lorberh. p. 135.

Nomen

hæredem duxerat, initio *Moraviã* pro dote tenuit, hinc post ejus mortem *Bohemiæ & Ungariæ regna.* Post quæ 1438. Cal. Jan. *Imperium* etiam unanimi procerum consensu accepit, [a] licet non acceptare velle Bohemis promisisset, & ob hoc ad suscipiendum se difficilem agnatis, qui eum hortabantur, præbuisset, tum felicitatem hanc raram perbrevem fore ominatus esset. [b] Ter uno anno est coronatus. [c] Uladislaum Polonum è Bohemia amovit, factiones attrivit. Tum advocatus à Georgio Serviæ despota *Amurathem* ad solvendam obsidionem Albæ Græcæ, quam integro anno obsederat, coëgit, sed in reditu 1439. in insula Scuta ex esu peponum soluto ventre periit. Primus est, post quem ex sola Austria familia electi Augusti. Natus posthumus LADISLAUS, [d] & coronatus in cunis *Ungariæ rex*, æmulum habuit *Uladislaum* è Polo-

Ladislaus Rex Vnga. & Bohem.

[a] AVstrIa qVeIs MVLtIs prIVata CarebatabannIs
ALberto rVrsVs prInCIpe sCeptra gerIt.
Bernh. Sturm. ap. Zach. Theob. Hussiten-Krieg.
Nomen ejus in gratulatione explicatum. Allweg-recht.
Imperium virtus, duo dos uxoria regna
contulit: Implevi laudibus omne latus.
Sauromatas domui, temerantes sacra: Tomitas
oppugnaturum prævenit atra dies. *N. Reusn.*

[b] Sig. Betul. Ostl. Lorberh. p. 139.

[c] *Contigit huic primo, quod nuper Maxmiliano,*
Vt caput ornaret jure Corona triplex.
Joh. Sambucus.

[d] Pannonias rexi timidus, fortesque Bohemos:
Crudelis nocuit nam mihi cædis amor. *N. Reusn.*

Der

è Polonia accitum, (qui ob id corona alia, quæ capiti imagini R. S. Stephani detracta erat, coronari voluit, cum vero 1444. Varnam clade sua nobilitasset, regnum æmulo reliquit) & cum corona ad *Fridericum Imp.* agnatum educandus missus est. Tutores post Cæsarem *Ulricus Ciliæ Comes*, & *Joannes Hunniades* prorex Turcarum terror: Qui sæpius Turcas stravit, & postea 1451. vastatis Austria, Styria & Carinthia regem suum Cæsari (quem Neostadii obsedit) extorsit. Cum duodecenni administrationem regni tradidisset 1452. Hunniades, plura adhuc adversus Turcas (crucem præferente *Joanne Capistrano*) ipsius auspiciis egit. Cum autem mortuus esset, filius Ladislaus ob Cilium obtruncatum decollatus, alter *Matthias Hunniades* in carcere supplicium expectabat; sed Ladislaus rex paulo post 1457. sponsam Magdalenam Caroli VII. Regis filiam è Gallia exspectans, non sine veneni[a] suspicione extinguitur, & Matthias è vinculis ad regnum vocatur. Ita in hoc Ladislao terminata linea prior, quam *Austriacam* dixi. Sorores verò ejus

Der Tod/klopfft ja so bald an Königs-Höfen an/
als an dem Bauershaus. Ich kan ein Beyspiel gebē:
Er nahm/ in Einem Tag/ mir Zepter/ Braut/ und Leben.
Sih auff! er kan auch dir thun wie er mir gethan.
Sig. Betul. Oestl. Lorberh. p. 181.

a à concubina nobili, cui alias nuptias se non contracturum promiserit, in pomi, cultri secantis veneno, infecti medietate, in balneo oblati.

ejus *Eliſabetha*, *Caſimiri Reg. Poloniæ*, cujus demum filius *Uladislaus* poſt mortem Matthiæ Bohemiam & Ungariam obtinuit, & *Anna*, *VVilhelmi Saxoniæ* ducis uxor fuit. Cum illa ob *Lucenburgenſem* ducatum pactus eſt Carolus Burgundus: hic *VVilhelmus* ducatum feudo accepit, ſed à Burgundo 1444. ereptum amiſit.

II. Tirolenſis. Leopoldus.

Sequitur linea *Tirolenſis*. LEOPOLDUS *a probus* filius Alberti ſapientis præter anteriores provincias, etiam Styriam, Carinthiam & Tarviſinas ditiones fratri extortas tenuit. Veldkirch & Com. Hohenberg à majoribus vendita Auſtriacæ Domui iterum aſſeruit. Bello *Veneto* victor fuit; ſed cum *Helvetiis* infeliciter pugnavit, non tantum cum 1373. adv. illos inſtigaſſet Anglos, ſed etiam expeditione propria, qua 1386. ad *Sempacum* cum 676. illuſtribus & nobilibus cecidit, & Kœnigsfeldæ ſepultus eſt. Ex fi-

a Nicht allzeit kan man fromm vor böſen Leuten bleiben.
Die Schweitzer / reitzten mich gewaffnet in das Feld.
Ich fiel: doch wird mein Ruhm vor Sempach ſtehen bleiben.
Wer in den Waffen ſtirbt / der ſtirbet / als ein Held.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 136.

Flore virens animi, fortis bellator & ævi,
hoſtiles fudi non ſemel ipſe manus.

Nic. Reuſn.

Ex filiis iterum WILHELMUS [a] dictus *Ambitiosus*, qui ob Tripolim Turcica obsidione liberatam celebris, cæterum frustra quæsito *Hedvvigis Polonicæ* [b] conjugio infelix, in divisione fratrum Carinthiam orientalem, Portum Naonis, Istriam accepit, & LEOPOLDUS [c] cognomento *crassus* vel *superbus*, qui cum fratribus ob divisionem, in qua Alsatiam sortitus est, inde ultioni paternæ cum *Helvetiis* bellum gessit, ab his ad Glaronam victus, sine mascula prole decessere, ille 1406. hic 1411. relictis hæredibus *Friderico* & *Ernesto* fratribus: à quibus novæ lineæ *Tirolensis* & *Styria*. Illius autor FRIDERICUS [d] cognomento senior, s. vetus, *Linea I. Tirolensis.*

[a] Den Hofmann / haben mich genennet meine Sitten /
auß denen stäts erschien die schöne Höflichkeit.
Durch Weiber-Unbestand / und durch deß Glückes Neid /
ward mir / zu einer Kron / die Hoffnung abgeschnitten.
Sig. Betul. Ostl. Lorberh. p. 136.

Non virtus, non fama latet mea: patria novit,
quid fidei fuerit, justitiæque mihi. *Nic. Reusn.*

[b] Quæ illi addictior atque ante nubiles annos regio more ei in thalamum data, dein procerum & matris voluntate ob rationes rei publicæ Jagelloni Lithvano, qui Uladislai nomen in baptismo sumsit, nubere coacta est.

[c] Ambitiosus eram: quid tum? virtutibus emi
Egregiis regni jura decusque mei.
Nic. Reusn.

[d] Dem Fürsten schwatzt man vor / nur was er gerne hört.

Ein

Friderici.

ſ. vetus, [a] fugatus ab Helvetiis cum abbati S. Galli auxilium ferret. Cum verò *Joannem* XXIII. Pontificem in Concilio Conſtantienſi depoſitum abduxiſſet, Cæſar Sigiſmundus eum citatum, nec comparentem, Principum judicio proſcripſit, & ſubditos obſequii fide exſolvit. [b] Executio Helvetiis ob pactas inducias quinquagennales tergiverſantibus mandatur 1415. Qui demum, cum à fide data liberos concilium & niſi invaderent Fridericum iisdem pœnis obnoxios pronunciaſſet, Badenam & magnam partem ditionum Friderici occuparunt, & ſtipendii loco donec ſumtus refunderentur retinuerunt. Tandem ope ducis Bavariæ & Burgr. Norimbergenſis Cæſari recõciliatus Fridericus.

Vita

Ein Mittel macht' ich mir / die Warheit außzuſpähen:
Ich pflage / unter's Volck / verkleidet offt zu gehen.
Wär diß ein Brauch / es wird viel Böſes abgekehrt.
Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 142.

Splendida magnificum virtutis gloria nomen
ſanciit, æternos non moritum dies.
Nic. Reuſn.

[a] Fridel mit der lähren Taſchen.

[b] Proceſſus juris ſervatus, ut in principum ſolenni conſeſſu Imperator eum accuſaret, inde citaretur diplomate ad cauſam dicendam, cum non compareret, publico principum judicio condemnatus privatur omnibus bonis: ea occupanti conceduntur, & ſubditi obſequio ſolvuntur. Naucl. Vol. 3. gen. 48.

Vita excessit 1439. Filio ejus SIGISMUNDO[a] cognomento *simplici* cum *Helvetiis* aliquoties res fuit. Hos adversus eum, quem ob Nic. Cusanum Cardinalem detentum excommunicaverat 1460. Pius 2. instigavit. Accessit alia causa, Vigilius & Bernh. fratres Grœdleri Græciénses à duce pulsi & à Tigurinis in civitatem recepti. Ita Winterthur, Rapperschwil, Diessenhoven, Frawenfeld & tota Turgoja ab Helvetiis occupata. Demum 1460. pax interpositione Ludovici Bav. facta. 1468. Nova expeditio suscepta adv. Sigismundum pro *Mulhusinis* (auff dem Ochsenfeld/ in Suntgoia.) Alia iterum pro *Scaphusinis*, qua Dux coactus ad pacem, & Scaphusiam suo sumtu à banno Imperiali liberandam. Cum ita videret, se non parem Helvetiis, Comitatum Pfiretensem, Sundgoviam[b] & alia *Carolo D. Burg.* oppignorat,[c] quæ huic adversus gentem occasio belli, ei fe-

Sigismundus

[a] Wer / andre nicht allein / sich selbst auch / kan besiegen /
der ist ein dapffrer Held. Diß Thun hab ich gethan.
Was mir mein Vatter ließ / das ließ ich mich begnügen:
die tolle Mehrbegierd must mir nicht siegen an.
Sig. Betul. Östl. Lorberh. p. 180.

Si virtus prodest & honesti gloria merces
redditur, in laudes quis satis esse potest?
Nic. Reusn.

[b] Lazius dicit *Helvetiam*, sed reclamat Simlerus.
[c] 70000. vel ut alii 80000. aureis.

ei feralis. Sigiſmundus enim interim mediante Ludov. R. Galliæ hoſtibus reconciliatus, cum ipſis 1474. *fœdus*, in quo plerique vicini comprehenſi, facit, & P. Hagenbachium à Burgundo oppignoratis ditionibus præfectum ob facinora damnatum capite truncat. Iterum 1477. poſt Caroli mortem fœdus (Erbeinigung) renovatum. Cum *Venetis* quoque 1487. bellum fuit, quorum ducem Rob. Sanſeverinum bis vicit. Tandem, cum antea ſemper Alberto patrueli adv. fratrem Fridericum Imp. adſtitiſſet, ἄπαις hujus filium *Maximilianum* adoptat, & ſervata ſibi annua penſione ſua ipſi tradit, morte ſua 1496. Tirolenſem hanc lineam terminans.

2. *Styria Erneſti ferreus.* *Styriæ* princeps fuit ERNESTUS *a* cognomento *ferreus* ob eximium robur, Palæſtinam juvenis inviſit; cæterum pacis amans, qui reliquis fratribus de tutela Alberti II. altercantibus ſolus quietus manſit. Ex *Cimburgi Mazovia*, fœmina robuſtiſſima, [b] filios duos

a Die Stärck hat meinen Leib/ der Muht mein Hertz/ gehärtet:
daher ich Eiſern hieß. So muß ein Fürſte ſeyn.
Wer ſorgt zuviel vor ſich/ und ſeine Glieder zärtet/
bey ſolchem iſt/ die Sorg vor ſeine Bürger/ klein.
Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 142.

Fervidus ingenio, ſuperari neſcius armis,
prælia cum multis irrequieta tuli.
Nic. Reuſn.

b Sola manu dicitur clavum parieti altiſſime infixiſſe.

duos habuit: minor ALBERTUS [a] cogn. *mitis* vel *prodigus*, fundator Academiæ *Friburgensis*, à fratre perpetuò discors, inprimis ob hereditatem Ladislai, partes ejus tuente Ulrico Ciliæ comite. Bellum 6. annos fere duravit; unde etiam à fratre 1463. in comitiis Ratisponensibus de statuum & principum consensu proscriptus est: Major frater, & tandem Alberti heres fuit FRIDERICUS III. [b] qui junior *Fridericus III. Imp.*

C Hiero-

[a] Mein Bruder / weil er karg / mich den Verschwender nennt'.
Ists unrecht / mit dem Gut ihm kauffen Lebens-Freuden?
Sag / welches besser sey / das Geitzen oder Geuden?
Geld / wird durch jens getödt / durch dieses angewendt.

Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 142.

Clarus eram studiis: hoc orbis novit, & audet
inter honoratos me numerare duces.

N. Reusn.

[b] Das Reich / war unter mir / das Teutsche / reich an Frieden:
ich ware / was ich hieß / ein frommer Frieden-Fürst.
Mein gütigs Hertz hat nie / nach Feindes-Blut / gedürst.
Das Glück doch wolte mir zu hauß viel Kriege schmieden /
das meinen Vorsatz hasst': es war auch nicht mein Freund
im Kriege / weil es mich zum Frieden wust geboh-ren.

Ich

Hierosolyma invisit, & [a] post *Albertum II.* cui conciliaverat Bohemos, electus est 1440. Imperator. [b] In Alsatia 1444. Armeniacos repressit. [c] Ob *Ladislaum* agnatum, Ungariæ & Bohe-

Ich hab / das schwerer ist / das Friedens-Gold erfohren /
vor Kriegerisches Stahl : wiewohl diß grösser scheint.
Das Lorbeer-Laub braucht' ich / zu krönen die Poeten /
die siegen ohne Blut / und kriegen mit der Zeit.
Ihr Dichter ! vor die Gnad / ihr mir verbunden seit /
mit eurem Feder-Schwerd auch meinen Todt zu tödten.

Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 141.

Quantum bella solent securæ cedere paci,
tantum Cæsaribus major in orbe fui.
Quid, quod & in bello mihi se victoria castris
præstitit, & capiti laurea serta dedit.

N. Reusn.

Nullus ab Augusto tenuit tot sceptra per annos :
Cætera, fatorum quæ tulit ordo, tuli.

Hier. Wolf.

a Lambec. aliquoties urget eum in Imperatorum numero V. dicendum.

b Coronatus est 8. Id. Jan. 1440. Aquisgrani ab Elect. Colonienſi Theodorico, & 1452. Romæ cum uxore à Papa Nicolao V.

c Armeniaci dicti milites Ludov. Delfini Franciæ, qui Alsatiã infestabant, à Duce Armeniaco (*d' Armaignac*) cum vero pronunciatio nominis Germanis vel difficilis vel peregrina esset, inde ridiculum nomen, die armen Gecken : unde bellum vulgo in Chronicis, der Gecken vel Armen Jecken Krieg.

& Bohemiæ (cujus coronam à quibusdam proceribus Bohemis sibi oblatam accipere recusaverat, eos increpans, qui ditiorem quam justiorem regem mallent) quod impuberem in aliena cura esse eum nollet, detentum ipsum vexavit Joh. Huniades, & demum 1452. ut redderet coëgit. Hæ conditiones, ut *Huniades* Ungariam, *Georgius Podiebradius* (qui dein Rex Bohemiæ 1463. Fridericum Viennæ à civibus ad famis usque necessitatem obsessum liberavit, ob quod filii duces *Munsterbergici* creati) Bohemiam, Ulricus C. *Ciliæ* Austriam administrarent. Hic verò ultimus anno seq. quod nimis gravis nobilitati, pulsus est. Cum fratre *Alberto* sexennale bellum, in quo cum summa suorum perfidia colluctari habuit necesse. Demum 1485. à *Matthia R. Ungariæ* infestatus, *Viennam* quoque amisit. In imperio plures motus composuit: tum ipso quoque autore inprimis contra Helvetios Svevicum fœdus (dictum *clypeus* S. *Georgii*) initum; multæ arces latrociniis infames hinc inde destructæ. *a*

a Novesio obsessæ à Carolo D. Burgundiæ subsidio 1472. venit, ducibus exercitus Alberto El. Brandenburgico & Alb. M. Misniæ. Inde cum Carolo pax facta, & filio Maximiliano illius filia Maria obtenta. Paci quoque inclusi omnes, exceptis qui nuper fœdus novũ pepigerant, Lotharingo, Helvetiis, Sigismundo patrueli. 1474. Fridericum Bellicosum Palatinum in consessu principum proscripsit, sed domare non potuit. 1482. Flandros per Alb. Misnicum compescuit.

Apud multos male audit ob cunctationem, & quod res imperii neglexerit, nondum tempus emendandi venisse dictitans; Unde Itali joco, an viveret, percontati sint. *Constantinopolis* quoque deserta & à Turcis capta imperium ejus triste reddidit. Clementiæ, mansuetudinis, pietatis, sobrietatis elogia meruit. *Pontifici*, à quo etiam coronam accepit, addictior visus est. *a* Ejus verò tempore Germania *literis* (ad quod *ars typographica* à Joh. *Mentelio Argentinæ* 1440. inventa multum contulit) florere cœpit. Ipse quoque ope Æneæ Sylvii, qui deinceps Papa fuit, atque vitam hujus Augusti *b* descripsit, & Georgii Purbachii multos curavit colligi libros. Tandem 1493. esus peponum, quos vigilia assumtionis B. Mariæ ab alio cibo abstinens octo comederat, & aquæ haustum addiderat, ei, post tres alios ex hac gente, lethalis fuit, cum duobus annis Augusto ætate major, 3. annis minor esset imperio. Unicus ex Eleonora Lusitanica filius, ad quem omnis Austriaca successio delata,

a 1469. Romam religionis causa profectus, nemini formidabilis paucis venerabilis, ob exiguum comitatum (Cranz.) Bene tamen à Pontifice exceptus est. In eum invehitur juratus Austriacorum hostis Hippol. à Lapide. Rat. stat. 3, 2, 1. p. 520. seq.

b Edere eam historiam, supplere & multis publicis documentis illustrare constituerat Celeberr. *Ioh. Henricus Bœclerus*. Sed operi immortuus genero suo & successori dignissimo *Vlrico Obrechto* perficiendum reliquit. Quod adhuc cum desiderio expectant historiarum Studiosi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [72] - 36
PUBLIC DOMAIN

delata, MAXIMILIANUS, *a Archiducis* primus titulum usurpavit, venationis studiosissimus: Ab infantia verò nihil fere locutus ad decimum usque annum perhibetur, dein 6. vel 7. linguis loqui didicit: inde in adolescentia temeritate maxima, in venatione, qua corpus durabat, & alibi, periculis se gravissimis objecit, sed singulariter in illis servatus est. 1460. Croa- *Maximilianus I. Imp.*

* Das Rühmerische Rom/mag seinen Cäsar loben/
der thät / was Schreibens werth / und schriebe/
was er thät.
Mein Ruhm ihm/wo nicht vor/doch an der Seite/
geht.
Ich prange ja so wohl mit Kunst und Ritter-Proben.
Ich führt' in Einer Hand / die Feder und das
Schwerd:
ein Kriegsmann in der Faust / ein Hertzog in den
Thaten:
ein Cäsar mit dem Kiel/ ein Käyser in dem Rahten.
Die Römer haben nicht die Tugend außgeleert.
Der Teutsche trotzet sie noch jetzund/wie vor Zeiten/
mit Waffen und mit Kunst. Vor andren aber Ich.
Mein Beyspiel / meine Gnad / fieng an zu zieren
dich/
mit Kunst / O Teutsches Reich / und mit gelehrten
Leuten.

Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 156.

Maximus & pacis studiis & maximus armis,
egregiis factis nomina digna gero.
Quis Venetos, Gallum, Turcas fortesque Sicambros,
Pannonas, Helvetios, me domuisse negat.

Nic. Reusn.

Ingenio, pietate, fide, victricibus armis,
maximus, haud abs re nomina tanta gero.

H. Wolf.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [73] - 37
PUBLIC DOMAIN

tiam vaſtantes Turcas repreſſit. *a* Ei pater *Mariam* filiam *Caroli Ducis Burgundiæ* (cum quo ei antea bellum) obtinuit, ac ita hereditatem *Belgii* 1478. *b* Quæ verò in limite Belgico ademta à Ludovico R. Galliæ, & Burgundiam, fruſtra armis recuperare conatus eſt. A ſubditis ſuis captus Brugis, 1482. virtute Alberti Saxonis liberatur, & gravia meritis ignoſcit. Conjux tamen pro viribus adverſus rebelles, qui ſibi non negabant obſequium, mariti autoritatem tutata erat. Pater obtinuit ab electoribus, ut ſe vivo 1486. Rex Romanorum, non vocato ob ſimultates Bohemiæ rege, *c* eligeretur. Cum *Carolus VIII.* R. Galliæ ſponſam ejus *Annam Britannicam* miniſterio Wolfgangi Baronis Polheimii deſponſatam eripuiſſet, aliud ob hoc ei Gallicum bellum. Inde Blancam Mariam Mediolanenſem, gente imparem ſed egregie dotatam, pecuniæ indigentior, duxit, & cum ea tranquille vixit. Matthia autem Hunniade mortuo urbes in Auſtria olim captas recepit, cum aliis in ipſa Ungaria. Patris ſucceſſor 1495. *pacem publicam* in Germania Worma-

a Ea recenſentur in libro Theuerdanck / quem ipſe conſcripſit. Latino etiam ſermone ſua conſignavit, Tanq. alter Julius Cæſar. conf. Sig. Betul. Oſtland. Lorberh. p. 158.

b Ita Brugis ab Equitibus A. V. ordinis caput agnitus eſt.

c Unde is minitatus bellum. Limn. Jur. public. 3, 8, 4.

Wormatiæ ſanxit, inde *a* 1500. Auguſtæ *regimentum*, quod ipſo cum res imperii adminiſtraret, inſtitutum. Bellum ex fœdere Svevico [b] cum *Helvetiis* geſſit Auſtriacorum ultimus, quod poſt octo prælia illis ſecunda [c] 1499. Baſileæ compoſitum, & 1511. fœdus renovatum, [d] quod hucusque duravit. Cum *Venetis* etiam [e] qui 1507. Romam ad coronam petendam ituro armatum tranſitum negabant, icto cum Gallis & Papa fœdere Cameraci, bellum acre ex decreto imperii geſſit, quo victi ad *Abduam* univerſa fere continente exuuntur, ut Auſtriaci ſua quoque reciperent. In eo *Wilhelmus Dominus Rappolſtenius* vexillum imperii portans, *Patavii* muros primus conſcendit, cum caperetur. Sed 1509. urbem, cum negligentius cuſtodiretur, recepere Veneti. Inde à Gallis abalienatus Cæſar, 1513. ad *Novariam* auxilio Helvetiorum eos, dein Venetos ad *Vicentiam* profligavit.

a Inſimulatus quod nihil conſilio principum ageret. *Naucl.*

b Unde dictum der Schwaben-Krieg.

c Semel victi Helvetii ad Conſtantiam, ſed eadem die rediere victores. Cauſa belli contumelioſa verba & vexati ab Auſtriacis Rhæti, unde cum Ludovico R. Franciæ fœdus percuſſere Helvetii.

d Die Erbeinigung. Maximilianus illud ſuo & nepotis Caroli nomine concluſit.

e Olim pater ejus Fridericus in itinere Italico à Venetis magnificè exceptus, dixit ſe Reip. ſemper fore amicum, præſagire tamen inter eam & poſteros ſuos gravia oritura bella. Berul. Oſtl. Lorb. p. 148.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [75] - 39
PUBLIC DOMAIN

Tandem 1516. quod ſtipendia ſolvere nequiret, deſertus à ſuis, in *Mediolano* recuperando fruſtra eſt, ac Veneti Brixiam recuperant, Veronamq; obſident: bello demum finis imponitur. In Germania 1504. *bello Bavarico* Palatinos depreſſit; in prælio autem vitæ diſcrimen clava impetitus adiit, ſed ab Erico Brunſvicenſi Duce ſervatus eſt: & quædam domui ſuæ acquiſivit. [a] 1591. ultimo Comite *Goritienſi* mortuo illum comitatum obtinuit. 1515. ipſo cum una fuere Viennæ, & magnifice multoque ſumtu habiti ſunt *Sigismundus R. Polon.* & *Uladislaus R. Ungar.* ubi renovata pactio de ſucceſſione Auſtriorum, ſi Uladislai progenies deficeret; Cæſar pacis cauſa cum Moſco agere, & Magiſtrum Pruſſiæ nolle tueri promiſit. [b] Sub eo à *B. Luthero* opus reformationis cœpit. Ipſe vero Maximilianus, cum ei 1511. oblata eſſent gravamina Germanicarum Eccleſiarum, quibus à Papa premerentur, jam decretum, quo utcunque malum leniret, oppoſuerat: atque de Paparum conqueſtus eſt mala fide. [c] De cætero literas fovit, quæ ſub eo plurimum incrementi ſumſere. *Pontificiam dignitatem* 1511. cum Julius II. Papa moriturus crederetur, ambiverat, & de eo ad oratorem ſuum Paulum Liechtenſtenium

[a] Inprimis Landvogtiam ſ. advocatiam provincialem Hagenoenſem.
[b] Chytr.
[c] Catal. Teſt. verit. 415. p. 836.

ſtenium ſcripſerat. [a] 1519. 12. Jan. febre & alvi profluvio Welſæ in Auſtria vitæ *per tot diſcrimina rerum* [b] ductæ finem fecit, atque ſarcophago, quem integro jam biennio vel quinquennio arcæ incluſum, in mortalitatis recordationem circumduxerat, incluſus eſt. [c] Hic *militiam Germanicam* in ordinem redegit, & jus militare atque diſciplinam inſtituit, uſus in pleriſq; conſilio *Georg. Fronsbergii*, cujus libri editi. Auſtriacum Electoribus addi fruſtra quæſivit [d] ut & in ultimis comitiis, Carolum nepotem Romanorum regem creari. [e] Primus etiam *Bibliotheçam Viennenſem* opera Conr. Celtis [f] inſtituit. Tum primus quoque *Cameræ*, quæ dein Spiræ hæſit, prius ambulatoria, jecit fundamenta. Filios naturales *Georgium* epiſcopum *Brixienſem* 1525. dein in Hiſpania Valentinum, 1539. demum 1544. *Leodienſem*, qui in itinere in Germaniam à Gallis captus, & aliquamdiu Lugduni aſſervatus, demum Caroli V. autoritate liberatus eſt, ac *Fridericum Maximilianum ab Amberg* Caroli V. militem: unicum legitimum habuit

a Literæ ſcriptæ Brixiæ 16. Sept. Extant ap. Schickfuſ. Chron. Sileſ. 3, 7. p. 53. Goldaſt. Polit. Reichshand. P. 2. p. 428.

b Hoc ei ſymbolum: cum pictura, globi terreni impoſiti rotæ armatæ novaculis.

c Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 165.

d Limn. Jur. publ. T. 1. 3, 1, 41. & T. V. addit. ad 1, 12. p. 238.

e Thuan. L. 1.

f qui obiit 4. Febr. 1508.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [77] - 41
PUBLIC DOMAIN

Philipp⁹ Rex Caſtil.

PHILIPPUM. Filia *Margareta*, matrimoniis infelix fuit, *a* à ſponſo primo *Carolo VIII. R.Fr.* [b] repudiata, ex marito *Joanne Arragonio*, qui equi lapſu interiit, ſuſceptus poſthumus mox extinctus, è tertio *Philip. Sabaudo* [c] ſterilis, unde Comitatus *Burgundiæ* ei dotalis, ob quod etiam tempore belli 1522. neutralitatis jus obtinuit, [d] ad domum Auſtriacam relapſus. Ipſa *gubernatrix Belgii* auſpiciis Caroli V. fuit: ejus opera *pax Cameracenſis* concluſa 1529. Poſt quam anno ſeq. vivis exceſſit. [e] PHILIPPUS [f] cognomento *amor & delicia mundi*, princeps ad pacem

a Unde Symbolum ejus: *fortune, infortune, fort une.*

b Tenerrimæ adhuc ætatis erat, cum Lutetiam deducta, ſolenniſſime recepta & deſponſata fuerat: ſed dein, poſt octavum annum ad patrem remiſſa.

c Ille ob hoc à ſocero vicarius Imperii in illis partibus conſtitutus eſt: quo titulo aliquid in Genevam tentavit.

d Vide tract. Madrit. num. 35. ubi reſtitui jubentur ei, quæ contra neutralitatis leges ei erepta.

e Unde hoc epitaphium:

Margaris ut toto pacem firmavit in orbe,
& nos firma etiam pace fruamur, ait.
Nec mora, ſponte animam efflavit, cœlumq; petivit,
hic ubi perpetuæ commoda pacis habet. L. Gollut.

Alludit numus memorialis:

Pacis ego ſtudioſa quater bella horrida preſſi.

f Ich hab Hiſpanien an Oeſterreich gebracht:
Es haben auch von mir geſtammet beyde Häuſer.
Zween Söhn' ich hinterließ / zween Stammen/ und zween Käyſer.
Diß mich / wie jung ich ſtarb / zum alten Greiſſen macht.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 181.

Fors

pacem natura sua inclinans fuit. [a] A matre cum *Burgundia Belgium* habebat, à patre *Austriaca* expectabantur, à conjuge *Joanna filia Ferd. Catholici R. Hispaniarum* (quæ ex Zelotypia olim contracto animi morbo post mariti Philippi mortem omnino rationis usum perdidit, & ab eo tempore cum felibus colludens ad extremam senectutem pervenit, & turri inclusa Hispanicorum tamen regnorum titulos conjunctim cum filio gessit) Hispanicorum regnorum successio. De ejus, matre 1482. lapsu ex equo extincta, tutela disceptatum fuit, patre suum, ordinibus jura provinciarum obtendentibus. Per eum socer cum Ludovico 12. R. Gall. dissensiones composuit, nec tamen stetit pactis. Demum mortua socru *Isabella Castellana*, testamentum ejus, quo Castiliæ administrationem marito legabat, in dubium revocat gener, & cum in eo fuisset, ut Carolo Geldriæ duci bellum inferret, hoc omisso, & relicto qui Belgium gubernaret Guilh. Crojo Chieuvreo, in Hispaniam (initio tempestate in Angliam rejectus) 1506. navigat, ubi post septimum mensem, integer-

Fors mihi conjugii tria contulit incluta regna
Ibericum, Siculum, Parthenopeque tuum.
Felix laude mea, felix virtute nepotum:
Sub quibus imperii floruit amplus honos.
N. Reusner.

[a] Thuan. L. 1. Symbolum tamen aliud videri potuisset innuere, quod equiti armato in arena lanceam ad dimicandum aptatam gerenti adscriptum erat: *Qui volet.* Tanq. omnes provocaret. *Gollut.*

integerrimæ alias valetudinis, lusu pilæ à prandio calefactus, frigida avidius hausta & exhinc contracta febre, Burgis extinguitur. [a] Filiæ ejus ELEONORA *Fridericum Palatinum* amavit, inde *Carolo Borbonio* destinata, uxor fuit *Emanuelis R. Portugalliæ*, demum *Francisci R. Franc.* [b] Cum fratre in Hispaniam 1556. profecta, biennio post excessit vivis. conf. Thuan. L.1.p.38.3.p.148.6.p.263.21.p.642. ISABELLA *Christierno R. Daniæ* nupsit, ejus postea in exilio comes. Religionem Evangelicam cum agnovisset, ob hoc Ferdinandus frater auxilium negavit, unde iterum in testimonium fidei communioni Pontificiæ interfuit. MARIA [c] *Ludovici R. Vngariæ & Bohem.* (qui γαστρότμητος cute artificiali circumdatus, anno 10. patris successor, 14. barbatus, 15. maritus fuit & 21. cæsus [d]) uxor. Dein 1531. *Belgio* præfecta. A fratre aliquam mitigationem decreti de religione

Filiæ.

[a] Corpus Granadæ, cor Bruxellis conditum, cum tali Epitaphio:

Vrbes & populos diversaque regna tenebam,
Spes dabat imperium, spes dabat orbis opes,
Si spes in quenquam fuerit mihi gloria prima,
Heu heu quanta fuit spes mea, tanta jacet.

[b] Conditiones legantur in pact. Madrit. num. 14. & 15. ubi non nisi ad collateralem successionem admittitur in paternis maternisve bonis.

[c] Ducta fere infans, cum dote 200000. flor. Hungar. conf. de hoc & Ferdinandi matrimonio Londorp. Actor. Publ. T.1.c.96.

[d] Chytr.

gione (aliquod enim veritatis lumen agnovit, eique attribuitur cantio: Mag ich Unglück nicht widerstahn.) obtinuit, demum 1556. abdicata præfectura cum fratre in Hiſpaniam profecta, & ibi 1558. mortua eſt. conf. *Thuan.* L. 6. p. 163. & 300. 8. p. 363. 11. p. 547. 16. p. 769. 21. p. 947. ubi eam antiqui moris & gravitatis fœminam, ad hæc ſupra ſexum fortiſſimam appellat, & à falſo imputato impudicitiæ crimine excuſat. CATHARINA poſthuma, promiſſa *Ioh. Friderico* Saxoni, ſed non data ob religionem diverſam. Uxor *Joannis* 3. *R. Portugalliæ*. De qua *Thuan.* L. 65. p. 341. Quod nepotis Sebaſtiani adverſus Mauros deſtinatam expeditionem quoad vixit retardaverit. Filii vero Philippi cum duo fuerint, *Carolus* & *Ferdinandus*, ab his duo rami familiæ principales *Burgundo-Hiſpanus*, & *Auſtrio-Germanicus*, de quibus ordine.

I. BURGUNDO-HISPANUS.

CAROLUS V.[a] totam Europam ſpe & fatali potentia complecti quodammodo viſus eſt. *Carolus V. Imp.*

Atque

[a] Soll eine Königs-Kron faſt auff dem Haupte ſitzen.
muß ihre Stützung ſeyn deß Helmes Eiſenhut.
In einer eiſern Fauſt ein Zepter ſicher ruht.
Ein Reich das dauren ſoll / das muß der Degen ſchützen.
Mein gantzes Leben war nichts als ein ſtäter Krieg.
Mein blancker Schwerdt hat nie geroſtet noch geraſtet:
ſein

Atque adeo arioli eum totius orbis Christiani imperio potiturum, regemque Galliæ regno exuturum prædixerant. [a] Cum vero tot locorum intervallis & moribus distinctarum nationum princeps esset, ex Germania oriundus, in Belgio *Gandavi* natus & educatus: in *Hispania* tamen, quamdiu per bella Gallica & Germanica licuit, sedem præcipuam habuit, abdicato imperio ibi privatus mori elegit, & Hispanorum ductu maxima prælia fecit. [b] *Lucenburgensis* Ducatus initio ei à patre donatus. [c] Juven-

sein weitbeschreytes Stahl hat herrlich überglastet
drey Theile dieser Welt/ und allemahl mit Sieg.
Es forchten meinen Arm/ und fühlten seine Schläge/
drey Helden: König Frantz/ der Sachs/ und Soliman.
Den letzten grösten Sieg ich über mich gewann:
womit ich allen Ruhm der Grossen überwäge.
Sig. Betul. Östl. Lorberh. p. 179.

Indiæ & Europæ clarus Libyæque triumphis
imperium fratri fessus honore, dedi.
Hier. Wolf.

Carolus immenso major virtutibus orbe,
laudibus implevi sidera celsa meis.
Non iidem nobis, aliisque fuere triumphi:
In magno pectus robore mite fuit.
N. Reusn.

a Thuan. L. 1.

b Ab aula ejus etiam Germanica lingua fere exulavit, Limn. ad capit. proleg. s. 1, 21. Maximi tamen Germanos suos æstimavit. Vid. Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 190. 191.

c Cum baptismo sacro initiaretur. Patrini vero obtulere Carolus Crojus Cimacensis argenteam galeam cum phœnice

Juventuti ejus moderandæ *Guil. Croius Chievreus* (qui eum à Latinæ linguæ ſtudio arcuit, [a]) & *Fridericus Comes Palatinus* [b] præpoſiti. 1515. in Belgio ei juramentum præſtitum, dein in Hiſpaniam profectus eſt, relicta in Belgio Margareta amita. Avo materno 1516. mortuo jus regnorum Hiſpanicorum in eum recidit. Mox tamen initio, cum ab Hiſpanis ad iter Germanicum aliquam collationem petiiſſet, hi negarunt, & de gubernatorum Croji, qui in Belgium rediit, & Adriani Cardinalis adminiſtratione conqueſti ſunt. Eo progreſſa rebellio, ut præter nobiles plures multis in partibus eſſent civitates, Adrianum in cuſtodiam darent, & matrem Caroli Tordeſillæ caperent. Sed repreſſa demum armis conſpiratio, liberata regina & à reis ſumtum ſupplicium. [c] Poſt Maximilianum, qui eum ſe vivo regem Romanorum creari fruſtra quæſiverat, 1519. *Imperator*, inprimis

phœnice aureo, Bergenſis enſem aureum, Margarita Britanniea ſcyphum aureum, Gemmis plenum, Margarita amita auream patinam margaritis repletam, civitas Gandavenſis navem argenteam, clerus civitatis bibliorum codicem cum inſcriptione: *Scrutamini ſcripturas*, quod ominis boni fuit.

a De quo ſæpe queſtus Carolus. Si olim obſecutus, nunc non neceſſe eſſet, alienis audire auribus, & loqui ore. conf. Limn. ad capit. proleg. l. 1. n. 27.

b Qui tamen ob amores Eleonoræ tandem aula excedere coactus. Hub. Thom. Leod. Conf. plura exactius ap. Gollut. mem. de la Fr. Comte. L. XI.

c Meteran. 1, 1. p. 17. 18.

primis *Moguntini* & *Saxonis* ope, eligitur,[a] *Leone X.* clauſulam, qua reges Neapolitani in fidem à Pontificibus recipiuntur, remittente.[b] Cum fratre Ferdinando ita pactus eſt, ut ipſi *Germanicas* provincias (de *Alſatia* & *Briſaco*, quæ jungendis ditionibus & inſtar capiſtri coercendis ad Rhenum principibus atque civitatibus ſervire poterant, pœnituiſſe dicitur,) concederet, ſibi *Burgundicas* & *Hiſpanicas* ſervaret.[c] Belgio vero multa adjecit, Ultrajectum & Tranſiſalaniam reſignatione epiſcopi Henrici, qui ſe adverſus Carolum Geldriæ ducem tueri non amplius valebat: 1538. Geldriam: inde Græningam ultronea ſubmiſſione, nec non Cameracum, & iterum Lingam Tecklenburgico Comiti ademtam. 1543. univerſum Belgium uni circulo Burgundico incluſum reliquis circulis adjecit.[d] Bella cum variis varia ſed ſemper provocatus, & fere feliciter geſſit, cum rege *Franciſco* pleraque. Initio 1521. inito cum Papa fœdere Gallis *Parmam* & *Placentiam* eripuit, mox *Mediolanum*, reſtituto Franc. Sfortia. Per-

a Electionem, Electorum rationes, inprimis Trevirenſis qui Carolo adverſus augurium, & ſucceſſum deſcribit Sleidan. Comm. L. 1. p. 18. ſeq. Coronatus eſt Aquisgrani ab Hermanno Archiepiſcopo.

b Conf. Sleid. Comm. L. 1. p. 19. 20. Limn. Jur. publ. 2, 2, 90. & Addit.

c Unde fœdus Burgundicum (Burgundiſche Erb-Einigung) cum Helvetiis renovavit, Ferdinandus frater Auſtriacum.

d Meter. 1, 1. p. 20.

Percommodum dein accidit, ut Caroli præceptor *Hadrianus* Papa eligeretur. Inde transfuga *Carolo Borbonio* firmatæ partes, qui etiam *Aquas Sextias*, *Tolonium*, & alia capit, sed *Massiliam* frustra obsidet. Felicior Carolo natalis dies 24. Febr. 1525. fuit, cum *ad Ticinum* regem Franciæ superaret & caperet, atque petentem in Hispanias traduceret. [a] Cum autem in Italia principes felicitati huic inviderent, & Pontifex *Clemens VII.* partes desereret, Carolus Franciscum, *Madriti* certis conditionibus, quæ Gallis iniquiores, & invalidæ visæ, perscriptis, regiisque liberis obsidibus acceptis dimittit. Inde adv. *Papam*, quocum & Venetis dimissus rex fœdus percusserat, se Carolus convertit, ejus per Hispaniam nomen & autoritatem abolet, [b] Columnii instigati Romam occupant, & Clementem in Mausoleo Hadriani obsident, demum à Carolo Borbonio, [c] *Roma* 1527. capitur; sed brevi Pontifex in integrum restituitur. Anno seq. *Neapolis* frustra obsessa, cum pestis Gallos invadens, & *Andr. Auria*, qui *Genuam* suam adduxit Carolo, saluti essent. Inde 1529. *Cameraci* concluditur pax. [d] Cum

Madritensia pacta.

Pax Cameracensis.

D

a Ita in pact. Madrit.

b Thuan. L. 1. p. 40.

c Cujus memorialis numus, quo exprimitur Tiberis effundens aquas cum epigraphe: *in sempriſci honoris.* Luck. Syll. numism. p. 64.

ALtera post Captos GaLLos popVLIqVe fVrores
æstas te Captâ RoMA CrVenta fVit.

d Cujus numus mnemonicus cum epigraphe *Fundatori quietis.* 1530. Luck. Syllog. num. p. 72.

Cum verò ob *Mirabellum* oratorem Gallicum à Sfortia ſecuri percuſſum, eum rex armis aggreſſurus eſſet, ſed à Sabaudo tranſitus negaretur, hic ditione omni exuitur, & tandem *Mediolano* poſt mortem Sfortiæ à Cæſare, qui ut feudi Dominus ſibi ducatum adjudicabat, occupato, bellũ brevi iterum exardeſcit in Italia & Belgio. Sed 1537. induciæ prope Teroanam *Bommiaci* in decem menſes, tum 1538. *Niceæ* in totidem annos factæ. Cum Carolo tranſitus per Galliam eſſet conceſſus ad Gandavenſes motus ſedandos, [b] ille verò promiſſa de Mediolani reſtitutione non repræſentaret, novæ iræ, cumque legatos ſuos trucidatos etiam quereretur Franciſcus, bellum apertum, [a] quod magnis animis geſtum; demum cum in Campania multa, quodque ceperant, *Lucenburgum*, Galli, quos Angli quoque premebant, amiſiſſent, viciſſim victoria eſſent potiti ad *Carinianum*, pax inita *Creſpiaci* 1544. Cum Franciſci filio *Henrico II.* recruduit bellum, cui initio Parma occaſionem dedit, inde in Subalpinis exarſit, mox in Belgio, demum in Germanico limite, fœdere cum Germanicis principibus icto;

Pax Creſpiacenſis.

Metim

a Cuſus numus memorialis, Soli qui Zodiaco circumdatur adſcribens: *nondum in auge*. Luck. Syll. num. p. 108.

b Numus memorialis pacem repræſentat, altera manu cornu copiæ geſtantem, altera ſubdita face arma & privilegiorum libros ſuccendente: cum inſcriptione: *Magna opera Domini*. Luck. Num. Syll. p. 96.

Metim autem obsessam frustra recuperare conatus est Carolus. [a] Secutæ demum 1555. induciæ quinquennales, qui in cænobio *Valucellis* juxta Cameracum ultimus Carolo cum Gallis tractatus. In Germania initio mox *regimentum* imperii restituit, [b] & B. *Lutherum* primis comitiis *VVormatiensibus* in gratiam Pontificis proscripsit. Inde sæpius ob religionem varia acta. Inprimis 1529. *Spiræ* decretum factum, ne in religione aliquid innovaretur, adversus quod *protestantes* principes accepere nomen. Anno 1530. [c] *Augustæ* Carolo, cum paulo antea *Bononiæ* à Cardinali Guilh. Enchavordio Pontificis legato *Rex Longobardiæ*, à Papa autem *Imperator* (ultimus omnium, in cujus rei omen tractum, quod in solennitate ea pons super quem gradiebatur corruisset) esset coronatus, ac ita huic tanto addictior, *confessio* nostra exhibita, quam confutare adversarii conati. Aliqua nihilominus *pax religioni* concessa 1532.

Res imperii.

a Castrensis numus globum inter Herculis columnas repræsentat. Epigraphe: *Numine Cæsareo plenus uterq; polus.* Ex altera columna suspensa leonina cutis, ad alteram reclinata clava. Luck. Syll. num. p. 150. Cui vero numen attribuerunt, numine obnitente ausis excidit.

b Sed conditionibus paulo aliis, ut major esset Imperatoris potestas. Differentiam hujus & prioris regimenti invidiose exagitat Hippol. à Lapid. ration. stat. 2, 5, 2. p. 373.

c Tum primum Carolus non obviam processit Electoribus. Limn. Jur. publ. addit. Tom. IV. ad L. 3. p. 292.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [87] - 51
PUBLIC DOMAIN

Quæ dein etiam acta, in *Sleidano*, singulis annis quærantur. 1543. *Clivensis* Dux ad obsequium coactus. Anno autem seq. *Smalcaldicum* bellum, [a] quo Joh. Fridericus captus, Landgravius detentus, & quantumvis Cæsar victoriam moderate ferret, Germania triumphata videbatur [b], & *Interimistica* formula mox statibus obtrusa est. Sed ex illo omnia infelicia, [c] Magdeburgum animose resistit, à Mauritio Saxone & aliis facto fedele ipse Æniponte fugatur (unde *Passaviensis* transactio.) Metim nequicquam obsidet.

Smalcaldicũ bellum.

a Causas ejus excussit Frid. Hortlederus.

b Numi Castrenses & triumphales cusi varii: in altero legebatur: *Laqueus Smalcaldiensis contritus est, & nos liberati sumus*, (Aquila biceps laqueum, cui innexæ civitates, & in cujus extremitate Midæ capita, discerpit) in alio: *Victoria Cæsaris.* Iterum: *Cuique suum* (Aquila altero pede oleam, altero fulmen gestat.) In alio: *Tu ne cede malis* (Hercules clava aliquem, Saxonem, cum sociis prosternit, Satyrum, Hassum, ad arborem religat, hydra, civitates imperiales designante, frustrà renitente. conf. Luck. Syll. Num. p. 126. Non parum invidiæ hisce Imperatori contractum. Dicitur Carolus cum in cænobio suo, in quo demum vitam clausit, intueretur historiam capti Electoris Saxonici, subjecisse: *Hunc si reliquissem qualis fuerat, mansissem & ego qualis eram.* Th. Spizel. in Ep. Joh. Frid. ex Th. Stybari vita Joh. Frid.

c Jactantur versiculi.

Ni *Metz*, ni *Mauriz*, Ni *Mauritania*, ni *Magd.*
Ni *mors:* quid multis, fueram per singula felix.

Zeiler. Itin. Germ. p. 161.

Item: Die Metz und die Magd / haben dem Käyser den Tantz versagt.

obsidet. In *Africam* duæ susceptæ expeditiones: priori 1535. *Mulcassem* in *Tunetanum* regnum, victo *Barbarossa* restituit, altera ad *Algeriam* infelix & damnosa fuit ob naufragiũ.[a] In *Vngaria* autem adversus Turcam potius fratris Ferdinandi quam ipse suo nomine bellum gessit. In *America* per *Ferd. Cortesium* multa prospere acta, & *Mexicum* captum. De Gandavensibus, Genuensibus,[b] Neapolitanis[c] motibus alii. Demum 1555. ætate & virium imbecillitate ut ad extrema se pararet moneri arbitratus, filio, cui inducias prius procuraverat, Hispaniam & ditiones hereditarias servata annua pensione concedit Bruxellis, imperii autem decus per legatos ad fratrem Ferdinandum jam antea regem Rom. transmittit,[d] & seq. in Hispaniam profectus, se ut pridem devotionis amans, & plus cum Deo quam hominibus loqui dictus, in monasterium Hieronymianum *S. Justi* abdit, ubi biennio exacto inprimis lectione

Africana.

a Eam cladem multi non omnino præter opinionem Cæsaris accidisse volebant, rati minore famæ & virium dispendio se cum ventis & tempestatibus conflictaturum, quam si cum Solimanno in Pannoniam cum maximis copiis adventante quibus se parem fore desperabat omnium fortunarum uno prælio aleam subiisset. Thuan. L. 1. p. 60. 61. Dicebatur alibi hostes, hic seipsum, mare & tempestatem superasse.

b Thuan. L. 3. p. 124. seq.

c Thuan. L. 3. p. 134. seq.

d De abdicationis consilio. Thuan. L. 10. p. 767. seq. Ea peracta & iter in Hispaniam. L. 17. p. 819. seq.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [89] - 53
PUBLIC DOMAIN

Bernhardi hujusque de *duplici Christi hæreditate* discursu se in agone consolatus, moritur 1558.[a] Qui morienti astiterat eique à confessionibus fuerat *Constantinus Pontius* Lutheranismi postea accusatus, ejusque extincti corpus combustum, fidei in qua Carolus mortuus conjecturam facere potest. De ejus imperio, virtutibus & defectibus vid. Thuan. L. 21. p. 944. L. 9. p. 450. 452. L. 10. p. 480.[b] Naturalem filiam habuit *Margaretam* magni animi fœminam & probitate quam forma meliorem: nuptam initio *Alexandro Medicæo*, cum ei captæ *Florentiæ* ducatus concederetur, hoc verò cæso (frustra eam sibi exposcente Cosmo Alexandri agnato[c]) *Octavio Farnesio* D. Parmæ. Inde 1559. toti *Belgio* gubernatrix præfecta, qua dignitate cum laude functa benevolentiam subditorum habuit: unde ortis motibus, quod Albanum ei suffecerit Rex Hispaniæ, non parum tandem doluit, & ob hoc filii *Alexandri* virtute rem conatus est restituere. Advocata quidem ipsa Margareta 1580. ut ob recentem magistratus bene gesti memo-

Naturales. Margareta Parmensis.

a CaroLVs est IntVs reCVbans hoC noMIne QVIntVs eX rebVs gestIs reliqVa haVt nesCIre potestIs.

b Vitio ei vertunt malevoli, quod contra capitulationem imperio ademerit, & aut sibi aut clientibus suis addixerit Mediolanum, Florentiam, Senas, Parmam, Placentiam, Wirtenbergicum ducatum, Constantiam, Cameracum, Trajectum ad Mosam. Interpres eorum Hippol. à Lapide rat. stat. 3, 2, 1. Item quod de imperio hæreditario reddendo consilia agitaverit. Thuan. L. 5.

c Thuan. L. 1.

memoriam Belgis grata animos iterum lucraretur, sed cum inter eam & filium ortæ æmulationes, à Rege ipsa revocatur. Vita excessit Ortonæ urbe Neapolitana, sibi dotali 1586. vid. *Thuan.* L. 71. p. 591. L. 84. p. 169. Filium quoque naturalem habuit *Joannem Austriacum* dictum, qui tota fere vita alias atque fuere pro matribus coluit. [a] Hic educatus ab Hispano nobili, inde in aulam traductus, initio in Bello *Granatensi* 1570. specimina virtutis edidit, cum ad illud conficiendum ob discordias reliquorum præfectorum Velesii & Mondejaris, quibus tamen huic parere non inhonorificum futurum erat, præpositus est. Cum verò Granatæ splendidius exceptus esset, & titulum *Celsitudinis* loco *Excellentiæ* admisisset, res in aula invidiam & suspiciones excitavit. [b] Seq. anno classi Christianorum fœderatorum adv. Turcam præfectus est, qua ad *Echinades insulas* victoriam insignem, [c] ex eâ verò non multam apud regem gratiam retulit, 1573. *Tunetum* cepit, & militi diripiendam dedit; [d] Biserta quoque capta, & locus arci extruendæ designatus, quæ cum Guleta & aliis seq. anno à Turcis recepta. Magna autem denuo ob affectatum Pontifice intermedio *Tunetanum*

Ioannes Austriacus.

a Conf. Oct. Strada.
b Thuan. L. 48. p. 683.
c Thuan. L. 49. & 50.
d Thuan. L. 55.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [91] - 55
PUBLIC DOMAIN

regnum invidia apud Philippum excitata. [a] Demum 1576. [b] *Belgio* præpositus per Galliam personatus eo iter suscepit, ibique post biennium prope Namurcum ex lue pestilenti vel animi mœrore, ob aulæ de se suspiciones, cum sibi manus præcisas, & consilia de industria impediri, videret, *Escovedum* etiam secretarium per sicarios occisum audiret, extinctus est. 1578. vid. Thuan. L. 58. p. 27. 28. L. 66. p. 391. Conjugem non duxit, licet Guisiani ipsocum de nuptiis *Mariæ Scoticæ* egerint, [c] sed ex *Maria Mendozia Annam* abbat. Burgensem; ex *Diana Phalanga Surrentina* nobili *Joannam* Franciſci Buteri Siculi conjugem suscepit. Hi Caroli V. liberi naturales fuere. Legitimi autem JOANNA *Ioannis* principis *Lusitaniæ*, 1578. extincta, MARIA [d] Maximiliani 2. Imp. uxor, cujus liberos suis substituerat frater, [e] eamque administrationi cum consiliariis suscipiendæ in Hispaniam evocaverat, ubi 1603. mortua est, & PHILIPPUS II. [f] successor patris in Hi-

Liberi legitimi. Filiæ.

Philippus II. Rex Hispan.

a Thuan. L. 58.
b Thuan. L. 62.
c Thuan. L. 64.
d Cæsar me genuit, Cæsar me conjuge ducta,
Cæsaream fulcit sospite prole domum.
Hier. Wolf.
e Thuan. L. 120. in testamento Philippi.
f Natus mense quo Romam pater cepit. Anagramma ejus nomini sacratum à Barone de Marno. *Philippus Austriacus. Astris huc pius appuli.* Gollut. mem. de la Fr. Comte. L. XI. De eo ita Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 203.

Ich

in Hiſpania & reliquis hereditariis regnis, non etiam imperio, licet Carolus ſæpè cum fratre ob hoc egerit, ut regno Romano in favorem Philippi ſe abdicaret, & 1548. iter in Germaniam ſuſceptum ſit, ut principibus oſtenderetur: [a] Nihilominus patris locum, qui imperator reliquos reges anteibat, deſerere negavit. Unde inprimis cum R. Galliæ *prærogativæ* controverſia. [b] 1549. Primum iter in Belgium ſuſcepit, ibique magnifice exceptus, eique ut ſucceſſori ſacramentum præſtitum eſt. [c] Sed 1551. in Hiſpanias revertit. [d] Ei pater 1554. *Neapolitanum* & *Siciliæ* regnum occaſione nuptiarum cum Maria R. Angliæ conceſſit, [e]

Ich habe Portugall an Spanien gebracht/
mein Land voll Köntgreich zur Monarchie gemacht.
Dafür hat Niederland von mir ſich abgeriſſen.
Von Malta hab ich auch die Türcken weggeſchmiſſen.

Non titulus mea regna capit ſub nomine: regem
Indus, Aſer, Siculus, Sardus, Iberus, habent.
N. Reuſn.

Non ego ſum Cæſar: regem Tagus, Inſuber, Afri,
Belgæ, Itali, Siculus, Sardus & Indus habent.
Hier. Wolf.

a Thuan. L. 5. & 7.

b Conf. Chifflet. vindic. Hiſp. c. 14.

c Thuan. L. 6. Iter illud deſcripſit Hiſpanicè Chriſtoph. Stella. Apparatus ei excipiendo magnificos. Corn. Grapheus.

d Thuan. L. 7. Secum duxit patruelem Maximilianum.

e Thuan. L. 13.

tum [a] *Senas*, 1555. quas tamen varia arte demum Cosmus Medicæus extorsit. [b] 1555. Reliqua regna à patre cessa accepit, *ut quiesceret Atlas Hercule substituto.* [c] Obtinuerat adhuc

Gesta in Gallos. 1556. à Gallis inducias pater, quæ mox Pontificis & *Carafarum* impulsu ruptæ, deteriore tamen Pontificis, quem (Paulus IV. erat) Albanus adducto adv. Romam exercitu, ut *dissolvi* optaret, terruit, & Gallorum, qui ad *Marcianum* & *Quintinifanum* graves clades passi, conditione. Demum 1559. ad *Castellum Cameracense Sercamp* pax concluſa, & affinitate firmata. [d] In Hispaniam proficiscens, magnam classis partem & in ea supellectilem regiam amittit, ut cum patre orbem terrarum exuviis, quibus oceanum ditaret, spoliasse diceretur. Severa dein adv. *Lutheranismi* suspectos in Hispania inquisitio instituta, & multi affecti

[a] Thuan. L. 15.

[b] Thuan. L. 18.

[c] Numus mnemonicus: Hercules orbem, qui alias Atlantis onus, humeris gestans: cum epigraphe: *ut quiesceret Atlas.* Luck. Syllog. num. p. 177.

[d] Thuan. L. 20. Numus mnemonicus, Jani templum clausum cum epigraphe: *Pace terra marique composita.* Alius cum inscriptione: *Temporum felicitas*, &: *Regum Concordia.* Porro post hanc pacem res omnes domi forisque fere per Hispanos administravit, & honores, quos Carolus pater Germanis, Belgis & Italis, quasi communis omnium princeps, liberaliter communicabat, filius invidiose ad solos Hispanos contraxit. Thuan.

affecti ſupplicio [a] 1560. Expeditio Tripolitana adv. Turcas infelix ſuſcepta, qui poſtea quoque *Guletam* & reliqua in Africa eripuere. [b] Cauſa in podagram *Sveſſani*, *Auſtrii* ſphæriſterium, *Granvellani* ſubligar ſ. libidines rejecta. Apud *Belgas*, qui 1561. fidei confeſſionem exhibuerant, [c] à *Granvellano* Cardinali ob *inquiſitionem* & *Epiſcopatus* novos introducta offenſos, 1566. primi motus oriuntur, & à *Brederodio* & ſociis fœdere inito libellus ſupplex Parmenſi offertur, quo libertati ſuæ infeſta deprecabantur. Inde ulterius itum, & *Wilhelmus princ. Arauſionenſis* defenſionem libertatis in ſe ſuſcepit. *Albani* autem in Belgium 1567. miſſi ſuppliciis, exactionibus & tyrannide animi ad deſperationem adacti, ut mitiora imperia *Lud. Requeſenii*, *Ioannis Auſtrii* & *Alexandri Farneſii* nihil amplius proficerent, ſed tandem ordines fœderati 1581. Philippum jure ſuo excidiſſe pronunciarent, accito *Franciſco Andino* Regis Galliæ fratre. Inde aliquandiu reginæ *Anglicæ* patrocinio uſi, demum poſt Wilhelmi Arauſionenſis mortem filius *Mauritius* eos ſtrenuè adv. Hiſpanos defendit. Omnes verò horum conatus magno ſumtu ſuſcepti fuere fruſtra. Nec felicior adv. *Anglos* Philippus : initio quidem ſimultates inter eum & *Eliſabetham* gliſcebant, ab an-

Anglos.

a Thuan. L. 23.
b Thuan. L. 26.
c Thuan. L. 27.

ab anno 1563. [a] paulatim prorumpentes. Cum vero Anglorum mercimonia in Belgio rex prohiberet, illi Hamburgum transferunt. In *Hiberniam* susceptí conatus 1580. irriti fuere. A *Draco* autem non parum damni hinc inde Hispanis illatum, etiam insula S. Dominici 1586. capta. Tandem 1588. stupenda & sumtuosissima *classe*, quæ 32000. hominum vehebat, emissa, Angliam à Pontifice diris devotam subigere conatus, spe excidit, cum ea tempestate disjecta maximam partem perierit. [b] In *Gallia* non feliciora ejus consilia. *Ligam* foverat, & post mortem Henrici III. filiæ suæ regnum sperabat conciliare, armis quoque *Henricum IV.* à regno obtinendo arcere conatus: quod bellum magnis animis gestum, donec 1598. *Vervinii* pax concluderetur. In *Fœdere sacro* adv. Turcas icto ipse quoque princeps, sed *Cyprus* amissa *Auriæ* ejus duci imputabatur, victoria verò ad *Echinades* non tam ipsius voluntate quam auspiciis ab Austrio fratre obtenta. [c] In sola *Portugallia* materno jure occupanda, quod 1580. factum,

Iterum Gallos

& Turcas.

Lusitanos.

a Thuan. L. 36.

b Thuan. L. 89. p. 380. seq. Æquo animo nuncium infortunii audivit Rex: Contra homines, non adversus ventos & tempestates classem emisi, dictitans.

c FLVCtiVagI tVrCas VenetIstraVere DVeLLo
NonIs oCtobris LVX qVIa DeXtra faVet.
VICtor aqVIs HenetVs perstat, ferVs oCCVbVIt ThraX,
VtLVX oCtaVI septIMa Læta VenIt.

factum, felicior fuit. [a] Cum ab Albano brevi tempore integrum regnum, gratia omnibus præter ecclesiasticos facta, occupatum sit, & quicquid adhuc *Antonio* adhærebat, classe ejus victa, in potestatem redactum. Inde factum, ut accedentibus in India, Africa & America quæ Lusitanis paruerant ditionibus Turcico plurimum amplius imperium nanciscereturDomi etiam *Mauriſci* 1568. in Granatensi regno rebelles coërciti, & *Aragonia* in servitutem 1592. redacta, [b] ad ea referri possunt, quæ ex voto cessere. Decessit 1598. pthiriasi, [c] vel quod alii perhibent phthisi, fassus 5594. auri myriades tempore regiminis sui consumsisse, nec operæ pretium supereſſe, præter Lusitaniam. A suis Idea prudentiæ & pietatis, nec non temporis sui Salomon habitus: [d] certe si pietas Zelo pro Pontificia religione æstimetur, ejus ipsi plenum debebatur elogium. De eo & monitis ad filium prolixe *Thuan* L. 120. p. 504. seq. E prima conjuge *Maria Lusitanica* [e] ei natus CAROLUS, inque ejus verba jam *Liberi.*

a Numus triumphalis equo effreni & in orbis terreni summitate salienti adscribit: *Non sufficit orbis.* Alius: *reliquum* datur. Luck. syll. num. p. 279.

b Thuan. L. 104.

c Thuan. L. 104. p. 520.

d Catalani ap. Vict. Siri. T. I. p. 98. ipsi eum Salomonis dignantur elogio p. 114.

e Puerpera mortua est, cum ducissa Albæ & aliis, quæ ipsi curandæ destinatæ erant, & tum, ut spectarent executionem inquisitionis in Lutheranos, solam reliquerant, absentibus, peponem comedisset. Meteran. 1,1, p. 21.

jam 1559. juratum. Eum avus informaverat [a] Acer vero vehemens & supra modum ambitiosus atque imperii cupidus fuisse perhibetur [b] Sed 1568. jussu patris necatus. [c] De causis varia judicia. Conf. Thuan. L. 43. p. 624. Belgæ certè exemplo hoc in suam causam usi. Altera conjux *Maria Anglica* sterilis fuit. Tertia *Isabella Francica*, Irene dicta, quod pacis pignus fuerat, *Isabellam Claram Eugeniam* & *Catharinam* peperit. ISABELLA CLARA EUGENIA, Patri charissima, quam *speculum* & *lucem oculorum* suorum vocitare, cumque ea omnia consilia communicare solebat, *regno Galliæ* 1592. & 1593. paterno voto, sed conatu irrito, destinabatur. A matre jus petebatur, quod tamen ex *Salica lege* invalidum. *Britanniæ* speciatim ducatus, extinctis Valesiis, ad eam visus pertinere, unde jus dein nepoti transmisit: sed ob unionem cum regno factam Galli contradixere. Demum paterno testamento *Alberti* agnati (ante Cardinalis) nuptiæ cum *Belgii* principatu hereditario ei 1597. destinatæ. Utrumque brevi post patris mortem 1598. successum fortitum; [d] Et ipsa cum marito in Belgio solenniter 1599. excepta, bellum à patre ceptum ulterius prosecuta est (inprimis celebris sub ea *Ostendana* obsidio, qua durante ex voto interulam

Isabella Clara Eugenia

a Thuan. L. 17.
b Thuan. L. 42.
c FILIVs ante dIeM patrIos InqVIrIt In annos.
d Conf. Thuan. L. 120. & 121.

lam non exuisse purtatur) donec 1609. *inducia* duodecenales difficili tractatu concluderentur. His finitis bellum 1621. recruduit, sed deteriori Infantis conditione. Ejus etiam memoria *Fossâ Eugenianâ*, alias etiam *fossa S. Mariæ* dicta, 1626. inceptâ, conservanda fuerat, sed successus non omnino secundus. Cum moreretur 1633. heredem regem nepotem reliquit.

CATHARINA, ejus soror (*Carolo Emanueli Duci Sabaudiæ* nupsit 1584. [a] sed 1597. vivis excessit multorum Liberorum parens. Ad quos etiam extincta matertera Isabella pars hereditatis Margaritæ Valesiæ delapsa videri potuit. *Catharina.*

Ex quarta conjuge, *Anna* Austriaca nepte sua, quam quod sine necessitate pacis vel spe propagandi imperii duceret, pessimo in publicum edito exemplo, multi mirabantur, *Ferdinandum*, cui regnum Lusitaniæ destinatum fuerat, *Didacum* s. Jacobum (uterque brevi vivis exemti, & hic eo majori mœrore parentum, quod qui supererat Philippus infirmioris esset valetudinis) [b] & PHILIPPUM III. [c] successorem genuit. *Philippus III. R. Hisp.*

[a] Maritus ejus ob has nuptias maximos sumtus facere est coactus, qui pecuniam dotalem longe excedebant. Thuan. LL. 80. 82. 83. 119.

[b] Thuan. L. 75.

[c] La Rache nahm ich ein/ das fäste Räuber-Nest/
das meine Ahnen offt bestürmet/ nie erstiegen.
Die Mohren jagt' ich auß/ die ungetreuen Gäst;
ohn Blut ich diesem Feind sein wuste obzusiegen.
Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 225.

nuit. *a* In hujus verba antea 1584. jurari pater voluit; inde succeſſit defuncto, ſororique juxta mandata *Belgium* conceſſit. 1601. Irrita in *Algerianos* ſuſcepta expeditio. Cepit *Laracham* in Africa piratarum receptaculum, necnon Mamorram ſæpius olim ab aliis fruſtra tentatam, Maurorum, Turcarum, Batavorum perfugium. Cum rege autem *Angliæ* Jacobo per Velaſcum 1605. pax concluſa. *b* Ipſe in *Induciis* Belgicis concludendis ordines pro liberis ſtatibus agnoſcere, ſuoque in illos juri renunciare eſt coactus. *c* Cum *Pſeudo*Sebaſtianus Luſitanos in novam ſpem erigeret, hunc Florentiæ captum ad triremes damnat; nec tamen illi quievere, donec morte ſeu ſua ſeu accelerata iſte periit. In cauſa *Mantuana* ducis adverſus Sabaudum partes fovit *d*: in *Iuliacenſi* Comitis Palatini Neoburgici per Spinolam, cum Brandenburgicam cauſam Batavi juvarent. Per eundem ſuperiorem Palatinatum in Cæſaris gratiam, cui etiam *Bucquojum* adv. Bohemos ſubmiſerat, ſubegit, ac ſolvit unionem. Sed brevi poſt anno 1621. ſatius ſibi futurum fuiſſe, ſi ignoti potius nominis monachus quam tantarum opum rex decederet, dicens, vitam cum regno

a Ei cognomentum *pio* dat Caram. Fuit in juventute infirmiori, dein firmiori valetudine.

b Thuan. L. 131.

c Thuan. L. 138. Dominicus Baudius hiſtoriam deſcripſit.

d Cauſam vide ap. Capriat. L. 1.

regno depoſuit. Sub eo ad ſolitudinem fere redacta Hiſpania, cum circa 1610. ad 900000. *Maurorum* ejecerit. *Barcinonenſis* autem comitatus 1617. pluviis & oceani exundatione fere totus obrutus, ut 4. majora opida, 30. pagi, homines ad 50000. perirent. Liberi ex *Margarita* agnata, loco ſororis ejus Gregorię Maximilianæ, quam parens extremo codicillo deſtinaverat, ſed quæ poſt pactas nuptias mortua erat, ducta 1599.[a] fuere ANNA MARIA MAURITIA, Ludov. XIII. Reg. Galliæ uxor, invitis principibus ducta (unde ab illis motus) dein filii tutrix, MARIA ANNA, Ferdinando III. Cæſari nupta, *Leopoldi* noſtri Imp. mater, CAROLUS, gratiſſimus ſuis ſed Comiti Duci Olivario inviſus, qui eum honeſto oſtraciſmo archithalaſſum ut ab aula removeret creari curaverat: demum non ſine ſuſpicione veneni[b] 1632. extinctus eſt, FERDINANDUS[c] *Cardinalis* & Archiepiſcopus *Toletanus*, ita in ſtudiis Philoſophicis profecerat, ut Præceptoris Joh. Martinez teſtimonio Compluti profiteri potuiſſet: [d] Cum in Comitatu Barcinonenſi 1632.

Anna Maria Mauritia Reg. Franciæ

Maria Anna Auguſta. Carolus Infans.

Ferdinandus Infans Card.

E primæ

a Thuan. L. 121. 122.

b Vict. Siri. T. 2. L. 2. p. 882.

c Ein König von Geblüt/ von Stand ein Cardinal/ von Klugheit ein Regent/ von Muth ein General/ von Glück ein Sieges Fürſt: das laß mir Titel heiſſen! die letzten / wird dir noch das Feld vor Nördling weißen.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 232.

d Caram. Phil. prud. L. 1.

primæ essent ortæ offensiones inter Catalanos & Comitem Ducem, sui loco Rex Ferdinandum, utpote affabilem, ibi reliquit: parum tamen profectum est. [a] Inde prælio *Norlingensi*, cui cum exercitu ex Italia adducto in Belgium iturus interfuit, & præfectura *Belgii* nomine fratris (quo etiam 1636. regi Galliæ bellum indixit) gesta, nomen meruit, & 1641. vivis excessit: & qui primus dicendus PHILIPPUS IV. *Dominicus Victor*, quorum illud nomen ex eo sumtum, quod in baptisterio ablutus, ex quo olim Dominicus baptisatus perhibetur. [b] Hic patri in regno successit, & initio quidem aulam paternam, in qua Dux Lermæ pleraq; potuerat, reformavit, sumto etiam à *Roder. Calderonio* C. Olivæ supplicio. [c] Cæterum omni fere regiminis tempore infelix rex. Bellum cum *Belgis*, postquam induciæ exspirassent, continuatū cladibus ferme continuis notatur, inprimis cum 1628. à *Petro Heinio* classe argentifera capta (in qua præter alias merces argenti 46. onera, hoc est 300. tonnæ auri) sumtus deficerent. Ipsius Belgii possessio ad eum morte Isabellæ amitæ rediit: cum v. Ducem Arescotanum & alios custodiæ mancipari jussisset, ubique tumultus & plurium fuga. Inde per March. Aytonensem publicè omnibus veniam Rex dare coactus, posthac obsequentes sibi habuit. Demum 1648. condi-

Philippus IV. Rex Hisp.

a Vict. Siri. L. 1. p. 45.
b Thuan. L. 133.
c Brachel. L. 1. p. 48. 49.

conditionibus, quæ Hollandis commodæ, pace bellum mutatum. Cum *Gallis* etiam, inter quos prius clam turbæ promotæ, & Rohanius atque alii adv. regem adjuti, [a] demum ab anno 1636. apertum bellum, in omnibus regnorum finibus Belgico, Hiſpanico, Italico & Burgundico geſtum exarſit. In hoc varia fortuna, ſed tandem, licet *Condeus* partes labantes aliquantum ſuſtentaverit, deterior Philippi ſors. In primis *Catalonia* deficiens 1639. partes debilitavit amplius: ut & quod 1648. *pace Monaſterienſi*, contra quam per Petr. de Weyms proteſtatus eſt, Imperator ab auxiliis mittendis prohibitus. *Pax* compoſita à *Ludov. de Haro*, cui ex eo cognomentum honorificum *de la Paz* à rege conceſſum, & *Mazarino* 1659. & affinitate novâ obſignata eſt. Cum *Anglis* etiam aliquoties res fuit; nempe cum *Carolo I.* qui ſe patremque deluſum querebatur, & dein *Olivario Cromvello* protectore, à quo *Dynkerka* extorta. In Italia etiam ob *Genuam* & *Rhætiam* (unde 1626. tractatus *Monzonius*) tum ob *Mantuanum* ducatum adv. *Carolum Nivernium*, quem Galli protegebant, ab eo arma geſta. *Luſitania* 1640. aſcito rege *Ioanne D. Bragantino*, qui ab avia *Catharina* jus repetebat, obſequium ejus exuit, neque armis ad illud potuit reduci. Unde demum, cum nihil efficeretur, quod Gallis hi

[a] Vide articulos fœderis inter Regem & Ducem Rohanium. 1629. inter pacta Galliæ, adnexa hiſtor. miniſt. Card. Mazarin.

uterentur adjutoribus, Schombergio etiam post Pyrenæam pacem, qua publicæ suppetiæ vetitæ, cum copiis eo proficisci permisso, bellum tractatibus terminatum, & Lusitaniam sibi relinquere consultius visum est. Vita excessit 1665. Ex conjuge prima *Elisabetha Francica* præter plures brevis ævi BALTHASAREM CAROLUM[a] suscepit, qui sedecennis mortuus 1646. & MARIAM THERESIAM, regi Galliæ *Ludovico XIV.* 1660. nuptam. Hujus nomine & ex jure *devolutionis* maritus Burgundiam & Belgium armata manu ingressus est 1667. & plura occupavit. Demum 1668. Aquisgrani pax composita, qua in Regis Franciæ relicta sunt potestate plurima.[b] Ex altera *Maria Anna*, ex sorore sua nepte & filii Sponsa, habet, præter eos, qui extincti, MARGARETAM THERESIAM, conjugē *Leopoldi* Imperatoris, ductam 1666. & 1670. vivis exemtam, & CAROLUM. Hic masculorum quartus sed solus vivax 1661. vitales hausit auras, dein Patri successit. Adolevit sub tutela matris, donec ipse negotiis maturus esset. His v. ab aliquo tempore

Maria Theresia Reg. Franc.

Margareta Theresia Augusta.

Carolus II. Rex Hispan.

a Die Ordnung der Natur an mir ward umgekehret:
der mir das Leben gab/hat meinen Tod erlebt.
Er erbte meine Braut: ihr Parcen/ ach so gebt/
gebt ihm die Jahre auch/ die ihr mir nicht gewähret.
Sig. Betul. Oftl. Lorberh. p.232.

b Charleroy. Caroloregium, Binchia, Atha, Duacum, Tornacum, Aldenarda, Insulæ, Armenteriæ, Curtracum, Furnæ, Bergæ cum iis quæ inde dependent.

tempore jam adhibitus, nuper 1675. 6. Nov. quintum decimum ætatis annum ingressus ex paterno testamento sceptrum solus capessere cœpit. In aula quondam regiminis causa non nihil turbatum fuerat, donec *Nithardus*, modo Cardinalis, proceribus invisus aula & regno excederet. Invasione Regis Franciæ & pace Aquensi 1668. multorum in Belgio locorum fecit jacturam. Orto bello inter regem Franciæ, & Angliæ, atque Batavos, initio horum res afflictas, sine aperta pacis ruptura, ex pactis juvit; demum in apertum bellum res prorupit, quod Hispani Augusto, Imperio, Daniæ Regi, Batavis fœdere juncti nunc quoque in limite Belgii & Cataloniæ gerunt; Burgundia vero quod suppetiæ ferri non possent tota à Gallis 1674. subacta est. In Sicilia *Messana* regium excussit jugum, advocatis qui rebellionem tuerentur Gallis: quorum nunc etiam tutela regi resistere pergunt. Præter hos legitimos filius Philippo 1629. natus est ex Maria Calderona naturalis *Ioannes de Austria*, qui 1642. rescripto Patris filius agnitus, & belli Dux adv. Lusitanos declaratus,[a] post hæc Neapoli, dein Belgis, iterum bello Lusitanico præfectus patri serviit. Post ejus mortem ipsi dissidia cum regina & hujus ministris: demum secessit in Aragoniam, ei regendæ præpositus: Nunc in aulam

Ioannes Austriacus.

[a] Vict. Siri. T. 2. L. 1. p. 356. 357, ubi multa de ejus ingenio & mathematica notitia.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [105] - 69
PUBLIC DOMAIN

iterum admissus Regi adest. Magnus prior est Castellæ & Legionis.

II. AUSTRIACO GERMANICUS.

Ferdinandus I. Imp.

FERDINANDUS I. [a] hujus rami sator, in *Castilia* Medinæ natus 1503. ob parentes tamen Germanus habitus est. In Germaniam venit ductu Gabr. Salamancæ, quem dein Ortenburgicum in Carinthia creavit comitē. A fratre 1521. *Germanicas* ditiones (in quibus *Wirtenbergicus* ducatus, à Suevicis Cæsari datus, comprehendebatur) accepit [b]: Dein ob pactum cum Ladislao

a Wann GOTT wolt jede Sünd mit Donnerkeilen straffen/
so wäre schon vorlängst sein Zeughauß außgeleert:
es wär auch lange schon kein Mensche mehr auf Erd.
Er schonet und verzeiht/läßt feyren seine Waffen.
Ein Fürst/sey Gottes Bild: er sitzt an Gottes stat.
Diß war ich/da ich war: frag Fama tausend Ohren.
Die Güt ist meinem Hauß verwandt und angebohren:
jedoch hat sie in mir erreicht den höchsten Grad.
Carl/hat offt/als ein Held/Ich/hab mit Huld/gesieget:
Zween Brüder/aber doch nicht an Gemütern gleich.
Zwey Reich'/hab ich gebracht zu meinem Oesterreich:
ich habe sie ererbt/doch auch darum gekrieget.
Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 202.

Sanctus eram Cæsar, nec me moderatior unquam
Imperii magnas protulit alter opes.
Pax mihi præ bello placuit: placidissima semper
Principis ingenium pax sapientis habet. *N. Reusn.*

b De Brisaco memorant Carolum pœnituisse, quod sibi non servasset, vinculum futurum quo Italia, Burgundia & Belgium connecterentur.

lao 1515. initum, & conjugem *Elisabetham Annam Ludovici R. Vngariæ & Bohemiæ* 1526. à Turcis ad Mohaz cæsi sororem, hæc regna (quæ ex eo tempore non semel nutarunt, nunquam tamen à domo Austriaca divulsa sunt) suscepit, sed expertus est in Ungaria æmulum *Joannem Zapoliam C. Scepusium Transsylvaniæ* principem, magno rei Christianæ malo. Hic enim victus & impar viribus, ad *Solymanni* auxilia confugit, qui Ungaria devastata *Viennam* quoque 1529. obsedit, sed *Philippi C. Palatini* virtute in irritum cecidit conatus. [a] 1531. accessit Coloniæ dignitas *Regis Romanorum* à fratre procurata, *Saxone* tamen in contrarium protestante: Eam postea 1550. nepoti Philippo Hispano ut concederet, non potuit amplius induci [b], sed nec ut vicarium imperii perpetuum in Italia & Belgis constitueret. 1534. *VVirtenbergicum* ducatum ei Philippus Landgr. Hass. eripit, & *Ulrico* legitimo duci restituit: *Cadamica* autem transactione ille feudum Austriorum fit, & iisdem successio promittitur. 1540. Adversario Joanne in *Ungaria* mortuo, hujus vidua filio regnum conciliatura Solymannum *Turcam*, quem sibi etiam conciliare Ferdinandus laborabat, advocat, qua occasione hic majorem regni partem cum ipsa *Buda* invadit & retinet;

a Numus memorialis cum epigraphe: *Da mihi virtutem Domine contra hostes Tuos, quia Tu adjutor meus es.* Luck. syll. num. p. 69.

b Thuan. L. 7. & 16.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [107] - 71
PUBLIC DOMAIN

bellumque aliquot annis magna vi geſtum, noſtrorum tamen fere deteriori conditione. Bello *Smalcaldico* fratris juſſu ditiones Johannis Friderici Saxonis invadit, ſed *Bohemos* ſuos minus obſequentes reperit; his ergo ſupplicibus quidem culpam remittit, aſt indicta mulcta privilegia adimit. Tum *fratres Bohemicæ confeſſionis* diſperſi hinc inde in Polonia & Boruſſia Eccleſias fundarunt. Propter ſumtus autem bello in commodum *Mauritii* electoris geſto factos, Saxones loco Eulenbergæ, quæ petebatur, *Saganenſem* ducatum in Sileſia olim emtum, ceſſere Ferdinando. Cum 1551. & ſeq. bellum iterum in *Vngaria* ferveret, poſt *tranſactionem Paſſavienſem*, quæ hujus Ferdinandi induſtriæ debita, eò Mauritius Saxo cum exercitu deſcendit. Idem bellum 1555. & ſeq. continuatum, donec 1559. induciæ fierent, quod tantum hoſtem mora & arte frangere mallet Ferdin. In comitiis Auguſtanis 1555. pacem religioni conceſſit, optime hac ratione de quiete publica meritus. Cum frater Carolus V. ſe imperio abdicaſſet, ſuſcepit ipſe & 1558. Francofurti inauguratus eſt; ſed Pontifex, quod ſe non conſulto id factum, aſſenſum præbere diu recuſavit, legato etiam indignius habito: Dedit tandem eum, cum minorem iræ ſuæ rationem haberi agnoſceret[a]. Deceſſit demum Ferdin. 1564. die

[a] Thuan. L. 21.

die Jacobi.[a] prudentia, liberalitate, manſuetudine, clementia, aſſiduitate, vigilantia, probitate nulli ſecundus. Studio ſingulari in *religione concordiam* obtinendi, in quo *Georgii Caſſandri* opera uſus, tenebatur. Adeo inter ſumma beneficia, quæ Deus in gubernatione imperii conceſſiſſet, primum atque maximum vero animi judicio optimaque conſcientia hoc ſe ducere ajebat, quod ad ſedandas diſcordias publicas animum adjeciſſet, & tolerantiæ in religione formulam Benigniſſimus Deus ſibi in mentem dediſſet[b]. Tridentinis autem non parum indignatus eſt, cum ſpes de illis ſuas fruſtra eſſe videret, & ſuis integræ cœnæ uſum permiſit.[c] Literæ ejus ad B. Lutherum ſcriptæ & multa benevolentia refertæ paſſim extant[d]: à nonnullis v. fides earum in dubium revocatur. Quæ ob *religionis libertatem* cum eo acta à *Bohemiæ* & *Auſtriæ* ordinibus, tum de ejus rebus *Thuan.* L. 13. p. 616. L. 17. p. 811. L. 36. p. 322. 323. Filias ſuſcepit 11. ex quibus moniales *Magdalena* & *Helena*, uxores ELISABETHA *Filiæ.*

a Ita Deum decreviſſe, ut quemadmodum is (Jacobus) peregrinus apud nos, ita ego Hiſpaniarum Infans extra ſolum natale cum ipſo peregriner.

b Crato à Craffth. Epiſt. præfixa Hiſt. Dubrav.

c Cuſus illo autore numus cum inſcriptione: Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris. Fer. (cum effigie Cæſaris) date Deo quæ ſunt Dei. Oratio. (cum figura Calicis) Alius tum etiam ſparſus cum epigraphe: Ich ſehe es gern beſſer. Luck. ſyll. Numiſm. p. 211.

d Goldaſt. Tom. Conſt. Imp. p. 147.

Sigismundi Augusti R. Polon. (fastidita à marito, & mærore 1545. mortua) ANNA *Alberti D. Bavariæ*, 1546. ut in partes traheretur, nec se Smalcaldicis faventem præberet, elocata & 1580. extincta, MARIA *Wilhelmi D. Iuliac.* (eodem tempore data, ut imminente Smalcaldico bello Imperator partes suas in inferiori Germaniæ parte firmaret: ejus etiam intuitu privilegiũ pro successione filiarum in ducatu obtentum à Carolo V. Cæterum perpetuo fere melancholico morbo conflictata decessit 1584.[a]) CATHARINA *Francisci D. Mantuani. 2. Sigism. Augusti Reg. Poloniæ*, qui priorem etiam sororem conjugem habuerat, (extincta est 1572.) ELEONORA *Wilhelm.* D. Mantuani, (mortua 1594.) BARBARA *Alfonsi Atestini Ducis Ferrar.* (defuncta 1572.) JOANNA ab Augusto Electore Saxoniæ Friderico 2. Regi Daniæ, à Sigism. Augusto R. Poloniæ Joanni Zapoliæ Principi Transylvaniæ expetita, singulari demum arte uxor impetrata à *Francisco M. Duce Florentino.*[b] (cujus intuitu Magni ducis titulum à Papa collatum Cæsar confirmavit) Ea decessit 1568. Filii inprimis tres totidem linearum sunt principes, quas dicemus *Bohemicam, Tirolensem, Styriam.*

I. LINEA

[a] Thuan. L. 104.

[b] Thuan. L. 36.

I. LINEA BOHEMICA.

MAXIMILIANUS II.[a] cum patruo & patri in bello *Smalcaldico* etiam in prælio Mulbergensi adfuisset, dein Hispaniam 1548. pro rege rexit, ducta uxore *Maria* filia ejus. Sed in Germaniam rediit, ne pater se persuaderi passus Romanorum regno cederet: quod ut fieret ipse pariter & pater tentabantur.[b] Eo verò adhuc vivo *Rex Romanorum* eligitur Francofurti, ubi Solymanni Legatus Ibraimus Bassa pacem petiturus Imperii conventum oculis usurpa- *Maximilian. II. Imp.*

a Den Käyser/ setzt auff Erd der Himmels-Käyser ein;
er wird geehrt von ihm/ und soll ihn ehren wieder.
Auf ihre Sonnenblum die Sonne strahlt hernieder:
sie/ macht die Neigung wett/ liebt ihrer Sonne Schein.
So/ soll ein Fürste thun/ den höchsten Fürsten lieben:
weil der sein Schöpffer ist/ er seine Creatur.
So geht der Zeiger recht an einer Reiches-Uhr/
im fall er ihm den Lauff deß Himmels vorgeschrieben.
Ein solches Thun mir macht' und GOtt und Menschen hold.
Der Himmel hat/ auf Erd mein Regiment/ regieret.
Mich hat mein GOtt / und ich hab Gottes Volck geführet:
Ich wolte/ was er thät/ und thäte/ was ich solt'.
Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 215.

Justitiæ columen, pacis decus, inclutus Heros,
Nunc Oeniponti sceptra superba gero.
Nominis ut patrii, celsi sic pectoris heres,
Gentibus auspicium do probitate meis.
Nic. Reusn.

b Thuan. L. 6. & 16.

usurpavit, 1562. paulo antea creatus Pragæ Rex *Bohemiæ* & Posonii intra vertentem annum *Ungariæ*. Ita eodem anno ter coronatus.[a] Patre 1564. mortuo *Imperator* esse cæpit, & vestigiis paternis insistens raræ prudentiæ & æquitatis laude imperium administravit[b]: & in *Rostochiensi* causa, *Grumbachianis* motibus & *Gothano* bello authoritate sua usus est. Cum vero 1565. Sueciæ rex *Ericus* ad conventum Rostochiensem non misisset legatos, Maximilianus adversæ partis favori, prohibuit, ne qua è Germania arma, commeatus aut merces in Sueciam importarentur.[c] Bellum adversus Transylvanum, & mox ob hunc *Turcicum* magna vi gestum, atque institutum, ut cum citra divini numinis gratiam omnes humanæ vires fluxæ sint, ad tintinnabuli sonitum omnes in genua procumbentes Deum & ejus auxilium implorarent:[d] In hoc bello, licet *Zigethum* à Nicolao Serinio fortissime defensum, sed postquam erumpens cecidisset, amissum, nihilominus inprimis *Lazari Schwendii* virtute multa Ungariæ loca recuperata, ut induciis 1568. cum Selimo factis 40. miliar. cis & trans Tibiscum Cæsar

a Cusus numus Francofurti: Comminuam vel extinguam. (Aquila Lunæ falcatæ insistens) Item: Uno anno Regem Bohemiæ (An Bohemia.) Maxmilianum unctum Romanum vidit & Hungaricum. Luck. syll. num. p. 201.

b Thuan. L. 36.

c Thuan. L. 38.

d Thuan. L. 39.

Cæsar dominaretur. Ob eas autem inducias deinde sacro Christianorum fœderi 1571. accedere, aut Venetis 1570. auxilia mittere negavit.[a] Cum Pontifice *Pio* gravissime expostulavit ob *Cosmum Mediceum* Magnum ducem creatum[b]; minis additis, si in jura imperii pergeret involare: regem autem omnino non est passus creari. Tandem Mediceo ob affinitatem permisit Magni ducis titulum, sed tanquam imperii beneficiario. 1575. Cum *regnum Poloniæ* ambivisset, ab archiepiscopo Gnesnensi & Senatorum majori parte, rex eligitur, sed prævertit *Stephanus Bathorius*, regnumque, dum Cæsar cunctatur, occupat, Dantiscanos autem quod illi favissent male multat.[c] Hic principum quidem regno vindicando auxilia solicitavit, sed conatus fuit irritus. Moritur tandem in fide Christi, quod Episcopo Neostadiensi quærenti respondérat, 1576. die Maximiliani in ipsis comit. Ratispon. atque ita quasi inter ordinum imperii manus & complexus optime meritam de Republica Christiana animam Deo reddidit: princeps æquitate animi, prudentia & justitia insignis, sed minus firma valetudine.[d] Viginti enim annis ex palpitatione cordis laboravit, quod propinato à Granvellano veneno fuere qui adscriberent. Qui *conscientiis imperare* velit, credidit arcem cœli invadere: idque non iniquum

a Thuan. L. 49. & 50.
b Thuan. L. 46.
c Thuan. L. 61. & 62.
d Thuan. L. 62.

iniquum ſed & impium eſſe judicavit. Unde qui olim patrem in componendæ religionis cauſa conſilio juverat[a] dein ipſe à Papa ſuis matrimonium Eccleſiaſticorum & calicis uſum petiit; Auſtriacæ autem nobilitati[b] *religionis exercitium* 1568. cum conditione aliqua conceſſit. Unde in ipſa Vienna in templo minimorum Evangelicæ religionis exercitium viguit.[c] Conſilium etiam peculiare in aula inſtituit Eccleſiaſticum, quod Eccleſiaſticis & politicis conſtaret. Ob hæc curiæ Romanæ ſuſpectus in fide habitus.[d] Linguis præter vernaculam Græca, Latina, Hiſpanica, Italica, Gallica, Ungarica, Bohemica non mediocriter loqui doctus: Ejus quoque aula literatis plena floruit. *Pacis* etiam ſtudioſiſſimus, eam Regi Galliæ *Caroli IX.* genero (lanienam hujus Pariſienſem maxime adverſatus) Dein *Henrico III.* ex Polonia apud ipſum tranſeunti[e] ſuaſit. Ei ex *Maria Hiſpanica*[f] numeroſa ſoboles. Inter filias ANNA *Philippi II. Reg. Hiſpan.* avuncu-

Liberi.

Anna Reg. Hiſpan.

a Thuan. L. 36.

b Thuan. L. 58. p. 4.

c Stat. partic. aulæ Ferd. 2.

d Ioh. Sebaſt. Pfauſer ei à ſacris concionib. fuit aliquantiſper, qui deinceps cum varia impedimenta in aula objicerentur Evangelio, Lauingenſi Eccleſiæ inter noſtrates ad mortem usq; præfut. M. Adam. vit. Germ. Th. p. 415.

e Thuan. L. 62.

f Ejus numus lugubris mortuo marito cuſus, ſupra tres coronas quarum media imperialis quartam iridi imponit, cum epigraphe: *Sola ſpes mea.* Luck. ſyll. nu. p. 263.

avunculi, ELISABETHA autem *Caroli IX. R. Galliæ* uxor fuit [a]. Hæc inprimis fœmina gravissima, supra sexum fortis, mansueta & prudentissima [b] mariti furorem in multis moderata est. Post ejus mortem injectus sermo de mariti fratre *Henrico III.* ipsa verò aulæ Francicæ luxum perosa, & se in ordinem cogi molestè ferens, 1575. ad patrem in Germaniam rediit. Dotalia quæ in regno habebat bona Augerio Gislerio *Busbequio* administranda dedit, jusso, ut publica munera nulli addicerentur pretio, & ut tertia proventuum pars in pauperes erogaretur. Ita verè pia & magnanima, gravitate & sanctimonia insignis, ut cum cognomine Elisabetha Thuringica, quæ omnem substantiam in eleemosynas & alia pia opera insumsisset, conferretur. [c] Cum ejus post sororis Annæ 1580. defunctæ mortem nuptias *Philippus II. Reg. Hisp.* desideraret, nunquam adduci potuit, ut assensum præberet. conf. Thuan. L. 104. p. 1129. Mortua est 1592. Ex filiis ERNESTUS, [d] princeps moderati & placidi ingenii [e] bis 1575. & 1587. [f] *Polonis* com-

Elisabetha Reg. Gall.

Ernestus.

a Thuan. L. 50. *b* Thuan. L. 53. & 60.

c Thuan. L. 104.

d Mir rieff das Niederland/ihm seinen Krieg zu führen.
Ich kame/ anders Sinns: ich wolte machen Fried.
Doch zog der Tod mit mir; ich kame/ daß ich schied.
Starb schon das Werck: doch soll mein Grab der Wille zieren. Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 216.

e In quo potius vitiorum defectus quam ingentes virtutes admiratus esses. Thuan. L. 112.

f Thuan. L. 61. & 88.

commendatus, nunquam tamen ut rex eligeretur, impetrari potuit; sic & opinio *Gallici* regni, cum quo nuptiæ infantis proponebantur, fefellit. *Croatiam* verò & *Carinthiam* rexit, demum 1592. *Belgio* Hiſpani nomine præpoſitus, omni fide hujus commoda, neglectis propriis[a] promovit: ſed regimen breve. Vita exceſſit 1595. rebus non ad votum fluentibus melancholia gravi concepta (conf. Thuan. L. 112. p. 124.) MAXIMILIANUS [b] *Mag. ordin. Teuton.* 1576. *Polonis* cum propoſitus eſſet, rejectus, poſt undecennium à *Sboroviana* factione adverſus *Sigismund. Suecum* rex eligitur.[c] Sed à *Ioanne Samoſcio* non procul Cracovia profligatur, & Bitſini obſeſſus capitur. In cuſtodia honeſte à Samoſcio habitus, 1589. ſine lytro dimittitur. Conditiones verò, quibus regni titulum ejerabat, cum in fines Sileſiæ veniſſet, confirmare recuſavit[d], multis mirantibus, retinere nomen velle, quod tueri non poſſet; tandem 1598. monitus à Pontif. omiſit, quod plus

Maximilian. Mag. Ord. Teut.

a Unde ſæpe tantum non habuit, ut domeſticis & creditoribus ſatisfaceret, cum tamen frugi eſſet & non multi ſumtus. *Meteran.*

b Mir hat das Glücke nicht geſchencket/nur gewieſen/
ein Reich und einen Sieg. Mir bot ſich Polen an;
der Türck ſchon floh vor mir. Ich hab genug gethan/
in dem ich beyds verdient; und werde drum geprieſen.
Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 216.

c Thuan. L. 88. Numus memorialis: *Militemus* (cum effigie antiquorum caſtrorum) Luck. ſyll. num. p. 302.

d Thuan. L. 96.

plus invidiæ ad domum in præsens, quam in posterum emolumenti redundaturum esset [a]. Inde *Carinthiæ* & *Croatiæ* præfectura demandata, & ipsius auspiciis 1594. Petrina, Chrastoviza & Sisacum capta [b]. 1596. Summum belli in superiori *Ungaria* arbitrium ei commissum; sed re ad *Agriam*, cum post primos successus ad prædam nostri discurrissent, male gesta mœstus se Viennam vix admisso solatio contulit [c]. 1598. Ipsi *Transsylvania*, à *sigismundo Bathorio* Cæsari concessa, destinabatur, cum autem hic errorem agnovisset & pœnitentia duceretur, bellum enatum. 1618. vita functus est. ALBERTUS [d] in aula Hispanica educatus, *Cardinalis* galerum accepit: tum Prorege *Portugalliæ* præfuit. Inde *Belgii* præfectura ei destinatur, initio Vicarii generalis nomine: Ita *Gubernator* 1596. *Caletum*, & *Ambianum*, 1597. bello contra Henricum IV. capit. Tum ducta *Isabella* infante, *princeps* jam Belgii, homagium ordinum recipit [e]. Ad *Neoportum* 1600. prœlio vincitur à Mauritio [f]. Inde *Ostendana* obsidio diuturna non parum res debilitavit; [g] à *Spinola* ad extremum

Albertus Princeps Belgii.

a Thuan. L. 121. *b* Thuan. L. 110.

c Thuan. L. 118.

d Ich schützte Portugall. Ostende nahm ich ein/
das sich drey Jahre lang mir dörffen widersetzen.
Dein Anstand/Niederland/das gute Werck/ ist mein:
den macht' ich/weil die Ruh dem Siege vorzuschätzen.
Sig. Betul. Östl. Lorb. p. 217.

e Thuan. L. 121.

f Thuan. L. 124. *g* Thuan. L. 130.

urbs victa, sed *Sluſæ* amiſſæ, ut Hollandi, quod *Iehova plus dederit quam perdiderint*, profiterentur. Pace 1604. cum Anglis facta, inducias poſtea in duodecim annos cum Hollandis paciſcitur [a]. Quo tempore durante, *Iuliacenſi* & *Palatino* bello immiſtus eſt. Poſt *Rudolfi*, dein *Matthiæ* exceſſum coronam imperialem à Joh. Suicardo Elect. Moguntino oblatam, ſed recuſatam referunt [b]. *Ferdinando II.* autem ditiones Germanicas, quas è fratris hæreditate adire debebat, 1619. donatione intervivos, uti antea jus ſuum in *Bohemiam*, ſed cum reverſionis Jure ſi illius linea deficeret, [c] conceſſit. Vivis exceſſit 1621. [d] *Pii* cognomine ab aliquibus dignus habitus. WENCESLAUS, [e] in Hiſpanica aula ætatem, quam non niſi 17. annorum attigit, exegit, & 1578. clauſit. Duo autem RUDOLPHUS & MATTHIAS Imperiale geſſere

Wenceslaus Archid

axioma.

a Thuan. L. 131.
b Chifflet. Stemm. Auſtr. c. 3. p. 35.
c Chifflet. Alſ. vindic.

d Edidit Antverp. Aubertus Miræus 1622. Commentarium de vita Alberti pii, ſapientis, prudentis Belgarum principis.

e Wiewol ich Ritter war / noch forcht mich nicht der Tod:
er hat im erſten Ritt mich grimmig abgeſtochen/
daß ich ſtund nimmer auf. Diß iſt das Erdgebot:
Wir ſind nur Erdgefäß' / und werden bald zerbrochen.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 225.

axioma. RUDOLPHUS II. [a] 1572. patris opera in Comit. Poſon. Rex *Vngariæ*, 1575. Bohemiæ & Romanus, [b] (*RVDoLphVs reX RoManVs*) demum *RVDoLphVs IMperator aVgVſtVs* patre mortuo fit. In imperio ſub ipſo de *Calendario Gregoriano* 1582. in comitiis Auguſtanis altercatum; inde in cauſis *Gebhardi Truckſeſſii*, 1592. *Argentinenſis Epiſcopatus* inter æmulos controverſi, 1605. *Brunſuicenſis* ducis & civitatis, *Aquisgrani*, Juliacenſis ſucceſſionis, (cujus feuda Saxonibus Pragæ contulit) authoritatem ſuam interpoſuit: *Unionis* autem & *Ligæ* infauſtos natales vidit. Bellum *Ungaricum* ſub ipſo magna vi geſtum. 1594. Duce *Matthia* fratre *Novigradum*, *Rudolphus II. Imp.*

a Wer andre will/ der muß zuvor ſich ſelbſt/ regieren.
Ein König über Leut/ ſey König über ſich.

Der Maße/ dieſes Thuns/ hab ich befliſſen mich:
ich pflage die Begierd im Zaume auch zu führen.

Und/ wie ein Käyſer ſoll/ ich war deß Reiches Schild:
Mir gab/ der wilde Türck/ viel Jahre viel zu ſchaffen:
doch hab ich ihn gezähmt/ geſtrafft mit meinen Waffen.

Mit mir bald/ bald mit ihm/ das falſche Glück es hielt.
So manchen Tropffen Blut hat Hungarn mich gekoſtet;
ein theures Königreich! Mir lockt' auch Dacien
den Degen auß der Scheid'. Und/ magſt du ihn beſehn/
hat er geſchartet je/ doch hat er nie geroſtet.

Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 224.

b Numus votivus: *A Domino regnum venit imperiúmq; poteſtas.* Item: *Conſentientibus votis.* Sex pilæ ſ. calculi tabulæ incumbunt, ſeptima quæ ipſius eſt, reliquis supereminet. Luck. ſyll. num. p. 259.

vigradum, & à *Serinio* alia capta. Sed *Strigonio* iterum decedere coacti Christiani, & *Iavarinum* dedente Hardeccio comite amissum. *Comorra* vicissim ab hoste duce Sinane nequicquam obsessa. *Seq. anno* fœdus cum *Transsylvano* contra Turcas percussum. A *Carolo Mansfeldio Strigonium* obsessum; & hoc jam mortuo captum. 1596. *Maximilianus* Cæsaris frater exercitui præpositus *Hatvanum* capit. Sed ad *Agriam*, quam Turcæ ceperant, ab his & Tattaris, qui effusis ad prædas Christianis supervenerant, magna clade cæditur, castris & impedimentis desertis. 1598. Per *Adolfum Schvvarzenbergium* recuperatum *Iavarinum*. Seculari anno præsidio *Pappensi* Gallico ad Turcas defecturo, arcem *Rhederus* expugnat & proditores delet. Sed *Canisa*, frustra liberare auso duce *Mercuriano*, à Paradisero traditur *Ibrahimo*. Proximo anno per *Russvormium* Mercurianus *Alba regali* capta, Turcas recuperare conantes profligat, sed seq. anno urbem hostis recuperat; *Pesto* vicissim amisso. Bello durante cum *Georg. Basta* gubernator Rudolfi & *Ioh. Iacobus Barbianus* vim adversus Protestantes vertissent, horum tutelam *Stephanus Botskajus* Bathoriis sanguine junctus suscipit, Cassovia occupata: proscriptus jus suum tuetur, & demum Ungaria, Austria & Moravia vastatis pacem (quæ 1606. etiam cum Turcis in 15. annos conclusa) & religionis libertatem, Transsyl-

vaniæ

vaniæ princeps creatus, obtinet. Tandem frater *Matthias* 1608. ordinibus eum eligentibus Ungariam atque Auſtriam Cæſari extorſit: Eidem *Bohemiam* etiam, cum tanquam Pragam à Leopoldinis defenſurus militem adduxiſſet, Rudolphus 1611. cedere, & ita in anguſtias redactus in conventu Electorum Norimbergenſi ſumtus ad ſuſtentandam imperii dignitatem petere coactus eſt. Bohemis v. Sileſiis & Moravis interceſſione Saxoniæ Electoris majeſtaticis conceſſis literis 1609. de libero Religionis exercitio cavit. Demum 1612. cum diuturno otio [a], in quo ſtudio *Alchymiæ* & equorum tempus fallebat, emarcuiſſet, vivis exceſſit. Aſtrorum ſcientiam maxime dilexit, nec non pingendi artem. Unde præter *Tych. Braheum*, aula ejus plurium doctorum & artificum fuit receptaculum. Evangelicæ autem Religionis exercitium Viennæ abrogavit. [b] Theſaurus unionum, adamantum, gemmarum, auri & argenti in ejus larario inventus 17. milliones auri tranſcendit: unica *corona* cum pomo & ſceptro millionem æquabat. In Domus ſuæ & Hiſpanorum gentilium gratiam multa egit, apud Venetos impediturus, ne *Henricus IV.* (adverſus

a Cauſam tribuunt Tychoni Braheo, qui cum ei inſidias à propinquis parari prædixiſſet, ita exterruerit, ut à negotiis tractandis manus abſtineret, ob quod ſui non parum alienati. conf. Oldenburg. Not. Rer. Imp. Rom. Germ. diſc. 1. p. 76. 77.

b Aulam & genium ejus ſatyrice deſcribit perſonatus Dan. Herem. Ep. p. 299. 300.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [121] - 85
PUBLIC DOMAIN

quem hoſtilem animum declaravit.) [a] Rex agnoſceretur, (unde 1598. Vervinienſi paci includi neceſſe habuit) apud Belgas 1590. *Colonienſem* pacificationem urgens [b], *Anglos.* mercatores Germania 1597. ejiciens [c]. MATTHIAS [d] frater, ad regnum *Polonicum* ipſe quoque fruſtra bis 1576. & 1587. [e] propoſitus: 1577. vocatus ab ordinibus ad præfecturam *Belgii*, eam Bruxellis ſuſcepit, ſed inconſulto fratre, & cum regis Hiſpaniæ maxima offenſione [f]. Ei adjunctus vicarius *Arauſionenſis*. Nec tamen ex voto ceſſit adminiſtratio, unde cum in principem *Andinum* ac ita defectionem ab Auſtriaca domo inclinare ordines animadverteret 1581. ſcripto prius vulgato, quo rationem geſti magiſtratus edebat, & domum Auſtriacam ordini-

Matthiae Imp.

a Thuan. L. 97. b Thuan. L. 100.
c Thuan. L. 119.
d Gott/iſt das Aug der Welt/er ſihet überall/
läſſt ſeine Vorſorg ſtets an allen Orten wachen.
Ein Käyſer / ſoll auch ſich zum Aug deß Reiches machen/
ein Gott auf Erden ſeyn/allzeit auf allen Fall
mit Vorſicht fertig ſtehn. Er einig/wacht vor Alle:
daher er Augen braucht/er muß ein Argus ſeyn.
Viel Augen/ſehen viel; ſein einzigs iſt zu klein:
drum durch der Räthe Sinn offt ſeine Sorge walle.
Ich/hab alſo/mit Rath und mit Bedacht/regirt:
Mein Teutſchland weiß es noch und ehrt mein Angedencken.
Ich truge in der Fauſt mein Glück/und kont es lencken:
ich hab es/wie ich wolt/mich hat es nicht/geführt.
Sig. Betul. Oſtl. Lorb. p. 231.
e Thuan. L. 62. f Thuan. L. 64.

ordinibus commendabat, discedit. *a* Gratiæ ei actæ & assignata pensio; cum verò etiam *Leodiensem* episcopatum ei destinassent, hic obtineri non potuit. Bellum *Turcicum* supremus exercitus *Imperator* fraternis auspiciis administravit in Ungaria. [b] De quo paulo antea. Inde motus in illo regno procrastinatione & segnitie fratris ortos composuit[c]: & demum cum *Austria*, tandem & *Bohemiâ*, (postquam ordinibus privilegia confirmasset) illud fratri extorsit. Post hunc electus 1612. *Imperator* comitiis *Ratisponensibus* vulnera imperii vidit; Protestantibus de aulico consilio & Camera imperiali multa gravamina proponentibus, sed vix medica manus jam sufficiebat. Cum *Amurate* Turca de jure dandi *Transsylvanis* principem disceptatum, & demum 1615. in vicennium pax concluſa. Apud illos *Gabriel Bathorius* jussu Turcæ à *Bethlehemo Gabore* deturbatus, & proditione suorum occisus, hunc habuit successorem. Adversus *Aquisgranenses* proscriptos executionem Alberto fratri detulit, qui per Spinolam in ordinem redegit. Vivus in *Bohemia* & *Ungaria* Ferdinandum agnatum regem eligi curavit. In illa autem bellum Germaniæ ferale ortum: cui à ministris Cæsaris Wilhelmo Slavvata, Jaroslao Martinizio, Philippo Plattero Secretario è fenestris præcipitatis initium.

a Thuan. L. 75.
b Thuan. L. 110.
c Thuan. L. 136.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [123] - 87
PUBLIC DOMAIN

Contra Bohemos missi *Tampierius* & *Bucquojus: Ernesti Mansfeldii* autem eorum ducis proscriptio, ultimum Cæsaris 1619. vita excedentis opus fuit. *a*

II. LINEA TIROLENSIS seu ÆNIPONTANA.

Ferdinandus Archidux.

FERDINANDUS [b] adhuc juvenis in prælio *Mulbergensi* patruo astitit, in divisione *Tirolim* & anteriores ditiones nactus, & in bello *Pannonico* 1557. bellicæ virtutis egregiam laudem adeptus est. [c] Ejus etiam opera aliquoties usus Imperator in negotiis Imperii. Cum verò pater ei *Elisabetam Anglicam*, uxorem destinasset [d], de *Maria* etiam *Scotica* Guisii laborarent [e]: ipse *Philippinam VVelseriam*, eleganti ingenio & forma patriciam Augustanam, clam patre sibi sociavit, ac conjugem quoad vixit coluit. [f] Ea mortua *Annam Catharinam Mantuanam*,

a Kepplerus mortem prædixisse dicitur litera M. sexies repetita, illo sensu. *Monarcha Mundi Matthias morietur mense Martio.*

b Die Lieb/ist/ wie der Tod/ siht keinen Stand nicht an/ und eine Gleichheit macht/ im fall sie keine findet.
Die schöne Welserin/ das Hertz mir abgewan.
Man zweyt auf Erden nicht/ was Gott im Himmel bindet.
Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 203.

c Cusus numus Castrensis: cum epigraphe: *Vincit potentia fati.* (Balæna Jonam evomens) Luck. syllog. num. p. 181.

d Thuan. L. 27. *e* Thuan. L. 37.
f Thnan. L. 71.

tuanam, ex sorore neptem, ut spem successionis fratrum filiis è faucibus eriperet, 1580. duxit, sed non nisi filiæ ex ea natæ, in quibus ANNA Matthiæ Imperatoris uxor fuit, & 1618. vivendi finem fecit. Itaque cum ex Welseria suscepti ob imparitatem nuptiarum successionis non haberentur capaces, vix obtineri potuit, ut alteri *Carolo* Burgoviam relinqueret. Reliqua hæreditas eo 1595. mortuo inter agnatos divisa.[a] *Carolus M. Burgov* CAROLUS ille marchio *Burgoviæ*, ab anno 1593. in bello Turcico Cæsari meruit[b], eiq; biennio post à *Carolo Mansfeldio* moriente exercitus cura demandata, quam cum *Ioanne Mediceo* suscepit.[c] Cum frater *Andreas* Belgium regeret, eodem descendit, & 1599. *Sibyllam Clivensem* duxit, sed sterili matrimonio.[d] Vita excessit 1618. *Andreas Card.* ANDREAS Austriacus frater ipsius *Cardinalis* fuit, & *Constantiensis* Episcopus. Inde Albertus Cardinalis sponsæ adducendæ abiens in *Belgio* vicarium eum reliquit,[e] qua administratione magna cum prudentiæ & moderationis laude defunctus est.[f] Cum rediisset Albertus, petito commeatu discessit, & per Galliam dissimulato habitu ad episcopatum suum perrexit. Iturus autem ad annum Jubileum Romam, extinguitur 1599.

a Thuan. L. 112. p. 124.
b Thuan. L. 104. & 110.
c Thuan. L. 114.
d Thuan. L. 122.
e Thuan. L. 121.
f Thuan. L. 124.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [125] - 89
PUBLIC DOMAIN

III. STYRIA seu GRÆCIENSIS.

Carolus Archidux.

CAROLO *a* ex paterna hereditate *styria Carinthia & Carniola* obtigere. Hic nomine fratris 1566. [b] comitiis Posonii ob bellum Turcicum habitis præfuit ; prædatores autem Turcicos in Austria devicit. In Croatia ad Colapim s. Kulpam fluvium extruxit, munivit , & de suo nomine dixit *Carlstadium*, frenum quo reprimerentur Turcarum excursiones. Cum in Styria statibus *Religionis exercitium* concessisset, dein 1580. illud abrogare conatus est, sed statuum intercessione motus consilium mutavit. Cumque [c] provincialibus *Græcii* etiam templum concessisset, senatui & civibus, ut ad illud accederent, permittere noluit , eosque qui transgressi mandatum in vinculum conjecto s grandi pecunia multavit. Ordines 2000000. aureis mutuo datis redemerunt ab ipso confirmationem, nullam vim conscientiis illatum iri, nec

a Die Letzten/pflegen auch die Ersten je zu werden.
Mir jüngstem Sohn / versprach das Glück in meinem Sohn/
die Cron von Oesterreich/den höchsten Reiches Thron.
In Söhnen herrsch' ich erst nach meinem Tod auf Erden.
Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 203.

Regna Charinorum, Stiri fortesque Liburni,
Qua fas est Dominum me pietate colunt.
Jam celebres factis proavos ingentibus æquo,
Sive libet castris vincere sive toga.
N. Reusn.

b Thuan. L. 39. c Thuan. L. 76.

nec paſtoribus, quod ita docerent, fraudi fore.[a] Deceſſit 1590. effæto admodum corpore, licet nondum 50. ætatis annum egreſſus.[b] Ei ex *Maria Bavarica*, nepte ſua, utriusque ſexus liberi plures. Ex his iſti: ANNA *Sigismundo Reg. Polon.* (controverſiæ utriusque familiæ componendæ[c]: unde nummi[d] epigraphe; *poſt animos ſociaſſe juvabit.*) (Vita exceſſit 1598.) MARIA CHRISTINA *Sigismundo Bathorio Pr. Transſylvaniæ* (pro fœderis rupti præmio uxor data, pro dote neceſſitas belli cum Turcis gerendi impoſita.[e] Sed ſeu faſcino ſeu Hungarorum perſuaſione animi à ſe invicem alieniſſimi.[f] Ultro ea maritum in fraudem induxit, ut principatu cederet: ex quo motus graviſſimi, ipſa dein monialis, vitam clauſit 1621.) MARGARETA *Philippo III. Reg. Hiſpan.* (cui antea ſoror *Gregoria Maximiliana* deſtinabatur, ſed præmortua[g]. ducta 1599. mortua 1611.) MARIA MAGDALENA *Coſmo II. M. D. Florentiæ*, ducta 1589. mortua 1631. CONSTANTIA poſt ſororis mortem

Liberi.
Anna Reg. Polon.
Maria Chriſtina Princ. Transſylv.
Margareta Reg Hiſpan.
Maria Magdalena M. D. Hetrur.

a Thuan. L. 124. p. 706. *b* Thuan. L. 100.
c Thuan. L. 100. 104. 120.
d In eo 1592. cuſo!, aquila imperialis & Polonica utrinque Auſtriacum ſcutulum prehendunt. In alio duæ palmæ, medio flumine ſeparatæ, ramos tamen jungunt, cum inſcriptione: *Amor diſtantia jungit.* Luck. ſyll. num. p. 331.
e Thuan. L. 110. 121. *f* Thuan. L. 114.
g Thuan. L. 120.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [127] - 91
PUBLIC DOMAIN

mortem *Sigismundo Reg. Poloniæ* (Quæ *a* Jesuitis authoribus & Pontifice instante, contra non Protestantium solum sed & Catholicorum in Polonia, qui difficultatum in Sigismundi Augusti exemplo simili memores, sententiam 1605. ducta, mariti tamen afflictam in senectute valetudinem sua diligentia [b] sedulo sublevavit, & 1631. mortua est [c]) nuptæ. Inter Filios

Maximilian. Ern. Ep. Passav. MAXIMILIANUS ERNESTUS (hoc ex confirmatione nomen) Episcopus *Passavienſis*, qui cum fratre 1601. bello Turcico interfuit 1605. sororem in Poloniam duxit [d] 1616. vivendi finem fecit: &

Carolus Epiſ. Vratisl. CAROLUS [e], Episcop. *Vratislavienſis, Brixienſis ac Mag. ordinis Teuton.* qui persuadente Eggenbergio & Werdenbergio partem suam hereditatis Austriacæ, solo Marchionatu Burgovio & paucis in Silesia dominiis retentis, Cæsari remisit, à quo Leopoldi liberis concessa. Vocatus autem in Hispaniam, ut qua erat moderationis & prudentiæ laude, pro

a Thuan. L. 135. *b* Brachel. L. 4. p. 204.

c In festo corporis Christi supplicationem sacram pedes obierat, sole admodum fervente. Inde fatigata inflammationem concepit, quam medici balneo frigido auxere.

d Thuan. L. 135.

e Es sange mir zu Grab der erste Teutsche Schwan:
mehr Ruhms und Ehre mir die Erd nicht geben kan.
Mein Tod belebet mich / weil Opitz ihn besungen.
Sein Verß und mein Verdienst / hat wol zusamm gerungen.

Sig. Betul. Osil. Lorb. p. 232.

pro rege *Lusitaniam* gubernaret, vitam cum morte 1624. mutavit: ἄγαμοι & ἄπαιδες lineam nullam constituunt. A reliquis Ferdinando & Leopoldo duæ, *Viennensis* & *Œnipontana* oriuntur.

I. VIENNENSIS.

FERDINANDUS II. [a] patri Carolo successit. Ipso anno sæculari Græciæ magna cum vehementia autoribus Jesuitis reformationem cepit, & pastores alio abire jussit. Romam autem anno Jubileo ad Pontificem profectus, ulterius juramento ad hanc persecutionem obligatur. Quamvis ergo nobilitas supplici libello, quanti libertatem religionis à parente ejus emerint, (ostenderunt ab anno 1580. ultra priorem summam 900000. aur. Rhen. solvisse) ipsius etiam confirmationem, demonstrarent, *Ferdinandus II. Imp.*

[a] Ich hab' auf meinem Haupt vermählet Kron uñ Kranz:
die Kron/ gab mir das Reich; den Krantz/ mein
dapffres Kriegen.
Mein Degen wieß der Welt/ wie daß er könne siegen:
Viel fühlten seinen Streich/ die sahen seinen Glanz.
Viel Feinde/ viel Triumph! Diß hat mir eingetroffen.
Ließ mich das Wandel Glück schon scheele Blicke sehn/
mein Muth blieb unverwandt/ und wie ein Felse/ stehn.
Es ist/ bey langem Krieg/ kein stäter Sieg zu hoffen.
Das Lob der Mildigkeit/ war auch mein Eigenthum.
GOtt/ und ein Fürst/ hat viel/ auf daß er Vielen gebe:
Diß dacht ich/ diß ich thät. In meinem Sohn ich lebe/
der meine Tugend erbt/ mein Reich und meinen Ruhm.
Sig. Betul. Ostl. Lorb. p. 238.

rent, & ne se ad desperata consilia atque Turcica auxilia petenda cogere velit, rogitarent, comitiis tamen Græciæ habitis decretum confirmari facit: pastores ex aliis quoque urbibus ejiciuntur; ferrifodinæ armata expugnantur manu [a] 1601. Ab eo expeditio suscepta *Canisæ* recuperandæ, sed irrita. 1604. iterum in *Styria* motus, cum omnes Evangelicos ditione sua expelleret. Bellum ei fuit cum *Veneta* republ. Croatarum injuriis lacessita. *Pompejus Iustinianus* à Trautmansdorffio victus, sed à *Ioh. Mediceo* Croatæ Senga urbe pulsi. Demum 1618. pax coaluit. Priori anno Ferdinandus annitente Matthia & concedentibus agnatis electus erat, ea conditione, ut Matthia vivo negotiis regni se non ingereret, privilegia confirmaret & religioni sua constaret libertas, Rex *Bohemiæ* (contra quam electionem multa objecta) & ipso anno *Ungariæ*. E Cæsarea autem aula Cardinalem *Cleselium*, cum impotentius, quam ministro potentia non sua nixo dignum aut consanguineis principibus tutum videretur, arcanis imperii incubare appareret, abduxit, Matthia inscio; sed hic cum mutare non posset factum probat [b]. Cum mortuo Matthiæ succederet in ditionibus

Bellum Venetum.

b Thuan. L. 124.

c Is dein 1618. 20. Jul. Viennæ in præsentia Ferdinandi ab Apostolico nuncio ad bullam Pontificis & Reg. Hispan. literas Cardinalitio galero privatus & degradatus est. Hæping. de jur. inf. c. 16. p. 823. Revocatus tamen est paulo ante mortem, quæ 1630. secuta, in aulam, ea tamen conditione, ut nihil publici muneris attingeret.

ditionibus (Alberti conceſſione) *Auſtria* cunctabatur in juramento præſtando, ut conditiones à novo principe obtineret. *Bohemi* autem aperte ei regnum abrogantes, *Fridericum Palatinum* eligunt, & *Turrianus* ſpe proditionis ipſam Viennam tentat: Crepitaculo portam novam aperire & cum equitatu irrumpere cogitans. Alia parte *Bethlem Gabor* ab Ungaris advocatus Poſonio potitur, & Auſtriam populatur. Hinc *Imperator* Francofurti electus, anno 1620. Palatinum in *albo monte* victum Bohemia ejicit: hujus fortunam brevi reliquæ provinciæ ſecutæ, & unio diſſoluta. Evangelicis vero exercitium religionis in pago Hörnals prope Viennam ademtum. *Ungariam* autem, ubi *Gaborius* ſe aperte pro rege gerebat, *Tampierius* aggreditur. Nec ab armis ceſſatum, donec *Mansfeldius*, *Chriſtianus Brunſuicenſis*, *Georg. Fridericus M. Badenſis*, & qui pro Palatino ſtabant alii victi eſſent, *Gaborius* autem 1622. poſito regio nomine cum Ferdinando pactus. Victoriæ appendix fuit, quod concionatores è *Bohemia*, fruſtra deprecante Saxone, ejecti, quam ſortem poſtea etiam *Auſtria* experta. Comitia dehinc 1623. *Ratisbonæ* habita, quibus *Bavaro* electoratus Palatinus conceſſus. Eodem per Tilium Brunſuicenſis ad *Stattloam* profligatus: viciſſim *Gaborius* Cæſareum exercitum cædit, & Moraviam invadit, ſed copiis Cæſaris adventantibus pacem facit. His ſucceſſibus

Bohemiam.

cessibus attoniti multi, ut major pars Europæ adversus Austriacos studia conjungeret. Principium à bello Danico, cum rex ille circuli Saxonici inferioris 1625. dux esset creatus; ei Anholdius, Tilius, & Fridlandius oppositi. Sed Cæsari pleraque secunda; Rex ad *Lutteram* vincitur à Tillio, à Fridlandio 1626. ad *Dessaviam* Mansfeldius, qui dein Silesiam & vicina depopulatur. *Vinariensis* autem exercitus pars *Carpezanio* duce deditur Fridlandio, altera sub *Baudisio* à Bechmanno cæditur. Hinc Fridlandius Albi, Visurgi Tilius insidet. Cum autem ad *Volgastum* etiam rex victus esset, & Cimbria occupata, demum 1629. pax *Lubecæ* concluditur. Interim in *Austria* 1626. bellum *rusticum* ortum, & à *Pappenhemio* confectum, post quod ex Austria & Bohemia Evangelici expulsi, 1627. 1628. Bellum *Mantuanum* adversus Carolum Nivernensem, qui hereditatem agnati neglecto Cæsare adiverat, exarsit: donec post biennium Mantua capta pax fieret. In Germania interim ob *edictum restitutionis* 1629. & alia imperii onera, quibus universi fere oppressi, gravissima, querelæ & publica calamitas; quæ vulnera Ratisbonæ 1630. comitiis electoralibus patefacta, non curata: Tum Rex *Sueciæ Gustavus Adolfus* bellum infert Ferdinando, qui contra eum 1629. Polonis Arnhemium auxilio miserat. Regis successus admirabiles: *Magdeburgi* tamen 1631. excidium prohiberi

Danicum.

Rusticum. Mantuanū.

Suecicum.

prohiberi non potuit. *Lipsiæ* congregati Evangelici suæ defensioni militem scribunt, sed pars coacti armis Cæsareis, ut renunciarent fœderi. Eodem anno *Lipsiensi* prælio Tilius (*Wallensteinio* exautorato suffectus) profligatus, Germaniam superiorem Suecis apertam reliquit, & ad *Lycum* fluvium nova affectus clade periit. Inde Wallensteinio restitutum imperium: Sueci autem in Bavariam usque penetrarunt. Ad *Norimbergam* castra Wallensteinii nequicquam oppugnata, sed *Luzensis* clades res Cæsaris amplius afflixit. Ex eo Wallensteinii fides in dubium revocata, & ipse demum 1634. cæsus. Cum eo Principis Eggenbergii, qui cum Cæsare unum cor, & in aula summæ rei præfuerat, autoritas lapsa.[a] Restitutæ eodem anno ex parte res Cæsaris, cum *Ratisbona* capta ad *Nerolingam* Sueci superarentur, ac 1635. pace *Pragensi* totum fere imperium cum eo rediret in gratiam. Novus hostis 1636. *Rex Galliæ* prioribus accessit, & alterius belli etiam gravissimi principium, cum Ferdinandus 1637. moritur. Graves de Imperatore multorum querelæ erant, quod imperium continuis militum exactionibus fere exhaustum fuerit.[b] (Ex *Brandenburgica* Marchia brevi tempore 20. millio-

a Stat. partic. reg. Ferd. p. 75. 76.

b In cum virus evomit suum, & tyrannidis accusas Hipp. à Lap. Rat. stat. 2, 3. 1, 2, 7, 1. 4. 7.

nes, ex Pomerania 10.[a] extorsisse dicebantur) *Iesuitæ* addictissimum sibi habuere, unde etiam *Viennensem* eis academiam 1622. donavit. *Venationum* quoque studio singulari tenebatur.[b] Plures autem illustres dignitates ipse erexit, quam decessorum quisquam.[c] Scripsit de eo ejusque virtutibus *Laymormanus*[d]; de bellis *VVassenbergius*.[e] Ex *Maria Anna Bavarica* prima conjuge 1616. mortua (altera enim Eleonora Mantuana 1655. extincta, prole caruit) liberos suscepit, MARIAM ANNAM *Vladislao R. Polono*, nisi ordines regni obstitissent, destinatam, à *Gaborio* expetitam, *Maximiliano Elect. Bavariæ* 1635. nuptam, quæ post ejus mortem tutrix filii, & 1665. decessit, CÆCILIAM RENATAM conciliatore Valeriano Magno,[f] *Vladislai R. Polon.* conjugem, LEO-

Liberi. Maria Anna Duc. Bavar. Cæcilia Renata Reg. Polon.

a Autor *triennalium Pomeraniæ afflictionum* (qui fuit Paulus de Damiz, Produx Pomeraniæ) soli Stetinensi regimini totidem tribuit: non æstimato Ducatu Wolgastensi & Episcopatu Caminensi.

b Pomeridianum tempus fere illi exercitio tribuere solebat. Quotannis Electori Saxoniæ indiculum mittebat captarum ferarum.

c Dicebatur habere Imperator tres ingentes montes *Eggenberg*, *Werdenberg*, *Questenberg*: & tres pretiosas gemmas: *Dietrichstein*, *Wallenstein*, *Lichtenstein*. Stat. part. regim. Ferd. p. 76.

d Notabile judicium Gaboris de eo: difficile ac dubiæ plenum opus aleæ esse, pugnare contra Ferdinandum, quem nec adversa dejicerent, nec prospera extollerent.

e Extat etiam peculiaris descriptio aulæ s. regiminis illius. ed. 1637.

f Unde Rex ei Cardinalitiũ galerũ procurare laboravit.

LEOPOLDUM WILHELMUM, qui Archiepiscopus *Magdeburgi* (dono Pontificis, unde lites cum *Augusto D. Saxon.*) Episcopus *Argentinensis* & *Passavienſ.* (post patrui abdicationem[a]) *Halberstadienſis* (1626. ut gratiam Canonici à Cæsare impetrarent[b]) *Vratislavienſis*, *Olomucenſis*, Abbas *Hirschfeldiæ* (dono Papæ) & *Murbaci*, *Magister ordin. Teuton.*[c] 1639. à fratre exercitui præfectus est, addito qui specie obsequii eum regeret, Principe à Stadion, sed cum *Piccolomineo* 1642. à Torstensohnio ad *Lipsiam* victus omnia impedimenta amisit; ex hoc ab anno 1647. *Belgium* gubernavit, donec à fratre imbecilliori Viennam revocaretur, & illo mortuo nepotis tutor fieret. 1662. vita excessit. (De ejus gestis *Lucas Lancelotus* centonem Virgilianum[d] composuit) & Leopoldo majorem FERDINANDUM III. Huic 1625. regnum *Vngariæ* non sine motibus obtentum[e], & biennio post *Bohemicum*. Cum 1630. spes esset *Romani* etiam regni impetrandi, ea non negata sed dilata. Hinc 1634. post mor-

Leopoldus Guilelmus Ep. Argent.

Ferdinandus III. Imper.

G 2

a Sed ea conditione, ut proventus quinquennii primi æri alieno dissolvendo seponerentur.

b Ille Episcopatus in pace Pragensi ei confirmatus.

c Ea dignitas 1624. collata Domino de Westernach, hac conditione, ut cum Leopoldus 18. annum ætatis attigisset, ei cederet. Id datum Austriacorum in ordinem meritis. Demum 1641. omnino successit Domino à Stadion.

d Antverp. 1648.

e Brachel. L. 2. p. 92. seq.

mortem Wallenſteinii ipſi ſumma exercitus cura commendata; quam gerens *Ratisbonam* recipit,& adunatis Ferdin. Card. Hiſpaniæ copiis prælio *Norlingenſi* Suecos vincit. Seq. biennio pari modo militiam,raro quidem in caſtris, neque tamen inde longè remotus, adminiſtrat. 1636. patre vivo *Rex Romanorum* Ratisbonæ eligitur, & ſeq. anno illi *Imperator* ſuccedit. Principia ſecunda viſa: cum *Gallaſſius* Suecum hoſtem in Pomeraniam usque perſequeretur. Sed proximo nihil fere actum, quam quod circa conſervationem *Briſaci* laborabatur: univerſa vero irrita, & hoc poſt multas clades amiſſum. 1639. cum Banerius Bohemiam invaſiſſet,& miſere devaſtaſſet,Piccolomineus, auxilio antea Hiſpanis miſſus, è Belgio, è Weſtfalia Hazfeldius revocandus erat. Seq. Bohemia liberata, & comitiis *Ratisbonenſibus* (ubi parum aberat,à Banerio captus eſſet cum ordinum legatis Cæſar) de amneſtia actum, quæ dein publicata. Prælio *Lipſienſi* iterum partes debilitatæ, ac in hæreditarias provincias effuſi Sueci. His ad bellum *Danicum* converſis aliquod reſpirandi ſpatium, cum *Ragozius* ex alia parte in Ungaria negotium facit. Rejectus mox ex Holſatia à Torſtenſohnio in Bohemiam Gallaſſius, & prælium ad *Iancoviam* ſ. *Tabor* Cæſari infelix; ſed hæſit ad *Brinnam* ſucceſſus hoſtilis. Torſtenſohnio ſuffectus dein *VVrangelius* bellum continuavit,& poſt hunc miſſus Carolus Guſtavus *Palatinus*,

Palatinus, donec 1648. *Monasterii* & *Osnabrugæ* cum Suecis (in obsidione *Pragæ*, cujus arcem & alteram partem Konigsmarckius occupaverat, hærentibus) pariter & Gallis pax iniretur. Illis *Pomerania*, *Mindensis*, & *Verdana* Diæceses atque *Wismaria*, his *Alsatia* concessa. Ex eo 1650. alia dieta *Norimbergæ* de executione Pacis actum. In ditionibus autem hæreditariis singulari vehementia reformatio instituta, spem aliorum de voluntate Ferdinandi conceptam destituit. Tandem bello *Suecico* adversus Polonos mistus, 1657. moritur. Ex conjugibus, prima *Maria Anna Hispanica* 1646. mortua, præter alios brevis ævi, FERDINANDUM FRANCISCUM regem *Bohemiæ* 1646. sequenti *Ungariæ* & 1653. *Romanum* Augustæ Vindelicorum creatum & coronatum, sed seq. vivis exemtum, MARIAM ANNAM, principi *Hispaniæ* desponsatam, inde patri ejus, Philippo IV. Regi 1649. nuptam, quæ eo extincto filii tutrix regnum administravit, & LEOPOLDUM Imperatorem; ex altera *Maria Leopoldinâ* agnata ex linea *Ænipontana* (quæ 1648. ducta, sequenti mortua est) *CAROLUM IOSEPHUM* Episcop. *Passavien-sem* & *Vratislaviensem*, ac *M. Magistrum Teutonicum*, 1665. defunctum, suscepit: è tertiâ *Eleonora Mantuana*, 1651. ducta, præter *Theresiam Mariam Iosepham* & *Ferdinandum Aloysium Iosephum* immatura ætate extinctos, filias genuit nunc quoque superstites, ELEONORAM MARIAM JOSEPHAM & MARIAM ANNAM

Ferdin. Francisc. Rex Rom.
Maria Anna Reg. Hispan.
Carolus Iose-phus Ep. Passav.
Eleonora Maria Reg. Polon, Mariæ

Anna Archidux.

ANNAM JOSEPHAM, quorum illa Michaeli Wiſniovvicky Regi Poloniæ 1670. nupta, nunc vidua ad fratrem ſe recepit. LEOPOLDUS Imperator, natus 1640. Bohemiæ Rex 1654.

Leopoldus Imper.

& ſeq. Ungariæ electus eſt. Poſt Patris autem mortem in patrui fuit curatela; demum 1658. cum compleſſet ætatem à lege definitam, quousque Electio dilata, Francofurti *Imperator* creatus. Sub initium imperii fædus cum *RR. Daniæ & Poloniæ* ac Elect. *Brandenburgico* ictum, ex quo *Suecos* in Dania (ubi 1659. in *Fionia* inſula à fœderatis magna clades hoſti illata) & Pomerania (ubi *Stettinum* fruſtra obſeſſum) aggreditur. Sed 1660. *Olivenſi* tractatu de pace inter omnes partes convenit. Proximum negotium cum *Ragozio Tranſylvano*, quod demum bello Turcico occaſionem dedit, in quo *Waradinum* amiſſum 1663. *Neuheuſelia* occupata, & Moraviæ quædam à Tattaris vaſtata, 1664. *Caniſæ* obſidio ſoluta, *Neo-Serinum* deſtructum. Dein hoſti ad *Leventiam* atque *Gothardi fanum* graves illatæ clades, atque demum pax concluſa. Morte Sigismundi Franciſci agnati omnes Auſtriacas provincias, poſt Ferdinandum I. primus, iterum collegit; unicus Germanici rami maſculus. *Vngarorum* aliqui proceres, cum novis rebus ſtudere & conſilia pernicioſa agitaſſe arguerentur, in ipſo molimine opprimuntur: Capite plexi Comites *P. Serinius*, *Frangipanius*, *Nadasdius*, *Tattenbachius*. Eidem crimini qui participaſſe judicabantur,

bantur, eidem ruinæ involuti, fortunis, ex quibus Jesuitæ plurimum locupletati, excidere. Magna pars horum favore Turcarum usi arma oppoſuere, & varias perpeſſi ſunt atque intulere clades, atque nunc quoque rebellium nomine impugnantur. Occaſionem autem nactus clerus Evangelicis & Reformatis templa eripuit, paſtoresque univerſo regno vario colore, nunquam tamen Imperiali ad hoc exhibito mandato, ejecit & peſſime habuit. Cum *Rex Galliæ* Batavos oppugnaturus ab Imperii terris non abſtineret manus, Imperator ad harum tuitionem & fœdus cum Hiſpanis & Batavis adverſus Gallos ineundum excitatus eſt, atque ut Imperii libertas & ſecuritas aſſereretur pene omnes proceres deſideriis ſuis habuit obſequentes, & copias argentumque conferre paratos. Succeſſus armorum hactenus varius fuit: præcipuum operæ pretium *Bonna* & *Treviris* recepta, atque hoſtes, *Turennio* & aliis Ducibus cæſis, ultra Rhenum rejecti. Cum etiam *Sueciæ* Rex Marchiam Brandeburgicam invaſiſſet, atque ex mediatore pacis hoſtis viſus eſſet, adverſus eum decretum bellum, quod nunc quoque fervet, Bremenſi ditione atque Pomerania, nec non Wiſmaria confœderatorum, Imperatoris, Daniæ Regis, Electoris Brandeburgici, Lunæburgicorum Principum & Monaſterienſis Epiſcopi armis graviſſime infeſtatis. Primam Auguſtus noſter conjugem *Margaretam Thereſiam*, ſororis ſuæ &

Philippi IV. Hiſpan. Regis filiam 1670. amiſit, nulla relicta maſcula ſobole, quam ex *Claudia Felicitate* item agnata, & 1673. ducta, calidiſſimis votis, qui imperii & ſalutis publicæ ſtudioſi ſunt, exoptant.

II. ÆNIPONTANA.

Leopoldus Archid.

LEOPOLDUS [a], initio Eccleſiaſtico ordini aſcriptus *Argentinenſem* Epiſcopatum (jure ceſſo à Lotharingio Cardin. ſed controverſo cum Joh. Georgio Brandeburgio. Unde bellum 1609. *Molshemium*) & *Paſſavienſem* obtinuit. 1609. Miſſus eſt ab Imperatore *Iuliacum*, ut imperiali nomine illud, ſequeſter teneret. Sed *anno ſeq.* ab unitis, Gallis & Mauritio Naſſovio urbs capitur, fruſtra ad ſubſidium properante Leopoldo. Tum copias Leopoldus in Bohemiam Pragam duxit, favore Rudolphi Bohemicam coronam ambiens, ſed Matthia adventante retroceſſit. 1618. Academiam *Molsheimienſem* Cæſarea & Pontificia autoritate fundavit, & Jeſuitis commiſit. Cum 1619. gubernator eſſet Viennæ, poſt Turrii comitis conatum cives exarmavit. Dein 1622. in Rhenano tractu ab eo *Hagenoa*, *Spira*, *VVormatia*, *Germersheimium* & *Heidelberga* capta. Cum *Rhætis* etiam res 1621. fuit. Tandem 1626. ejerato Eccle-

[a] In einen Zepter ſich mein Biſchoffsſtab verkehrte/
zu Nutz dem Oſtenland. Ein dapffrer Degen ehrte
auch meine Krieger Fauſt: Gülch/ hat ihn wol gefühlt.
In Söhnen leb' ich noch/ ob mich der Tod erziele.
Sig. Betul. Oſtl. Lorberh. p. 225.

Ecclesiastico statu ex dispensatione, ob quam Romam eundum, *Claudiam Mediceam* duxit, & ut Austriaca successio pluribus insisteret munimentis, ex ea suscepit liberos, quos 1632. infantes morte sua destituit. Inter eos CLARA ISABELLA, *Caroli D. Mantuæ* uxor jamque vidua, MARIA LEOPOLDINA *Ferdinandi III.* fuit. 1649. mortua. FERDINANDUS CAROLUS, ubi justam ætatem attigit (cum adhuc pupillus esset, ex ejus patrimonio imperium Gallis Alsatiam concessit) ditionum regimen adivit: Italorum & artificum fautor singularis. Huic 1659. cum Tigurinis controversia fuit. Demum 1662. è conjuge *Anna Medicæa* filias reliquit duas, quarum altera *Maria Magdalena* ex variolis 1669. obiit, major CLAUDIA FELICITAS, quam Aureliano Duci desponsandam & huic dotis loco aliquid Alsatiæ, quæ ante pacem in patrimonio hujus lineæ fuerat, reddendum, multi credebant; nunc celsiori connubio in thalamum Augustum adscita, sola rami sui supereſt, ex cujus fæcunditate alter etiam divina benedictione in plures novos crescat. Fratri successit SIGISMUNDUS FRANCISCUS, qui prius Episcopus *Augustanus, Gurcensis, Tridentinus* ac *Cardinalis*, ditionum regimen Ecclesiasticis beneficiis dimissis suscepit, ast non adeo diu gessit, 1665. fato suo, cum nuptias pararet *Mariæ Hedvvigis Augustæ Palatinæ*, abreptus. Herede ditionum agnato Imperatore relicto.

Liberi.
Clara Isabella D. Mantuæ.
Maria Leopoldina Augusta. Ferdin. Carolus Archid.
Claudia Felicitas Imp.
Sigism. Franciscus Archid.

SCIAGRAPHIA FAMIL. AUSTRIACÆ

Masculos potiores & emortuales annos notans.

Rudolphus Imperator. 1291.

Rudolphus D. Suev. 1307. — *Hermannus* 1282. — *Albertus I. Imp.* 1308.

Ioannes. 1313. — *Fridericus pulcher Imp.* 1350. — *Rudolphus Rex Boh.* 1308. — *Leopoldus.* 1327. — *Henricus.* 1327 — *Albertus.* 1358. — *Otto.* 1338.

Albertus. 1390. — *Fridericus* 1365. — *Rudolphus* — *Leopoldus.* 1386.

Albertus. 1404. — *Wilhelmus.* 1406. — *Fridericus.* 1439. — *Leopoldus.* 1439. — *Ernestus.* 1424.

Albertus II. Imp. 1439. — *Sigismundus.* 1496. — *Fridericus III. Imper.* 1493. — *Albertus.* 1463.

Ladislaus. R. Vng. & Boh. 1457. — *Maximilianus I. Imper.* 1519.

Philippus Rex Hisp. 1506.

A

Burgund.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [142] - 106
PUBLIC DOMAIN

A

Burgund. *Philippus.* Oesterreich.

Carolus V. Imp. 1558. — *Ferdinandus I. Imp.* 1564.

Philippus II. R. Hiſp. 1598. — *Maximilianus II. Imper.* 1575. — *Ferdinandus.* 1595. — *Carolus.* 1590. | C

Carolus inf. 1569. — *Philippus III. R.* 1621. | B — *Carolus M. Burgov.* 1618. — *Andreas Card.* 1600.

Philippus IV. R. Hiſp. 1665. — *Carolus.* 1632. — *Ferdinandus Card.* 1641.

Balthaſar Carolus inf. 1646. — *Carolus II. R. Hiſp.*

B

Maxim. II.

Rudolphus II. Imp. 1612. — *Erneſtus* 1595. — *Matthias Imp.* 1619. — *Maximilianus.* 1618. — *Albertus Pr. Belg.* 1621. — *Wenceslaus.* 1578.

C

Carolus.

Ferdinandus II. Imp. 1637. — *Maximil. Ern.* 1616. — *Leopoldus.* 1632. — *Carolus.* 1624.

Ferdinandus III. Imp. 1657. — *Leopoldus Guilelmus.* 1662. — *Ferdinandus Carolus.* 1662. — *Sigismundus Franciſcus.* 1665.

Ferdin. Franc. R. Rom. 1654. — *Leopoldus Imp.* — *Carolus Ioſephus.* 1665.

FAMILIA OLDENBVRGO-DANICA, IN QUA REGES DANIÆ & Norvegiæ, Duces Slesvici & Holsatiæ, Comites Oldenburgii & Delmenhorstani. *a*

Origo. ORiginem hujus familiæ ex *VVitikindi* Saxonis (de cujus majoribus alibi) posteris traditio deducit. Nepotem enim Witikindo ex *Wigperto* filio *Walpertum* Ducem *Angriæ* & Comitem *Ringelheimii* assignat: maritum *Altburgis* Com. Lesmonæ, in cujus gratiam condita arx Aldenburg s. Oldenburg perhibetur. (Ille mortuus creditur 856.) Hujus filius *Theodoricus Ringelheimii* iterum comes,[b] ex filiis *Immodo* Sabaudorum, *Witikindo* Ferrarienſium, (an Montferratenſes volunt? quos cum Cevæ, Savonæ, Salutiarum & Finalii marchionibus ex quodam Alramo Saxone ortos narrant)

a Consulendi de rebus Danicis *Saxo Grammaticus*, *Alb-Crantzius*, *Meursius*, *Ioh. Isacius Pontanus*. De Holsaticis Andr. Angelus in Chr. Hols. *Chr. Danckwerth*. De Oldenburgicis Chronicon *Herm. Hamelmanni*. (Pro quo contra Ubb. Emmium apologiam scripsit *Gerh. Gisekenius*.) tum *Ioh. Iust. Winckelmanni*. Allegatur etiam chronicon aliquod Oldenburgicum *Ioannis Schifboveri*.

b Alii Theodoricum II. primi filium Ruperti Archiepiscopi Trevirensis, Sigfridi Brandeburgici, Witikindi, Immodi, Mechtildis Augustæ, atque Reginberti patrem faciunt, qui hic reliquis frater datur.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [144] - 108
PUBLIC DOMAIN

narrant) *Theodorico* (patre Imperatricis *Mathildis* uxoris *Henrici Aucupis* & *Ruperti* Archiepisc. *Trevir.*) Marchionum Brandenburgicorum veterum, *Regimberto* Oldenburgiorum fator fuisse, perhibetur. *Regimberto*, qui Danos 918. cæcidit, filius *Sigfridus*, [a] nepos *Ulricus* Comites *Oldenburgici* dantur. Hoc natus *Otto*, Ottonis I. & II. miles cui à spectro mirabile *cornu*, quod adhuc asservatur, oblatum narrant. Ottone nati *Ioannes* C. Oldenburgius, & *Conradus* à matre Mechtilde, Joannis filia, comes *Alvenslebensis*. Joannis (qui Henrico II. Imperatori contra Saracenos & Græcos in Italia 1007. decennio post contra Polonos militavit: & Frisios ad Græningam usque domuit) filius inter alios *Hunno glorioſus* erat, qui cum Frisios, qui ab ipso ad Albertum Archiepiscopum Bremensem defecerant, summis viribus in ordinem redigere tentaret, apud Henricum IV. accusatus, cumque se non sisteret, reus majestatis læsæ declaratus, & demum ubi accesserat, capitali sententia prolata ut cum leone pugnaret Goslariæ damnatus est, sed filius *Fridericus* pro patre sene certamen subiit, & leonem, cui astu fictitium virum pinguedine carnis illitum prius objecerat, in hunc irruentem stravit. Pater dehinc in monasterio in Rasteden, quod extruxerat, consenuit. Huic Friderico (qui Henrici Crassi D. Saxoniæ auxilio in Frisios feliciter pugnavit, & demum *Nova linea.*

cœno-

[a] Alii Sigfridum omittunt.

cœnobium Raſtedenſe cælebs ingreſſus eſt) heres amitinus *Elimarus I. Rixæ* Hunonis ſororis & *Hajonis* dynaſtæ Friſii, qui ipſe etiam ex *Regenberti* Oldenburgici [a] poſteris fuiſſe dicitur, filius, qui ipſo cum Friſios debellaverat. Elimaro tamen controverſiam de hereditate movit *Milo* C. Alvenslebius, Theodorici filius, Conradi ſuperioris nepos. Ab hoc *Elimaro I.* continua ſeries, ut tamen à filiis *Elimaro II.* & *Joanne* (tertius *Bernhardus* Henrici Leonis miles fuit) duæ orirentur lineæ. A Jo-
Wildeshuſana. anne *VVildeshuſana*, ex qua, cum Joannis ſuperioris filius, etiam *Ioannes* dictus, Henrici Leonis, à quo Altenburgum recepit, partes ſecutus, præter *VVillebrodum* Epiſcop. *Paderbornenſem* & *Vltrajectinum*, qui bis in Palæſtinam profectus obiit 1233. *Burchardum* & *Chriſtianum* genuiſſet; Burchardi qui 1233. prælio cum Stedingis Gerhardi Archiep. Bremenſis cecidit, filius *Henricus* Wildeshuſam Hildeboldo Archiepiſc. Bremenſi vendidit, in ejus autem è fratre *Ludolfo* nepotibus *VVillebrordo* & *Ludolfo II.* terminata linea; A Chriſtiano *Hatſtedius* ramus deſcendit, poſt quem quinque Joannes totidem

[a] Vel potius agnatis. Illam vidi deductionem: Walberti filium, Theodorici Ringelheimii fratrem fuiſſe *Mainardum* Comitem Ringelheimium & Oldenburgium, quo natus *Siboldus*, qui 933. bello adv. Hunnos fortitudinis ſuæ ſpecimina ediderit, atque in Friſia ſedem fixerit, hoc editus *Ringelbertus*, qui vixerit circa 950. avus *Hajonis* in Friſia Domini de Potenburg & Memenburg.

totidem generationibus ſequuntur, quorum ultimo filii *Bernhardus*, *Chriſtianus*, *Ioannes*, *Burchardus* erant, qui tamen tempore *Theodorici fortunati* mortui hanc finiere lineam. *Elimarus II.* præter *Ottonem* præpoſitum *Bremenſem*, nepotum Chriſtiani & Mauritii tutorem, genuit *Chriſtianum bellicoſum* & *Henricum*; hic *Brockhuſæ* comes novum ramum orſus, in quo continuo ordine *Henricus II. Thomas*, *Conradus*, *Henricus*, *Conradus*, familiam propagarunt: ultimus Conradus, cæſus 1358. à Butjadis, filiam tantum reliquit *Margaretam Iohannis Com. Diepholtani* uxorem: unde hereditas ad illam ſtirpem, donec ex eadem in *Hojenſem* migraret. *Chriſtianus bellicoſus*, ſ. *Animoſus* Bremam cepit ſed iterum deſeruit, & à ſuperveniente Henrico Leone 1168. obſeſſus Oldenburgi, mortuus in obſidione, quam tamen ſolvere ille mortis hujus ignarus tandem coactus eſt, Oldenburgicos continuavit: Filii, *Chriſtianus* in bello pro Archiepiſcopo Bremenſi 1192. à Friſiis cæſus, & *Mauritius*, cui Stedingi rebelles fuere 1204. Adolfi C. Holſatiæ contra Canutum R. Daniæ partes ſectatus eſt 1201. Tum Ottoni IV. Imperator adhæſit. Mauritio, qui ad extremum ingreſſus cœnobium *Raſtett* ingreſſus filiis regimen reliquit, nati *Otto II.* cogn. *Berne* conditor 1247. *Delmenhorſti* arcis, *Mauritius* Canon. Colon. & Bremenſis, *Henricus* & *Chriſtianus*, qui cum Hojenſibus bellum habuit: Chriſtiano præter *Theodoricum* ab an-

Oldenburgica

Brochuſana.

ab anno 1335. ad 1341. quo mortuus, *Mag. ordinis Teutonici* in Prussia, *Otto III.* qui Delmenhorstum urbem fecit, & 1299. fratris filios testamento heredes scripsit, & *Ioannes*. Hic duarum linearum ex duobus filiis (tertius *Otto* [a] Archiepisc. Bremensis electus 1345. nepotem ascivit ob senium, & obiit 1349.) *Ioanne* Oldenburgicæ, *Christiano* (doctissimo Parisiensis academiæ alumno, & dein literatorum fautore eximio) Delmenhorstanæ conditor. Christiano cum 3. filii essent, *Mauritius* à patruo in Archiepiscopatu sumtus successor, adversarium habuit Godofredum Com. Arnsbergium, Episcop. Osnabrugensem, à clero surrogatum, & cum fratre *Christiano* 1368. à Butjadis s. Rustringis cæsus est, ea clade ut nec nuncius supereſſet. Tertius *Otto* 1360. cum patruele, Conrado, consensu fratris de non alienando pactum iniit, filiam autem *Annam* Joanni agnato, ex Hatstediis, despondit. Christiani, Ottonis fratris, filius *Otto* cognomento *simplex* Bremensibus comitatū jam antea, 1417. 3000. marcis Brem. oppignoratum assignavit, si solvendo non esset, & filium eligerent Archiepiscopum. Ita electus filius *Nicolaus* 1421. tandem variis turbis & bellis adv. Brunsvigicos, Frisios, Hojenses exercitatus, Archiepiscopatum

Delmenhorstana.

[a] Hic, nec non Mauritius & Christianus, qui ex fratre filii, atque hujus liberi Conradus & Gerhardus (qui cum patre & patruo 1368. cecidit) & Conradi posteri à Reusnero ramo Wildeshusio inseruntur.

patum Joachimo à Wendt Abbati Lunæburgico ceſſit, & Delmenhorſtum ſe recepit. Ubi 1431. familiaria pacta confirmavit, Delmenhorſtum Oldenburgo iterum junxit, & patris adverſus hoc fœdus acta irrita fecit. Demum deceſſit 1435. & ejus ſororis *Adelheidis* maritus *Theodoricus fortunatus* Oldenburgicus comitatum ſibi vindicavit. Joannes autem Johannis filius, Chriſtiani ſuperioris Delmenhorſtii frater & Oldenburgiorum propagator, initio licentioſa vita notatus, ob quod filio regimẽ cedere coactus, de cętero bello adverſus Giſelbertum Bronchorſtiũ Bremenſem Archiepiſcopum pro nepotibus ex fratre auxilio Guilelmi Ducis Lunæburgici geſto, celebris. *Conradum* habuit filium, doctum & pium, qui civium & patris ope hoſtes Oldeburgo ejectos 1345. fugavit: civium autem ob merita privilegia confirmavit. Pro Mauritio agnato Archiepiſcopo Bremenſi adverſus æmulum Godofredum & belli ſocium Gerh. Hojenſem bellum geſſit: in urbem intromiſſus Bremæ 1566. ſeditionem ſedavit, inde aliquoties victus, & demum 1368. cæſus à Butjadis, cum *Gerhardo* filio. Qui reliqui erant filii, *Conradus*, qui in Friſios aliquoties feliciter movit, novam lineam per filium *Mauritium* juſtitiæ & pietatis laude inſignem habuit, à quo (victore Butjadarum, quos auxilio Bremenſium 1400. cæcidit, & cum Brunſuici ducibus Bernardo ac Wilhelmo bellum geſſit, pro Joanne Slamſtorpio Archiepiſc. Bremenſi) non

Oldenburgica

non nisi duæ filiæ, (*Anna*, Ottonis C. Waldeccii, & *Ingelburga* Occonis Capitanei in Aurick & Broichmerland conjuges; Pater decessit 1410.) & *Christianus* Welsburgi habitans, antea Colonienſis Canonicus, ſtemma ex Agnete Honſteinia propagavit; Hoc enim præter *Christianum* (qui Bremenſibus infeliciter bellum indixit, quo captus, caveæ incluſus, & Bremam ductus, nec niſi tractu Wordenſi illis tradito dimiſſus eſt, ſed ne ſic quidem quievit, quin novas, ſuo tamen malo, moleſtias faceſſere pergeret) genitus *Theodoricus cognomento fortunatus* linearum reliquarum bona collegit: ex pacto etiam 1360. Com. Delmenhorſtum ſibi adverſus Bremenſes aſſeruit, & ob uxorem ſecundam (prior Adelheidis Delmenhorſtana agnata prole caruerat) *Hedvvigem* ſeu *Heilvvigem* filiam *Gerhardi Holſati D. Sleſvici* (familiæ *Schavvenburgicæ*) jus ſucceſſionis in Sleſvicenſem principatum & Holſatiam liberis moriens 1440. reliquit. Fuerunt filii ex Hedvvige Chriſtianus, Mauritius, Gerhardus. Ex his medius Juris Baccalaureus Lutetiæ creatus, & initio Canonicus *Colonienſis* & *Bremenſis*, contra fratrum voluntatem inſtinctu *Bremenſium* Catharina *C. Hojenſi* uxore ducta, fratri bellum intulit, ſed victus aufugit 1462. Demum ita res compoſita, ut *Delmenhorſtum* Mauritius, Gerhardus *Oldenburgum* teneret, deceſſit 1464. Liberis ejus, qui *Iacobus*, *Hedvvig*, *Adelheid*, adhuc impuberibus

Theodoricus fortunatus.

puberibus ereptum ab Episcopo Monasterien-si patrimonium. Unde Jacobus, piraticam exercuit, & in Norvegia exul defunctus est. A Christiano & Gerhardo lineæ diuturniores.

I. DANO-HOLSATICA.

CHRISTIANUS I. natus 1425. ab avunculo *Adolpho D. Slesvici* educatus, cumque hic ad sceptrum *Daniæ* post mortem *Christophori Palatini* vocaretur, & ob ætatem se excusavisset, Danis commendatus, his etiam non ingratus, ut Slesvici ducatus ad coronam rediret, regnum 1448. accepit, & seqq. annis in Dania & Norvegia coronatus est. Sueci v. quod contra Calmarienſia unionis pacta ipsis inconsultis electus esset, cum recusarunt, alio electo Carolo Canuti. Sed Anno 1427. factione Joh. Benedicti Archiepisc. Upsal. ejecto vel ad capessendam fugam adacto *Carolo Canuti*, quod ejus præfecti se impotentius gererent, *Sueci* quoque eundem receperunt. Accessit avunculi morte 1459. *Slesvicensis* ducatus, & *Holsatia*. Illum initio fratri Gerhardo contulerat, sed cum suspectum haberet, quod Suecicas partes foveret, iterum ademtum filio contulit. [a] Hanc quidem *Otto Schavvenburgicus*, à quo ad nos usque familia propagata, Adolfi illius agnatus genti suæ adserebat, sed acceptis 43000. flor. [b] *Chri-stianus I. Rex.*

a Reusn.

b Pecuniæ magna pars dicitur fuisse ex thesauris Caroli R. Sueciæ, quos Christianus in Daniam asportavit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [151] - 115
PUBLIC DOMAIN

& *Pinnenbergio* comitatu, cum Hazburg & Barmſtett, 1460. jure ceſſit. Holſatiam vero cum Stormaria & Ditmarſia (*Ditmarſi* autem de hoc moniti, quod Bremenſibus hactenus paruiſſent, ſe ſubmittere detrectarunt[a]) conjunxit, ac unum eſſe *ducatum* in Chriſtiani gratiam juſſit Imp. Fridericus III. cum 1474. Chriſtianus Romam[b] tendens (quo in itinere multos diſſidentes principes[c] conciliavit, idem fruſtra in Carolo Burgundo & Imperatore conatus) ad eum veniſſet. A fratre *Gerhardo* aliquoties vexatus, qui in Holſatia hereditatis partem petebat; huic ut prætenſionem omitteret, 40000. aureorum ſoluta, & Ripæ 1460. pactum reciprocæ renunciationis, hinc in Sleſvicenſem ducatum & Holſatiam, iſthinc in comitatus avitos initum atque confirmatum: cum nondum quieſceret, vicinorum armis pulſus eſt. Alibi *Sueci* Chriſtiani exactionibus gravati, Gedano ubi 7. annos exulaverat, 1464. revocavere *Carolum* ſuum, inter quem & Chriſtianum fortuna belli aliquoties variavit: hic

a Vid. Thuan. L. 22. p. 982.

b Aliquot principes, generoſos & nobiles in comitatu habebat, qui omnes utpote in peregrinatione ſacra nigras veſtes ſerico candido intertextas induti erant. Rotenburgi ad Tubarim eum excepit Imperator, & toto ſeptiduo magnifice habuit.

c Ut Brunſuicenſes cum Megapolitanis: cum in componendo Ruperto Archiep. Colon. & Capitulo fruſtra laboraret, ad Rolandseccium è turri ter petitus globo è ſclopeto magno emiſſo non tamen læſus eſt, manu divina protectus. *Reuſn.*

hic inprimis gravem 1472. cladem passus. Quin & post Caroli mortem præterito Christiano gubernator *Steno Sture* est electus. Decessit Hafniæ Christianus 1482. princeps heroica animi & corporis majestate inclutus. In eo *nullas literas* miratus est Eugenius III. Eas tamen 1478. impetratis pro *academia Hafniæ* erigenda à Sixto Papa privilegiis promovit. Ex conjuge Dorothea Brandeburgica, Regis Christophori decessoris vidua, quæ dein filii adversus Suecos expeditionem meditantis molimina, quoad vixit, remorata est, liberos genuit. Filia *Margareta Iacobo III. R. Scotiæ* 1469. nupta, cum dote *Orcadum*, donec persoluto auro nuptiali (quod 50000. aur. Rhen. fieri debet) à Norvegis redimi possent. [a] A filiis Joanne & Friderico duæ lineæ.

I. LINEA PRIOR REGIA.

JOHANNES, natus 1455. post patrem Rex *Daniæ* & *Norvegiæ* declaratus est; in *Suecia* conatus ejus *Steno Sture*, donec à Senatoribus moveretur officio, diu frustratus; Tandem 1497. admissus, etiam coronatus, ac post eum uxor, & qui aliquando succederet, Filius. Verum non quieta possessio; à Stenone enim, cum *Ditmarsico* bello, quo Meldorpia quidem occupata initio felix, post triduum recipiente animos & vires hoste 1500. ingenti clade affectus *Ioannes Rex.*

a Cluver.

vix evaſit cum fratre, & pacem illis concedere coactus eſt [a], Joannem ſciret occupatum, Stocholmii regina 1501. in cuſtodiam datur, ſed interventu Imperatoris & Ponitficis 1503. dimittitur, atque à Stenone ad fines Danicos reducitur. Stenoni in reditu 1503. mortuo *Suanto Sture* ſuffectus. Unde bellum cum Suecis & horum auxiliaribus *Lubecenſibus*, qui eum ad Bornholm 1509. navali prælio vicerunt; ut nunquam quietam poſſeſſionem ejus regni, quod cum exercitu 50000. ingreſſus, obtinuerit Joannes. *Holſatum* & *Sleſvicenſem* principatus, contra quam initio convenerat, cum fratre æquo jure diviſit, & utrique à nobilitate ſacramentum dictum eſt. In vomerem autem bini aurei indicti, diſſolvendo æri alieno, quod pater ducatuum emtione contraxerat. Ex caſu in aquam, quam exæſtuantem eques tranſire volebat, febricitans Alburgi in Jutia deceſſit 1513. electo jam à Suecis Stenone juniore Suantonis filio. Rudis quidem literarum princeps, ſed fautor earum, inprimis *Hafnienſis* academiæ, quam auxit. Præterea ſummè prudens & ſingulari comitate præditus, qua ſeveritatem, ut non intolerabilis eſſet nobilitati, cum ob quotidianas fere injurias, quibus ſe invicem afflictabant, graviter in eos animadverteret, temperare noverat. Hoc vitio datum, quod exteros quam indigenas impenſius colere diceretur, ſine hoc & Danis & Suecis

[a] Thuan. L. 22. p. 389.

cis æque gratus futurus. Uxorem habuit *Christinam Saxonicam* 1478. ductam, quæ 1521. in fata concessit. Filia ELISABETHA[a] *Ioachimo I. Elect. Brandenb.* 1500. vel 1502. nupta, à quo, cum sibi, quod *Evangelicam* religionem agnovisset, custodiam parari didicisset, discessit, & apud avunculos perfugium habuit. Nec rediit, nisi illo mortuo: mortua est 1555. Filius fuit CHRISTIERNUS seu *Christianus II.*[b] Cujus vita ex *Iohannes Schvvaningio* edita.[c] In materno utero ante partum flebilem, quam astantes audierint, edidisse vocem, & alteram manum complicatam ac sanguine plenam habuisse fertur. Hafniæ aliquandiu Canonico Georgio Hinsze in disciplinam datus, inde in aulam assumtus à præceptore *Latinam* linguam mediocriter didicit. Cum verò varia dein licentiose designaret, arcis custodibus corruptis, urbem nocturnis tumultibus implens, à patre verberibus etiam, non sine diris additis, ob id castigatus, de moribus reliquæ ætatis fecit conjecturam. Inde à patre in *Norvegiam* missus seditioni compescendæ, quam Suecis autoribus *Hermolaus* seu *Herlof Hudfad* concitaverat, hunc prope Bahusiam captum consilio & ope *Matthiæ* Episcop. *Opsolienſis*, cujus opera in omnibus uti mandaverat pater, rotæ imposuit. Malam

Liberi.

Elisabetha Brandeburgica.

Christiernus Rex.

a Nata 1485.
b Natus est 1481.
c Francofurti 1658.

vero gratiam Matthiæ retulit Chriſtiernus, cum ab æmulis falſo proditionis inſimulatum in carcere mori paſſus eſt, & *Ericum Valkendorffium* Archiepiſcopum *Nidroſiæ* aſcivit Cancellarium, & ei à Pontifice primatum Norvegiæ obtinuit. Tum multa libertatis parte multati *Norvegi*, & ex eo Daniæ reges ſe magis heredes dixere Norvegiæ. Inde *Sueci*, in Hermolai auxilium venientes, victi, Loſa, Elsburgum & Oreſtena capta & deleta. Per Cancellarium autem Bergæ res compoſitæ. Ibi *Sigbrittæ* cujusdam pauperculæ è Belgio ex egeſtate Bergas profectæ filiam *Divike* ſeu *Columbulam* imprudenter à Cancellario ſibi à venuſtate laudatam, aſſumſit concubinam, unde non exigua pars malorum, quæ ſecuta. Aſſumſit cum pellice matrem, cum 1510. à patre revocatus eſſet. Magnum vero de eo in melius mutato (vitia ſolerter tegebat) patris gaudium, cumque jus diceret in Dania, in itinere filium ſecum duxit, qui ordinibus non parum ſe probavit: ut patri mortuo daretur ſucceſſor, & 1514. coronaretur. Quæſita mox à novo rege, qui Galliæ, Angliæ & Scotiæ reges amicos habebat, Caroli V. affinitas, atque ita uxor *Iſabella* ejus ſoror, quæ magnifico apparatu è Belgio adducta, in cujus gratiam, ut ſecum haberet ſuæ gentis homines, *Hollandis* (cum *Helſingoræ* incolæ eos admittere nollent) inſula *Amag.* data, qui urbi leguminibus, radicibus, lacticiniis, aucupio, &c. non parum profuere. Cum vero *Hafniam* empo-

Conjugium.

emporium facere vellet, vetito magna cum civitatum maritimarum offensione, ne quis incolarum alio merces veheret, consilium eventu caruit. In administratione, tanquam fascinatus, cum ex *Sigbritæ* illius vetulæ consilio omnia ageret, ut ante ejus ædes Hafniæ senatores regni sæpe cogerentur expectare, & eam regina parturiens obstetricem pati, ubi multæ ejus de regiis liberis inauspicatæ voces auditæ, brevi suorum incurrit odium: quod auctum, cum *Ioh. Foburgum* scribam, quod in rationibus dandis defecerat, in crucem egisset, *Torbernum Oxe* præfectum regiæ arcis, ob joculare responsum [a], à regni senatu absolutum, sed ab aliquot rusticis regis iram timentibus condemnatum, frustra quamplurimis pro eo deprecantibus, etiam Isabella è genibus, capite truncasset, *Ioh. Andreæ episcop. Othonienſem*, tanquam legatus regis Joannis aliqua præter pacta Lubecensibus promiserit, in vincula conjecisset, *Georgium Schotburgium episcopum Lundensem* Vicecancellarium suum, ob literas ad Pontificem de eo ob consortium Sigbritæ excommunicando scriptas, persequeretur, capitulum Lundense Primoribus eorum 1520. in vincula conjectis ad tradendam inf. *Bornholm* & alia ad patrimonium cathedrale spectantia coegisset, *Theodoricum* quendam Westfalum

Administratio prava.

[a] Interrogatus à rege an Columbæ consuetudinem habuisset, ut ad se delatum fuerit, joco responderat, non habuisse sed cupivisse.

tonſorem Sigbritæ commendatione Archiepiſcopum creaſſet, ejusdem conſilio novas exactiones [a] impoſuiſſet victui, ſcholaſticos alumnos magno Eccleſiæ malo urbe ejeciſſet. Imperator Maximilianus 1516. legato Sigismundo Herberſteinio miſſo de nepte Iſabella ob pellicem Columbulam indignius habita conqueſtus & ut reſipiſceret cohortatus eſt. [b] *Suecicum* bellum tandem ejus ruinæ cauſa. Cum Sueci *Guſtavum Trollium Archiepiſcop. Upſaluenſem* obſiderent, 1518. miſſa claſſe eum liberaverat Chriſtianus, & in Daniam ſecum duxerat. Sueci decreto facto Archiepiſcopo reditum

Bellum Sueecicum.

[a] Ovis etiam quibus incubabant anſeres tributum impoſitum.

[b] Baro Herberſteinius in recenſ. vitæ ſuæ ita refert: Dem König habe ich/ neben deß Printzen in Hiſpanien Ertzhertzog Carlen (hic Carolus V. fuit.) Geſandten Monſ. de Bule, und Maiſter Jan Penning von Amſterdam/ zu Neuköping im Pfalſter geſagt / daß er ungeſchickt/ unredlich und unehrlich handlete / dem Käyſer und ſeiner Freundſchafft unleidlich/ gleichwol mit Sorgen als zu bedencken iſt. Als ich nichts erwerben mocht/ ſagt ich / der Käyſer und der Printz würden uns nicht glauben/ daß der König ein gemeines Weib höher achtet / weder Gott / ſeine Pflicht/ Ehr/ und die höchſte Freundſchafft in der Chriſtenheit / darumb begehrt ich/ die Antwort in Geſchrifft unter deß Königs Siegel/ daß war mir abgeſchlagen / doch unter deß Cantzlers Handzeichen ein ſchlechts Schrifftlein zugeſtellt. In Abfertigung ward mir ein Pferd verehrt mit Sattel und Zeug / an dem Gerait ward verzeichnet ein Weibsbild / draund an einer Preß / da zwiſchen lag ein Hertz.

reditum in patriam negant: unde re ad Pontificem *Iulium II.* delata, hic eos ſchiſmaticos declarat, & executionem Chriſtierno commendat, quæ literæ dein in expeditione ubique in Suecia affixæ. Itaque Guſtavi inſtinctu, allegatis etiam veteribus cauſis à Calmarienſi pacto, bellum decernitur, & 1519. rex per certos judices, ſed ſine autoritate ſenatus, curat contra Suecos ſententiam ferri. Eo anno expeditio per *Ottonem Crumpen* ſine fructu ſuſcepta. *Anno ſeq.* cum auxilia etiam ex fœdere à Reg. *Galliæ* miſſa,[a] Otto iterum Sueciam adoritur, & *Steno* ex vulnere in crure accepto dum Stocholmiam abduceretur moritur. Sueci duce jam deſtituti conſilio *Matthiæ epiſcopi Strengniſienſis* inducias paciſcuntur, ſancita amneſtia præteritorum. *Stenonis* autem *viduæ Chriſtina* cum primoribus, inducias accipere recuſat, Stocholmium tutatur, at *Lambertus* ejus partis dux magna clade profligatur. Itaque Rex ipſe in Sueciam venit, aſſumtis ad actionem in Suecos inſtituendam Theodorico Archiepiſcopo Lundenſi, Joanne Andreæ Epiſcopo Ottonienſi, pacem factam confirmat, & eorum quæ in ſe & patrem commiſſa ſint (reticebantur, quomodo perjurii culpam effugere credebat, quæ adverſus Guſtavum Archiepiſcopum deſignata) gratiam pollicetur. Demum *Stocholmium* obſidione ad deditionem, ſed venia promiſſa, cogitur: cum vero aliquot diebus

[a] 4000. pedites.

diebus in urbe rex fuiſſet, & biduo ſplendide Suecos excepiſſet, tertia die actionem inſtitui curat de illis, quæ in Archiepiſcopum admiſſa, ut Pontificiæ ſententiæ ſatisfieret. Cum Stenonis vidua imprudenter literas, quibus eorum qui cum marito conjuraverant nomina continebantur, tradidiſſet, 70.[a] primores regni capiuntur, & coronationis die omnes, præter *Lincopienſem Epiſcopum*, qui invitus ſubſcripſiſſe cauſabatur, decollantur, corporaque Othonienſis Epiſcopi ſententia comburuntur. A *Pontifice* res ea approbata, Sueci autem ad deſperationem adacti. Domum rediens rex *Theodoricum* Archiepiſcopum, jamque etiam Epiſcopum Scarenſem, proregem relinquit, Stenonis (cujus cadaver effoſſum) viduam & liberos in Daniam captivos abducit, & ne in itinere quidem [b] à crudelitate abſtinet. Inde cum 1521. peregrino habitu in Belgium profectus à Carolo V. qui eundem ordini Equitum Aurei velleris aſcripſerat, obtinuiſſet, ut *Holſati* à ſe deinceps ducatus feudum acciperent, cum patruo *Friderico* aliquoties actum; à quo etiam rex petiit, nec obtinuit, ut *Lubecenſibus* bellum inferret. Reſtitit etiam nobilitas. Inde arbitri lecti, qui Chriſtierni & Friderici dirimerent controverſias, Brandeburgicus, Megapolitanus, Pomeranus: ad hunc finem inſtitutus Born-

a Alibi 94. trucidatos legi.

b Levi de cauſæ narratur Abbatem cum aliquibus Monachis in profluentem merſiſſe, Unus v. Monachus miro modo à ſcribis ſervatus eſt.

Bornholmenſis conventus. Sed jam ubique exoſus rex, in quamcunque veniſſet civitatem furcam erigere ſolitus [a]. In *Sueciam* redierat Lubecenſium ope *Guſtavus Erici* decollati filius, è cuſtodia Erici Baneri [b] 1523. elapſus, & Dalecarlorum ope *Theodoricum* ob flagitia jam ſumme exoſum fugaverat. Theodoricus à Chriſtierno in vincula compactus, inde cum ſcala è qua ſuſpenſus, in rogum conjectus, atque Hafniæ combuſtus, nondum ſatisfacere odio adverſus regem publico poterat. Itaque cum *Arhuſæ* comitia inſtituta eſſent, *Iuti* conſternati Suecica laniena, ſimilemque veriti, *Viborgi* congregantur, & per *Magn. Munckium literas renunciationis* regi mittunt. [c] Hic in *Seelandia* rebus ſuis firmatis, cum patruum electum audiret, gaza, chartis & Sigbritta ſua ciſtæ incluſa in naves illatis, cum conjuge & liberis 1523. 20. April. in Belgium venit, non ſine offenſione Gallorum, quod non ad eos refugium ſumſiſſet. Exuli à Carolo V. Liræ ædes & menſtruum ſtipendium aſſignatum, ſed Angliæ Rex mutuam pecuniam oppignerata Islandia dare recuſavit. Uxorem ordines regni, qui rationem regis ejecti publico ſcripto ediderunt, revocarunt eique tanquam reginæ detulerunt

Exilium.

a Nic. Holſtenii ſuaſu, qui Sudercopiæ patibulo à ſe erecto affixus eſt.

b Huic datus erat: is v. fide accepta liberè circumire eum permiſerat. *Clero.*

c A Danis Chriſtierno ejecto regnum Sigismundo Poloniæ regi oblatum fuiſſe perhibet. Thuan. L. 1. p. 58.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [161] - 125
PUBLIC DOMAIN

lerant obſequium, ſed exilium quam absque marito regnum præelegit. Cum exercitu ſcripto *Ioachimus Elector Brandenburgius* in Holſatiam expeditionem pro eo ſuſcepturus eſſet, 1527. ſtipendiis non procedentibus conatus evanuit. Inde exul hinc inde vagatus, majorem vero partem exegit apud avunculos Saxones, & ſororium Brandeburgicum, apud quos audito *Luthero* in *Evangelicæ* religionis aliquam agnitionem venit, ſed ne Auſtriaci auxilium omnino negarent, eam iterum abjuravit. Interim Fridericus, Dani, Sueci & Lubecenſes publice ſcriptis adverſus eum agunt, ipſe per *Corn. Schepperum* reſpondet. Cum vero Imp. alibi impedito, diu expectatum auxilium non impetraret, militem in Friſia, à Comite dimiſſum, conducit, & ab Hollandis juſſu Cæſaris navibus juvatur. In Seelandia appellere voluerat, ſed in Norvegiam rejicitur, & *Aggershuſam* obſidet. Miſſus adverſus eum *Canut. Guldenſtern*, ſine mandato regis fidem dat, componendis rebus eum Hafniam ducendi. Sed Guldenſternii promiſſo teneri Rex Fridericus noluit: unde, inprimis quia ex itinere literis Cæſarem de auxilio ſolicitaſſe dicebatur, detentus eſt 1532. & Fridericus publico ſcripto ſuam & ſenatus exiſtimationem defendit, quod Guldenſternio mandatum non dederint. *Sonderburgi* initio arctiſſime cuſtodiebatur, ſed cuſtodia ad Caroli V. interceſſionem ſubinde facta laxior. Ut vero regno reſtituere-

Captivitas.

tur,

tur, nunquam potuit obtineri. Similiter post Friderici I. mortem turbæ ei liberando motæ frustra fuere. Tandem 1546. suo filiarumque nomine renunciavit juri in regna & ditiones paternas, & filiabus dotem dignam familia, sibi insulam Sampso & *Calundburgum* pactus, huc biennio post translatus est. Demum longa captivitate ad agnitionem pristinę vitę perductus, patrueli etiam suo paulo ante reconciliatus 1559. in fata concessit, & in majorum monumenta Othoniæ illatus est, exemplum regis crudelis & infelicis, quique in *religione* ambidexter, cum Episcopos Suecos & Norvegos Papismi, patruum vero, ordines & civitates Vandalicas Lutheranismi professione, sicuti à Saxonicis principibus maturè prædicatorem Evangelicum accersiverat, sed ludibrio haberi passus est, demulserit, vicissim fide haud satis sincera circumscriptus fidei ambiguæ pœnas dedit. conf. *Thuan.* L. 22. p. 979. Liberi, quibus matre mortua Senatus Burgundicus datus est tutor, illi susceptі sunt, præter eos, qui infantes decesserunt, JOANNES[a] septennis à Sigbritta in ædes suas, ut informaretur, assumtus, dein exilii paterni comes fuit, eruditione & ingenio præstans princeps: Sed quo pater captus est tempore[b] in aula Cæsaris 1532. Ratisbonæ vel Steinbruchi dysenteria mortuus, nequid reliquiarum tam immanis tyranni supereſſet,

Mors.

Liberi.

Ioannes.

a Natus 1517. vel 1518.
b Cluver.

Dorothea Palatina.

pereſſet, in quo paterni ſceleris exemplum timeri poſſet.[a] DOROTHEA[b] elocata Friderico II. Com. Palat. Electori. Qui proſoceri liberatione & regno vindicando multa non ſine ſumtu, ſed in vanum molitus eſt. Obiit 1580.

Chriſtina, duc. Mediolani II. Lotharingiæ.

CHRISTINA.[c] Uxor fuit *Franciſci Sfortiæ D. Mediolani. II. Franciſci D. Lotharingiæ.* Dein viduam eam ab adminiſtratione ducatus Rex Galliæ amovit, filio in Galliam miſſo, unde in Belgium conceſſit, dein 1558. *Cameracenſis* pacis mediatrix.[d] Deceſſit 1590.

II. LINEA SECUNDA REGIA.

vid. pag. 117.

Fridericus Rex.

FRIDERICUS, natus 1473. à fratre primum Eccleſiaſticæ vitæ ætatis nono anno deſtinatus, in Colonienſi capitulo obtento ei loco, ob quod etiam Coloniam ſtudiorum gratia miſſus, intellecto propoſito morem gerere noluit: domum reverſus, licet paterno teſtamento ducatus Sleſvicenſem & Holſaticum habere debuiſſet, non niſi *Holſatiæ* partem à fratre obtinuit, cum autem diviſionem iniquiorem arbitraretur, reſtitutionem nec non in Norvegia portionem ab eo filioque ejus Chriſtiano fruſtra petiit. Illi v. contra Dithmarſos

a Thuan. L. 1.
b Nata 1515. & 1520.
c Nata 1523.
d Thuan. L. 9. 10. 20. 22.

marſos feliciter militavit. Cum 1522. impetraſſet à Cæſare Chriſtianus, ut ab ipſo feudum conferretur, hancque mutationem Friderico obtrudere, & Holſatiæ omni cum Vandalicis civitatibus commercio interdicere vellet, nihil actum, atque adeo ſecundo congreſſui, ad *Levenſau* inſtituendo, monitus Holſatus ut ſibi caveret, intereſſe ipſe noluit. *Flensburgum* ergo conventus indictus, cum interim Juti conventu Viburgenſi, quo Rex eos armis dicebatur oppreſſurus, Chriſtierno obſequium renunciant, & 1523. Fridericum *regem* creant, qui partim nepotis odio, partim metu conſiliorum familiæ exitialium aſſenſus eſt. Diu vero ante illud medicus ejus Reſpuentlosp dignitatem hanc prædixiſſe referebatur. Cum Chriſtiernus in Germania exercitum collegiſſet, quo Daniam recuperaret, obviam Fridericus proceſſit, ſed nullo operæ pretio ille ob non ſoluta ſtipendia dilapſus. Hinc confirmatus rex cum *Suecia* rege & civitatibus *Vandalicis* communi defenſioni adverſus Chriſtiernum fœdus percuſſit, & poſt octimeſtrem obſidionem *Hafnia* ac *Malmogia* potitus eſt. Inde 1524. quo Hafniæ coronatus eſt, publice *Evangelica* religio adjuta. Epiſcopos tamen non deſiit Fridericus adhuc tueri. Cum 1532. nepotem Chriſtiernum cepiſſet, facti rationes publico ſcripto edidit, & ſequenti Gottorpii extinctus eſt. Ipſe *libertatis Danicæ*, inprimis apud *nobi-*

litatem, autor habendus, cum tantum eis indulserit, ut singuli demto tantum nomine Comites aut barones videri possent. Uxores habuit duas *Annam Brandeburgicam* 1514. extinctam, & Sophiam Pomeranam 1518. ductam, 1568. vivis exemtam. Ex illa præter filium regem *Dorothea* nata 1504. Alberti Brandeburgici D.Borussiæ uxor, 1547. denata. Ex hac præter *Elisabetham* Magno & Ulrico Ducibus Megapolitanis, atque *Dorotheam* Christophoro ejusdem gentis nuptas, quarum illa 1586. hæc 1575. vivendi finem fecit, inprimis suscepit Joannem, Adolphum, Fridericum. Inter hos JOANNES natus 1521. senior dictus, octennis ab *episcopis*, ut sub eo ipsi potestate fruerentur, regno adversus Christianum destinatus erat, dein 1544. divisione inter fratres partem *Slesvicensis* principatus & *Holsatiæ* nactus est. Haderslebiæ autem arcem à se *Hansburg* dictam extruxit. Mortuus est ἄγαμος 1580. Scholarum & Ecclesiarum nutrius insignis, rege & fratre Adolfo heredibus; FRIDERICUS vero natus 1529. *Hildesheimium* & *Slesvicensem* Episcopatus tenuit & Coadjutor Bremensis fuit. 1556. Chilonii decessit. A *Christiano* & *Adolfo* lineæ *Regia Holsatica* & *Gottorpina*.

Ioannes

Fridericus Ep. Hildesheim. & Slesvic.

I. RE-

I. REGIA HOLSATICA.

CHRISTIANUS III. Natus 1503. in aula Joachimi I. Brandeburgici educatus atque in pietate & literis inſtitutus eſt, ad patrem reverſus, ut puram Evangelii lucem amplecteretur, ei autor extitit: ejusdem auſpiciis *Hafniam* urſit. Patre autem mortuo eum ob religionem *Epiſcopi* regem nolebant: Joannem fratrem octennem, ſub quo ipſi poteſtatem haberent, prælaturi, ipſe vero quem è fratribus vellent, liberum relinquebat. Hinc *Chriſtophorus Oldenburgicus* captivi regis cauſam armis tueri incipit: & *Lubecenſes* conſules per ſeditionem creati iisdem ſe turbis miſcent. *Clemens* vero Archipirata in mari damna dat. Jamque Scania, Seelandia & minores inſulæ in captivi Chriſtierni poteſtatem venerant, cum Chriſtianus *Lubecam* obſidet, & periculum verita nobilitas eum *regem* dicit. Nec tamen adhuc res extra diſcrimen: *Fionia* pro captivo rege, Oldenburgio ſe permittit, in Jutia etiam agreſtes pro eodem capiunt arma, ſed ad Horſens profligantur. *Ioannes C. Hojenſis* cum copiis *Lubecenſium* in ipſam Daniam penetrat, & ex iisdem partibus *Albertus Megapolitanus* Hafniam firmat, Cæſare quoque auxilium pollicito. Tandem verò *Clemente*

Chriſtianus III. Rex.

pirata capto & ſupplicio affecto[a], *Guſtavi Reg. Suecia*, quem commune periculum monebat, auxilio *scania* non ſine ſanguine recepta, *Norvegia Auſtrali* in obſequium tracta, *Lubecenſibus* copiis in Fionia ad Aſnicium cæſis (ubi Comites *Hojenſis* & *Teclenburgicus*, & *Trollius* Epiſcopus malorum tot autor cecidere) duce *P. Schramo* captis 10. navibus Lubecenſium, *Corſora* occupata ac in Seelandiam patefacta via, *Hafnia*, *Corona*, *Malmogia* (quæ poſteriores citius occupatæ) obſeſſis, *Anglis*, quibus Vandalicæ civitates, ſi ſumtus belli refunderentur, Daniam offerebant, cunctantibus, *Dammo* in Grœningenſi agro (ne è Belgio auxilia mitterentur) obſeſſo, & Hamburgi pace cum *Lubecenſibus*, cum à Cæſare conſulem recepiſſent & ſenatum contrarium depoſuiſſent, facta, res Chriſtiani in tuto collocatæ ſunt, ut ab omnibus, *Hafnia* excepta, rex agnoſceretur. Hafnia ad extremum 1536. fame, quam fruſtra *Fridericus Palatinus* ſublevare conatus, victa, Albertus Megapolitanus & Chriſtophorus Oldenburgicus culpam deprecati, & ſenatus in gratiam receptus. Cum omnibus rex ignoverit, ſoli *epiſcopi*, qui apud exteros etiam in regni fraudem multa moliti erant, de ſententia populi & ſenatus, loco ſunt moti: E vinculis tamen, præter Jacobum *Ronnovium* Rotſchildenſem ob ingenium fallax detentum, dimiſi,

a Quod rex haberi voluiſſet, corona ignita capiti ejus impoſita.

dimissi, cum promisissent, Evangelio quod repugnare nollent: In *Norvegia* quoque ademta episcopis potestas, substitutis rectoribus. Nidrosiensis v. Episcopus plurium sibi malorum conscius voluntarium exilium ingressus est. Ita 1537. Christianus à *Ioh. Bugenhagio* coronatus, & *purior doctrina* toto regno introducta. Postea sacra Biblia etiam vernacula lingua typis 1548. publicata. Academia etiam Hafniensis collapsa restituta, & Respublica pace & legibus recreata est. Lascum v. cum Anglis exulibus 1553. in regnum recipere noluit, quod Reformatam confessionem sequeretur. [a] Ut novus rex se firmaret, cum *Francisco Rege Galliæ* fœderi adversus Cæsarem inito adscribi Duce Clivensi parario petiit, & 1538. Brunsuigæ, tanquam dux Holsatiæ, etiam *Smalcaldico* nomen dedit. Cum 1545. *Palatinus* in regnum irrupturus videretur, *Rensburgum* & *Crempam* rex munire cogitur, & cum Suecis fœdus renovat. *Seq. anno disputatione Hafniæ* instituta octiduana Pontificiorum doctissimi victi præsente rege manus dedere. *Smalcaldico* bello auxilia mittere cessavit, Cæsaris veritus iram, præsertim quia Christiernus captivus juri suo jam renunciaverat. Jam seni 1558. *Revalienses* Mosci minis territi urbem, cum *Harriæ, Viriæ & Esthoniæ* ditione ob memoriam originis & Danorum antiqua in se merita (nam Revalia à Waldemaro II. R. Daniæ condita, atque Esthonicæ

a Ob hoc eum immerito exagitat Meter. 1, 1. p. 23.

& Virienſi nobilitati præcipua ab eodem privilegia conceſſa erant) offerunt. Sed ætatem cauſatus princeps animi moderati, ſe excuſavit, inprimis quia tantum in ſe præſidii quod ſperarent adverſus tam potentem hoſtem non eſſet; atque aliquot aureorum millibus, & commeatu ac pulvere tormentario quo maxime egebant donatos amice dimiſit. Ad extremum cum paulo ante patruelem captivum inviſiſſet, in quo colloquio alternas inimicitias deprecati invicem ſibi injurias condonavere, 1559. Cal. Januar. viſione *Angelica*, quæ in eum diem omnem miſeriæ finem pólicita, non parum exhilaratus, mundo valedixit, Coldingæ: princeps pientiſſimus, cujus domus templum fuit Spiritus S. prudentiæ oculus, libra juſtitiæ, fortitudinis ſedes, regula temperantiæ, honeſtatis exemplar, fons gratiarum, muſarum chorus, doctorum gymnaſium, theologorum ſacrarium, pauperum menſa, refugium innocentum, præſidium miſerorum.[a] conf. Thuan. L. 22. p. 979. Cum ei cum *Hamburgenſibus* ob navigationem lis eſſet, jure in Camera Spirenſi 1584. quam armis experiri maluit. Filiæ ex *Dorothea Lavenburgica* 1532. in thorum aſcita, quæ 1571. mariti fata ſecuta

Liberi. eſt, ſuſceptæ: ANNA nata 1532. nupſit *Auguſto Elector Saxon.* in cujus pactis dotalibus pater noluit quicquam aſſignari, quod Johanni Fride-

a Elogia hæc ex merito admetitur El. Reuſn. Baſilic. Geneal. p. 362.

Friderici fuiſſet, Mauritii factum hac ratione improbans. Ea deceſſit 1585. DOROTHEA autem *VVilhelmi D.* Lunæburgici [a] uxor fuit. Ducta 1561. Extincta 1617. Filii tres *Fridericus, Magnus, Ioannes:* ab illo & hoc nova progenies, de qua poſtea: *Iſte* natus 1540. *Magnus Dux Holſ.* Friderico fratri tertia parte Holſatiæ ceſſerat, compenſationis loco acceptis, quas rex paulo ante ab Epiſcopo *Iohanne Munchauſio* emerat, *Oſilienſi & Curonienſi* diœceſibus: His poſtea jus in *Revalienſi* provincia, à *Mauritio VVrangelio* Epiſcopo conceſſum adjecit. Initio quidem pronis animis ab omnibus exceptus erat, ſed cum ſuperbe & impotenter ſe gereret, qui plus in eo quam magiſtro Ord. Livonici ſitum arbitrabantur, plane ab eo alienati, ut niſi *Archiepiſcopus Rigenſis & Chriſtophorus Megapolitanus* partes ſuas interpoſuiſſent, res ad inteſtinum bellum ſpectaſſet. Ea occaſione libere *Moſci* hinc inde, etiam in Revalienſem diœceſin irrumpunt. Cum autem Magnus ſe ad Moſcos contuliſſet, 1570. à M. Duce, impetrata etiam Germanis captivis libertate, obtinuit, ut *Livoniæ Rex* renunciaretur. Itaque cum 25000. Ruſſ. prope Revaliam caſtra metatur, & literis ad oppidanos ſcriptis teſtatur, veniſſe ſe, ut Livonos juris Germanici populos ſervili Polonorum jugo eximeret, & diſcerptas miſerabiliter provincias ſub unius

Livonia Rex creatus.

a Thuan. L. 22. Henricum appellat per errorem.

Germanici principis imperium colligeret. Ruſſum enim ſibi & heredibus diplomate confirmaſſe Livoniam regio titulo poſſidendam, vel ſi heredes non exiſterent, coronæ Danicæ aut uni ex principibus Holſatiæ: nihilque ſibi ſervaſſe præter Patroni & defenſoris nomen. Obſidio autem pacis interventu irrita. 1579. occaſione Dantiſcani motus Moſcus Magnum, qui interea *Mariam* ipſius *ſobrinam* duxerat, iterum in Livoniam mittit, fama ſparſa, ſi ſe dederent, majeſtate penes ſe manente, penes illum autoritatem fore. Unde populares impellentibus aliquot è nobilitate, plerisque præſidiis ejectis, *Vendam* ad eum ſe contulere, titulos & inſignia regia ipſi attribuentes, & ſacramento fidem in ejus verba obligantes. *Rigæ* tamen obſeſſio irrita fuit. Cum vero Moſcus indignaretur, quod Magnus proprio nomine urbes deditas adegiſſet in fidem, cum majori exercitu ſequitur, & patefacta occupat. *Venda* venienti portas clauſit, Magnus autem pro iis deprecator accedens, & genibus ſupplex advolutus pro gratia convitium, verbere etiam ab ipſo principe in os ingeſto, excepit. Ita ſui defendendi impos Polonis ſe ſubjecit, ac in *Curonienſem* ſuam diæceſin ſeceſſit, ubi Piltenii mortuus 1583. liberis caruit. Uxor in Moſcoviam reverſa & monaſterium ingreſſa eſt. Thuan. L. 79. pag. 893.

I. RE-

I. REGIA LINEA CONTINUATA.

FRIDERICUS II. natus 1534. Cum patri mortuo ſuffectus eſſet in regno, in ſocietatem belli adverſus *Dietmarſos* 1560. illico trahitur, quo feliciter intra menſis ſpatium peracto, Hafniæ coronam ſumit. 1561. Ad concilium Tridentinum, modo inſtaurandum, invitandus, legatis Pontificis Lubecæ, facultatem adeundi donec impetrarent, ſubſiſtentibus, *nihil* nec ſibi nec parenti negotii cum Pontifice interceſſiſſe, adeoque quæ in mandatis haberent cognoſcendi ſe avidum non eſſe, reſpondit. *Erico R. Sueciæ* 1563. [a] una cum *Lubecenſibus* bellum ob *inſignia* Danica & Norvegica uſurpata, invaſionem ditionum *Magni* fratris in *Livonia*, libellos famoſos adverſus ſe ſparſos, *piraticam* in Oceano Germanico exercitam, naves Danicas quæ ſecuritati navigationis deſtinatæ captas, per fecialem indicit. Cum vero ad hoc bellum ſe *Ericus Brunſuicus* cum copiis obtuliſſet, recuſat Fridericus, ſed duce *Gunthero Schvvartzeburgio Elsburgum* capit. Suecus *Helmſtadio* fruſtra oppugnato ad illud vincitur. Hinc *Elsburgum* etiam fruſtra obſidet, *Nidroſiam* Norvegiæ capit, & iterum amittit. *Anno ſeq.* incenſa & demerſa porter

Fridericus II. Rex.

[a] Thuan. L. 36.

tosa Suecica nave[a]. quæ 200. tormentis æneis instructa, hostilem classem profligant Dani. Verum 1561. omnia Danis adversa, classe dissipata, aditu in Pomeraniam patefacto, aliis navibus incensis, aliis captis, cum thalassiarcha *Rudo, VVarburgo* etiam ab hoste capto. Nec minus *seq. anno* negligentia *Ioh. Laurentii*, dum ad exsequias nobilis cujuspiam pomposas Visbiæ portum aliis dehortantibus intrat, procella orta omnes fere naves lacerantur aut merguntur ipso cum duce. Sed *Daniel Ranzovius* loco Schvvarzeburgii assumtus victoria terrestri rem restituit. Sueciæ magna pars vastata, & Germanis in Sueciam commeatus inferre à Cæsare interdictum. Cum 1568. Ericum regem *Ioannes* deturbasset, hic pacem initio Danis obtulerat rebus adversis, sed secundis retractavit. Ubi vero *P. Munckius* 30. onerarias naves è portu Revalienſi egregio strategemate eduxit, Magnus Holsatus *Revaliam* obsedit, & *VVarburgum* licet jactura Ranzovii receptum, Joannes in pacem 1570. interventu Cæsaris, Poloni & Gallorum *Stetini* conclusam consensit.[b] Conditiones præcipuæ: Suecus retentis, donec de sumptibus satisfieret, *Revalia* & *VVittensteinio*, reliqua *Livonia* decederet: juri in Norvegiam, Gotlandiam, Hallandiam, Scaniam, Blekingiam & *insignibus* renunciaret: *Iemtiam*, *Herdalam*, aliquas

[a] Quam Makelôsam dixere.
[b] Thuan. L. 46. & 47.

aliquas naves redderet, & 200000. imperiales ſolveret. Dani viciſſim *Elsburgum* reddere, à Cæſare diæceſin Revalienſem, Oſilienſem, Padiſium cœnobium, Sonneburgam & Hapſelam accipere, juri in Sueciam reſignare promiſere. Narvicæ navigationi libertas relicta, & utrique regi uſus *trium coronarum*, donec lis decideretur. Inde cum agnatis *Holſatiæ* ducibus, an ducatus ille militiæ onere exemtus, & ejus æque fœminæ ac mares capaces ſint, altercatum. Sed interpoſitione aliorum principum res compoſita. 1576. inſulam *Bornholm* à *Lubecenſibus*, cum 50. anni, quibus eam avus ob auxilia oppigneraverat, exiviſſent, recepit. [a] Demum Anderſovia in arce, cum regnum 30. annis ſumma prudentia & moderatione atque felicitate rexiſſet, deceſſit 1588. [b] princeps magni animi & ſinceri judicii [c]; Literarumque patronus, inprimis etiam aſtronomiæ, ob quam *Tych. Braheum* fovit: *Soræ* regiam ſcholam fundavit. Reditus autem *Academiæ Hafnienſis* 60000. imperialibus auxit. Quod *Concordiæ Formulæ* non ſubſcripſit, ob politicas rationes factum eſt, non quod doctrinam improbaret. *Croneburgum* condidit multo ſumtu, *Friderichsburgum* etiam extruere cæpit, & à ſuo dixit

a Thuan. L. 62.

b Rege hInC erepto frIDerICo DanIa LVget,
VIX ILLI poſthaC par habItVra CapVt.
Friſchl.

c Thuan. L. 69.

dixit nomine. Ei ex [a] *Sophia Megapolitana* (quæ ducta 1572. deceſſit 1630. vel 1631.) liberi fuere ELISABETHA, *Henrici Iulii D. Brunſuicenſis* (cui affinis Rex in obſidione *Brunſuici* adfuit, 1605. aliquoties in magnum diſcrimen lapſus. Dein pacis etiam 1615. mediator.) ANNA *Iacobi R. M. Britann.* [b] (*Asloæ in Norvegia* ducta, 1589. cum tempeſtate in Angliam trajicere nequiret.[c] Falſo autem aliquibus credita, ad Pontificios inclinare) AUGUSTA (in cujus baptiſmali ſolemnitate 1580. *Ordo Elephanti* à parente inſtitutus eſt.[d]) *Ioh. Adolfi D. Holſatiæ* (matris longævitate multum ditata) HEDWIGIS *Chriſtiani II. Elect. Saxon.* conjuges, ULRICUS *Sverinenſis* & *Sleſvicenſis* Epiſcopus, 1624. mortuus) JOANNES [e] cum deſtinaretur *Moſci*, à quo magnifice exceptus, ex filia Axenia gener, in Moſcovia febre 1602. extinctus) & ante hos CHRISTIANUS IV. ſucceſſor. Hic natus

Liberi. Eliſabetha Dux Brunſv nata 1573. obiit 1626. Anna R. M. Brit. nata 1574. obiit. 1619. Auguſta D. Holſat. n. 1586. deceſſit 1639. Hedvigis D. Sax. nat 1581. defuncta 1641. Vlricus natus 1578. Ioannes n. 1583. Chriſtianus IV. Rex.

a Thuan. L. 36. memorat Auguſtum Electorem Saxoniæ laboraſſe ei obtinere Joannam filiam ab Imp. Ferdinando, quæ dein Franciſco Mediceo nupſit, ſed fruſtra fuiſſe.

b Thuan. L. 96.

c Totam eam hyemem Jacobus in Dania egit, Brahei inprimis Uraniburgo delectatus.

d 1580. 26. Jun. Principibus præſentibus aureum torquem cum elephante dependente ex puro auro & gemmis donavit. *Rittershuſ.*

e Hic ad Oſtendanam obſidionem videndam venit. Thuan. L. 126.

natus 1577. à patre undecennis relictis, tutores ex testamento patris habuit *Nicolaum Kaasium* Cancellarium, *Georgiũ Rosencrantzium*, *Petrum Munckium* Thalassiarcham, *Christophorum Valckendorpium* thesaurarium regni. 1589. cum *nobilitate Holsatica*, quæ ante homagium privilegia amplius declarari, venationem in sylvis cœnobiorum, & Slesvicensis Episcopi liberam electionem desiderabant, altercatum, sed dilata hæc quoad rex adolevisset. 1593. in conventu regni *Flensburgi* coram aliquot principibus post jusjurandum de libertatibus & immunitatibus servandis, omnes in fidem suam sacramento obstringit, ac à tutoribus post actas gratias administrationem suscipit. Ab Imperatore etiam, Holsatiæ ratione, veniam ætatis consequitur [a] nondum decimo septimo ætatis anno expleto. Inde pacis tempore plures extrui curat arces & opida, in quibus *Christianstad* Scaniæ, (paludibus & mari circumflua) *Christiania* Norvegiæ, in Opsloæ combustæ locum condita, *Christianopolis* Blekingiæ, *Gluckstad* seu Tychopolis ad Albim, *Christianpreis* in agro Slesvic. &c. Munita quoque *Crempa*. Soranam idem scholam regiam reditibus maximis dotavit, & florentissimam doctoribus claris aliunde evocatis reddidit. 1602. Norvegiam invisit, fratresque Ulricum ad episcopatum Sverinensem, Joannem ad Moscum

[a] Limn. Jur. publ. 2, 9, 150.

Moſcum ablegavit. 1604. Hamburgum ei ſacramentum dixit. Eodem in Anglia ſororium regem inviſit, cujus itineris cauſa in occulto manſit. 1605. Alteri Sororio Duci Brunſuicenſi in obſidione urbis Brunſuicenſis adfuit, nullo tamen operæ pretio edito: ſemel etiam ob eruptionem in non leve diſcrimen adductus.[a] 1611. Primum ei adverſus *Carolum Reg. Sueciæ* bellum, quod miſſo feciali denunciatum, quod belli Polonici cauſa *naves* per Helleſpontum Daniæ & ex ipſa Dania in Boruſſiam & Rigam itantes detineret, *Lappones* maritimos vexaret tributis, eorumque *titulo* inſolenti uteretur. Hinc *Calmaria* obſeſſa, & magno cum apparatu bellico à præfecto tradita, ut & *Bornholmia, Oelandia.* Viciſſim Sueci interceptis literis, quibus *Chriſtianopoli* auxilia petebantur, hanc captam exurunt. Cum Carolo (qui eum ad ſingulare certamen provocaverat) mortuo ſucceſſiſſet filius *Guſtavus Adolfus*, continuatur bellum, multæ naves Suecicæ captæ ad *Elsburgum*, dein ipſum hoc caſtellum. Tandem Chriſtianus multis ſuorum marte & peſte amiſſis interpoſitione Jacobi R. Angliæ. 1613. in finibus *pacem* init, ut Calmaria & aliis receptis, deletoque Lapponum titulo, Sueci *Elsburgum* tantisper pignori relinquerent, donec 12. auri tonnas in ſumtus belli numeraſſent. Hinc 1619. inter ipſum & Suecos

Bellum Sueicum.

[a] Thuan. L. 133.

Suecos redintegratum fœdus. 1620. Ei eum *Erneſto Schavvenburgio*, qui ex nupera creatione Cæſaris, titulum *Principis & Comitis Holſatiæ* uſurpabat, contentio orta. Rex enim in ſui præjudicium hoc fieri aſſerebat, quod ex majoribus nullus principatus nomen, nec poſt ceſſionem 1460. Chriſtiano I. factam Holſatiæ titulum geſſiſſet: unde neque ſeſſionem in imperio haberent, nec onera imperii, exemti ab Holſatis, portarent.[a] Hæc & quod in præjudicium regis quicquam factum, negabat Erneſtus, contendens principatus nomen illis ditionibus datum, quæ ſine controverſia ad ſe ſpectarent: Holſatiæ vero titulum ab ipſis ſibi Holſatis tributum. Quem proin à Cæſare renovatum accipere non dubitaſſet.[b] Pro Erneſto Cæſar etiam literas ſcripſit. Accedebat de jure ſtativorum, quod tantum certo caſu concedebant Schauenburgici, & cœnobio *Uterſen*, alia contentio. Erneſtus vero armis ut cederet adactus. Cum à *Palatino Bohemiæ* rege (ipſe Chriſtianus antea inter regni ejus

Controverſia Schauenburgica

a Hoc rex docet literis ad Comitem ſcriptis apud Lundorp. Act. Publ. P. 3. c. 39. p. 128. & Cæſarem c. 40. p. 131. P. 4. c. 59. p. 273.

b Lundorp. Act. Publ. P. 3. c. 38. p. 124. c. 41. p. 133. P. 4. c. 83. p. 264. Inter alia etiam argumentum, quod Chriſtianus Rex ab Imp. Matthia quæſiverit expectativam ditionum, quæ Schauenburgicis ſupereſſent: hoc non neceſſarium, ſi pridem contineretur feudo Holſatiæ. Oſtendit etiam Erneſtus quod pro virili onera imperii ſolverit, non exemtus ab Holſatis.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [179] - 143
PUBLIC DOMAIN

ejus fuerat candidatos) profugo de auxiliis esset interpellatus Segebergæ, deprecationis officio apud Cæsarem pro eo, sed sine effectu, functus est. Inde emissarii *Pontificis* aliqui in Dania detecti & pulsi. Demum cum ob nimias exactiones & onera *circuli infer. Saxonici*, medela à Cæsare ob id interpellato non impetrata, 1625. conventu *Lauenburgico* (quo convenerant Principes Saxoniæ, Rex Daniæ, Administr. Magdeburgicus, Archiepisc. Bremensis, Duces Brunsuicenses, Megapolitani, Holsati) pro circuli defensione copiæ scribendæ decernerentur, & imperium earum oblatum suscepisset Rex[a], pridem ab aliis regibus de communi regnorum asserendorum salute solicitatus, *bello* à Cæsare petitur. Missus adversus eum, qui solum circuli defensionem intendi testabatur, *Tillius* exercitu regis retrocedente, *Hamelia*, ubi nuper Rex periculoso lapsu fere extinctus, *Holtzminda* & aliis ad *Visurgim* potitur, sed in *Nienburgi* obsidione hæret, & inde discedere cogitur. Cum tentata *anno seq. Brunsuigæ* pacificatio non successisset, bellum gravius exardescit, & Dano, *Mansfeldius, Christianus Brunsuicensis* ac *Iohan. Ernestus Vinarienſis*

Bellum Cæsareum.

a Imperator literis 1625. ad Christianum scriptis, negavit circuli ducem esse posse, qui non soli imperio addictus esset: Rex v. id fieri posse docuit exemplo Christiani III. Adolfi D. Holsat. & Marchionum Brandeburgicorum, qui Borussiæ ratione Polonorum sunt beneficiarii. Limn. Jur. publ. 1, 7, 34.

rienſis accedunt. E regiis vero caſtris Cæſar omnes imperii ſubditos avocat. *Mansfeldius* fugatur ad *Deſſaviam*, in Weſtfalia Tillius *Oſnabrugam* & alia recuperat. Inde in *Haſſum* incumbit moles, *Caſſellæ* obſidentur, *Munda* capitur, *Gatinga* deditur; Non procul *Calenberga* Dani ſub *Freitagio* cæduntur à *Furſtenbergio*. Tillius demum rege adventante à *Northeimii* obſidione diſcedit, & recipit, mox ſubſidio accepto in hoſtem it, jam prælii neceſſitatem ſubterfugientem, eumque ad *Lutteram* gravi ſtrage afficit, ut cum equitatus ob ſtipendia non ſoluta (Non procedebant ob mutuas diſcordias promiſſa à *Gallis* & *Anglis* ſubſidia pecuniaria, quod rationes Daniæ maxime conturbavit[a]) obſequium detrectaret, univerſus fere peditatus periret, & rex Wolfenbutelium, mox domum fugeret. Tillius victoria non ſegniter uſus multa capit, & *Brunſuicenſes* Cæſari reconciliantur. Rex tamen *Hojam* recipit. 1627. Pro Rege adhuc in Sileſia *Baudiſius* reliquias Mansfeldiorum & Vinarienſium regebat, hi à Fridlandio capta Oppavia ſ. Troppavia coacti per fines Poloniæ fugere, ſed à *Pechmanno* qui ipſe cecidit intercepti pene univerſi pereunt. Baudiſius vero cum paucis evadit. Regem *Havelberga* tentata recedentem in Holſatiam ſequitur Tillius. *Durlacenſis* autem

a Anno 1628. jam duos milliones Galliam, Angliam tres debuiſſe ex Waſſenario refert Cluverus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [181] - 145
PUBLIC DOMAIN

à rege relictus ad Rensburgum à *Schlickio* Wallenſteinii legato profligatur, & cum *Sleſvicenſi* Ducatu *Iutia* in Cæſareorum poteſtatem venit. A tergo reliqua, *Furſtenbergius Northeimium* diu obſeſſum, *Anholdius Nienburgum*, *Pappenheimius* Okkari obſtructione *VVolfenbutelam*, & ſeq. anno *Tillius* poſt pertinacem defenſionem Caroli Morganii *Stadam*, *Torquatus Crempam* capiunt, ut ſolum fere *Glucſtadium* reliquum regi eſſet. Inde *Fridlandius maritimas civitates*, quod juſſæ Danum mari aggredi renuerent, invadit, Roſtochium, Wiſmariam capit, *Stralſundam* ad auxilia Daniæ & Sueciæ reſpectantem obſidet, *Megapolitanum* ducatum occupat. Novo conatu Dani *Femeram* capiunt, ad *Chilonium* fruſtra ſunt, *Rugiam* & *Uſedomiam* liberant; *VVolgaſtum* cum occupaſſet *Rex*, à Fridlandio in urbem, mox in naves compellitur. Tandem cum iterum cum valido exercitu Jutiam invaſiſſet, monente *Aldringerio* Cæſarei in *pacem* conſentiunt, quæ poſt ſemeſtres tractatus *Lubecæ* concluſa 1629. ut in Holſatia ſuarum rerum ſatageret rex, reliquarum Imperii rerum incurius, redderenturq; utrinque ademta. Ita pax regno reſtituta, qua dum Germania belli mala ſentiret vires recepit, & fædere cum Hiſpanis percuſſo 1641. [a] Rex ſecuritati navigationis & commerciorum proſpexit. Duravit pax ad finem usque

a Vict. Siri T. 1. L. 2. p. 307. Jam antea 1597. fædus cum iisdem Hiſpanis ictum fuerat.

usque ann. 1643. ubi sub *Torstensohnio Suecis* Daniam invadunt. Causæ allegabantur, detentio 8. navium in freto, societas *Mosci*, Woldemari filii matrimonio stabilienda, partium Cæsareanarum studium & occultæ machinationes, *Cracovius* pecunia adversus Suecos adjutus. Ob hoc quos Monasterium miserat promovendæ paci legatos Christianus revocat. *Chilonium* & alia prima aggressione in Holsatia (nisi quod *Rensburgum* fortiter restitit.) in *Scania* ab *Hornio Coronia*, *Helsinburgum*, *Lunden*, *Christianopolis* summa vi capta, nec non *Bornholmia* insula. Inde ad Femeram classis Danica profligata: ut *Brahei* vaticinium, quo regem hunc 1644. solo baculo instructum regno excessurum dixerat, in memoriam multis revocaretur. Danicus Archithalassus, quod Suecicam classem è Chilonienſi portu elabi passus esset, capite ignaviam luit. Tandem cum jam relicto *VVrangelio* in imperium, ut Gallassio occurreret, rediisset Torstensohnius, pax 1645. ad *Bromsebroam* pontem in utriusque regni finibus initur, qua *Gotlandia*, *Iemtia*, & libertas Suecicis navibus per fretum euntibus in perpetuum, *Hallandia* autem pignori in 30. annos, post quos vel denuo concedenda vel alio æquivalenti mutanda, conceditur. Bremensis etiam ditio in Suecorum potestate relinquitur. Cum *Hollandis* quoque ob vectigalis libertatem peculiares conditiones

Suecicum alterum.

Liberi. Naturales.

initæ. Non diu post illa Rex decessit 1648. E *Christina Munckia* (qua repudiata & arci Bollar inclusa ejus dein famulam Wibeke ascivit) præter 6. filias *Sophiam Elisabetham*, Christiani C. Penzii, *Leonoram Christinam* Cornificii Ulefeldii Proreg. Norvegiæ (cujus dein etiam in captivitate consors) *Christianam* Hannibalis Seestett, *Hedvigem Sophiam*, Ebbonis Ulefeldii, *Elisabetham*, Christiani Lindenau conjuges, atque *Dorotheam Isabellam*, monialem Coloniæ, *VVoldemarum Comitem* genuit, qui in *Moscoviam* ducendæ M. Ducis filiæ profectus multos sumtus fecit, demum in Polonia Suecis militans obiit. Filium etiam habuit *Christianum Ulricum de Guldenlovven*, qui copias bello Suecico duxit, & aulæ Marescallus fuit, mortuus 1661. Alium *Ioannem Ulricum à Guldenlovven*. Sed ex conjuge *Anna Catharina Brandenburgica* ducta 1597. extincta 1612. suscepti. 1603. CHRISTIANUS princeps Daniæ & successor, si vixisset, Patris declaratus, bello adversus Cæsarem, *Nienburgo*, ausu periculosissimo, subsidia & commeatus intulit, dein etiam in *VVolgastensi* expeditione patri adfuit, quem tamen postea 1647. cum in thermas Carolinas tenderet, fatis raptus, nullis ex *Magdalena Sibylla Saxonica* 1634. ducta susceptis liberis, præcessit; 1611. ULRICUS *Suecorum* in Borussia, & postea in bello Germanico *Saxonicorum* in Silesia, ubi aliquas Cæsareas copias

Legitimi. Christianus Pr. Dania.

Ulricus.

copias profligavit, miles, utrobique magnam laudem fortitudinis adeptus, de se majorem expectationem suscitaverat, cum percussore dubio [a] 1633. in Silesia, globo trajicitur. Medius inter hos FRIDERICUS III. natus erat 1609. & post patrem Daniam rexit. Hic novennis initio à *Philippo Sigismundo Brunsuicensi* Episcopo *Verdano* ejus diœceseos coadjutor & successor designatus est, inde *Bremensis* accessit: sed hac ditione pulsus 1627. & per Belgium in patriam reversus, patri in *VVolgastensi* expeditione adstitit. Cum autem 1634. *Iohan. Friderico Holsato*, Archiepiscopo Bremensi mortuo plene successisset, eam ditionem ad 1644. rexit, quo à *suecis* ejectus est, & *Brœmsebroensi* pace ditio illis permissa: cui concessioni pax *Osnabrugensis* etiam calculum adjecit. Post patrem Rex eligitur 1648. Primum ei negotium domi fecit *Cornific. Ulefeld*, aulæ magister, accusatus quod regi venenum propinare voluisset, ob quod tamen delatrix Dina supplicium perpessa, inde ad rationes reddendas adactus, & *Hannibal Seestett* prorex *Norvegiæ*, quorum uterque è regno profugit. 1652. Ab *Anglis* Fridericus amitæ reposcit dotem, & cum negaretur ad 30. naves Anglicas detinet in freto, atque cum Batavis fœdus percutit. 1657. gravi se involvit bello, quod *Suecis* per fecialem vulgato etiam scripto indixit, & *Bremer-*

Friderícus III. Rex.

Bellum Suecicum.

[a] Fridlandius in suspicionem facinoris tractus, ab aliis alii.

Bremerfœrdam cepit. Suis tuendis Suecus è Polonia advolat, atque *Buchvvaldio* ac *Bildio*, qui fortunam prælii non tentandam sentiebat, dissidentibus in ipsam *Iutiam* penetrat, ubi *Friderichsæda*, nova munitio, expugnata. Interim in *Scania* dubio marte prælium commissum. Ineunte autem anno 1658. mens. Jan. Suecus per mare concretum ad *Assens* nequicquam obsistentibus Danis *Fioniam* invadit, & ex ea in *Langelandiam*, *Lalandiam*, demum *Seelandiam* penetrans *Hafniæ*, in qua omnia plena tumultu, imminet. Itaque cita pax his conditionibus *Rotschildæ* concluditur, ut *Scania*, *Blekingia*, *Hallandia*, *Bornholmia*, *Nidrosiensis & Bahusius tractus in Norvegia* in perpetuum Suecorum, eorumque naves quascumque merces veherent in freto liberæ essent. Cum in his cum aliqua mora occupati Dani, *eodem anno* mense *Augusto* Sueciæ Rex naves conscendit, *Cronenburgum* ad deditionem cogit, *Hafniam* obsidet, quæ captu non ita facilis ut credebatur. Cum *Hollandis* Danorum auxiliaribus in freto prælium anceps commissum, quo ex illis *VVittenus VVitteni* & *Petrus Florentii* cecidere. *Confœderati* autem in Friderici gratiam in Holsatia à tergo adoriuntur Suecos: ab his *oppugnatio Hafniæ* 1659. vi tentata, sed magna ipsi virtute rejecti. Sub finem anni à Confœderatis & Hollandis *Fionia* profligato hostili equitatu recipitur. Demum

mum 1660. *pax* Septentrioni, & Danis *Nidrosienſis* tractus redduntur: pro *Bornholmia* æquivalens promiſſum. Reliqua in Suecorum poteſtate relicta. Ex eo *nobilitate* reluctante à reliquis ordinibus regni, regi abſolutius imperandi & *ſucceſſione* regnum ſuis tranſmittendi jus conceditur. Ipſe vero regni res ordinare in melius cæpit. Ignovit etiam *Seeſtedio* & *Ulefeldio*, qui ultimus tamen è carcere dimiſſus, cum novas machinaretur turbas, re detecta aufugit, ſupplicium de ejus effigie ſumitur, ipſe extorris 1664. in navicula qua in Rheno vehebatur moritur. Bene meritos de ſe & regno, inuſitato eousque inter Danos honore, Comites & Barones creavit. Demum Rex 1670. vita exceſſit: Relictis ex *Sophia Amalia Lunæburgica*, ducta 1643. præter filias quatuor duobus filiis. Ex illis *Anna Sophia*, nata 1647. Joanni Georgio III. Electorali principi Saxoniæ, *Friderica Amalia* nata 1648. Chriſtiano Alberto agnato Duci Holſatiæ, *Wilhelmina Erneſtina*, nata 1650. Carolo Electoratus Palatini heredi, nuptæ ſunt, *Ulrica Eleonora*, nuper à Rege Sueciæ Carolo XI. expetita ſponſa eſt. GEORGIUS natus 1653. poſt peragratam Galliam, Italiam luſtraturus nuncio paternæ mortis domum revocatus eſt. In Polonia inter candidatos regni, dum rege careret, numerari, & plurium è proceribus vota meruit. Nunc fratri Regi in militia comes eſt. Hic primogenitus

Pax.

Filiæ.
Anna Sophia D. Sax.
Friderica Amalia D. Holſ.
Wilhelmina Erneſtina C. Palat.
Ulrica Eleonora ſponſa Reg. Suec.
Georgius.

Christianus V. Rex. CHRISTIANUS V. vitales auras 1646. hausit, & vivo patre alienas oras lustravit. Huic demum successit 1670. & quæ in aula vel regno emendatione egere videbantur, ordinare curæ habuit. 1671. mense Octobri novum ordinem erexit, ejusque Holckium gubernatorem Hafniæ & 18. alios ex primaria nobilitate atque baronibus equites creavit.[a] Nuper cum occasione Gallici in Batavos belli major cultioris Europæ portio in partes abiret, fœdere cum his, Imperatore & imperii statibus atque Hispanis necti maluit: ut domi tutior esset, Holsatiæ Ducem affinem suum in potestate habere, & munitiora loca suis præsidiis firmare necessarium duxit; inde expeditione suscepta ad *Damgartum* Suecos ad receptum adegit, Wismariam acri obsidione subegit. Ex *Carola Hassiaca Fridericum* 1671. & *Christianum VVilhelmum* 1672. genuit. Patre ejus etiam natus est *Fridericus Ulricus de Guldenlovven*, Comes & Prorex Norvegiæ, nunc bello in Suecos occupatus.

II. SONDERBURGICA. vid. p. 137.

Ioannes D. Holst. JOHANNES natus 1545. *Iunior* cognomento ob patruum, novum, qui fœcundissimus est,

a Equites niveam crucis effigiem purpureis decoram dentibus ad memoriam labari purpurei albicante crucis effigie olim splendentis cœlo circumferunt. Lit. Hafnienſ.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [188] - 152
PUBLIC DOMAIN

est, ramum emisit, è duabus conjugibus *Elisabetha Brunsuico Grubenhagia* & *Agnete Hedvvige Anhaltina*, (quarum illa 1568. ducta 1586. decessit, hæc nupta 1588. 1616. mortua est) *liberorum* pater, qui plerique ad justam ætatem venere. Ei in Slesvicensi ducatu quædam assignata, quæ tamen non summo jure habuit, & posteris 1622. vita functus reliquit. Filias habuit ex priori istas *Dorotheam* nat. 1569. (mort. 1593.) Friderico D. Lignicio, *Annam* nat. 1577. (mort. 1616.) Bogislao XIII. Duci Pomeraniæ, *Sophiam* nat. 1579. Philippo, *Elisabetham* nat. 1580. (mort. 1653.) Bogislao XIV. itidem Pomeraniæ ducibus, *Margaritam* nat. 1585. (mort. 1658.) Joanni C. Nassovio nuptas, & *Mariam* nat. 1571. Izehoæ Abbatissam, Ex posteriori *Annam Sabinam* nat. 1593. Julii Friderici Duc. Wirtenbergici (mort. 1659.) *Eleonoram Sophiam* nat. 1603. Christiani Pr. Anhaltini Consortes, & *Eleonoram* nat. 1590. Ex filiis *Filii.* CHRISTIANUS nat. 1570. *Arram* insulam habitavit ἄγαμος: & 1633. mortuus est. ERNESTUS nat. 1572. & AUGUSTUS natus 1574. cum Cæsari adversus Turcam militarent, prælio ad *Agriam* 1596. cum parte exercitus, quæ plenam victoriam sibi imaginabatur, ad prædas discurrente, palantibus superveniens *Cicada* Bassa magnam edidit stragem, cecidere: JOHANNES ADOLPHUS, natus 1576. ante fratrem Fridericum *Nordburgum*

inhabitavit & 1624. vita exceſſit: Alii etiam ALBERTUS (nat. 1585.) 1613. JOHANNES GEORGIUS (nat. 1594.) Tubingæ 1613. vitam clauſere cælibes; Quatuor exceptis, à quibus totidem lineæ *Sonderburgia*, *Nordburgia*, *Glucsburgia*, & *Arnsſpekia* ſ. *Plænenſis*. SONDERBURGIA ab ALEXANDRO nato 1573. continuata eſt, qui 1627. vita exceſſit, & ex *Dorothea Schvvarzenburgica*, ducta 1604. defuncta 1639. præter *Sophiam Catharinam* (nat. 1617.) Antonio Gunthero C. Oldenburgico 1634. nuptam, genuit JOANNEM CHRISTIANUM ſucceſſorem 1653. extinctum, patrem ex *Anna Oldenburgica* 1634. ducta, CHRISTIANI ADOLPHI nat. 1641. qui Sonderburgum creditoribus urgentibus amiſit & regi permittere adactus eſt, *Dorotheæ Auguſtæ* nat. 1653. Georgio L. Haſſiaco nuptæ ſed jam 1662. vivis exemtæ, & *Chriſtinæ Eliſabethæ*, nat. 1637. vel 1638. Joannis Erneſti Saxonis uxoris, ductæ 1656. ALEXANDRUM HENRICUM, qui ducta in uxorem filia paſtoris Evangelici dein ad Romanam communionem deflexit, & Colonellus Imperatoris 1667. in Sileſia vivis exceſſit, pater aliquot filiorum, qui vitam Eccleſiaſticam ſectantur, atque filiæ Comiti de Gelhorn nuptæ: ERNESTUM GUNTHERUM, qui Canonicus Bremenſis & locumtenens prætoriæ cohortis Chriſtiani pr. Daniæ fuit, tum etiam Colonel-

Linea Sonderburgia Alexander.

Ioannes Chriſtianus. n. 1607.

Alexander Henricus nat. 1608.

Erneſt. Guntherus natus 1609.

Colonellus Suecicus, & ex eo in aula Danica frequens: In insula Alsia *Augustburg* arcem sibi extruxit, ex patrueli autem *Augustâ Glucksburgensi* ducta 1651. plures suscepit liberos, ex quibus ERNESTUS AUGUSTUS cum studiorum gratia Coloniam missus & Jesuitarum informationi concreditus fuisset, Pontificiis accessit: GEORGIUM FRIDERICUM, qui cælebs superat; AUGUSTUM, cui *Pekæ* in Westphalia sedes, & qui ex *Clara Oldenburgica* (cujus deinceps sororem Sidoniam malo exemplo duxit) filiam, ex tertia autem conjuge *Maria Sibylla Nassovia Saræpontana*, ducta 1650. utriusque sexus liberos 1675. moriens reliquit: & PHILIPPUM LUDOVICUM: Hic Cæsareana auspicia secutus Generalis vigiliarum præfectus constitui meruit, & aliquandiu in Wetteravia, dein in Misnia *VVisenburgi* habitavit: Ejus ex *Catharina VValdeccia* ducta 1643. & mortua 1649. filia *Dorothea Elisabetha*, Georgio Ludovico Comiti Sinzendorfio nupsit, mariti dein religionem amplexa. Ex altera conjuge *Anna Margareta Hassiaca* suscepti sunt 1651. FRIDERICUS, Chiliarcha Cæsareus, qui Carolam D. Ligniciam duxit, & à patre Wisenburgum emit, 1654. CAROLUS LUDOVICUS, qui Tubingæ studiis navavit operam, WILHELMUS CHRISTIANUS, & filiæ, *Sophia Elisabetha*, pietatis studio inclyta, Mauritii D. Saxoniæ sponsa, *Eleonora Margareta*,

Georg. Fridericus n. 1611.

Augustus n. 1612.

Philippus Ludovicus n. 1620

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [191] - 155
PUBLIC DOMAIN

reta, principi Lichtensteinio nupta & ad Romanos traducta, *Magdalena Sophia*, *Anna Friderica*, *Joanna Magdalena*. NORDBURGIA linea in FRIDERICI, qui natus 1581. 1658. vita excessit, liberis superat. Sunt illi, ex priori conjuge *Iuliana Saxo-Angrivaria* ducta 1627. mortua 1630. JOANNES BOGISLAUS, qui Nordburgi privatus vivit: è posteriori matrimonio 1632. inito *Eleonora Anhaltina*, CHRISTIANUS AUGUSTUS, qui Anglis militavit, & Hierosolyma invisit, tum RUDOLPHUS FRIDERICUS, qui in Belgio legioni præest, cum fratribus adhuc cælebs: tum ex altero sexu *Elisabetha Iuliana* nata 1634. Antonii Ulrici D. Brunsuicensis, *Dorothea Hedwig* nata 1636. Joannis Friderici C. Hohenloici, & *Luisa Amæna* nata 1642. Joannis Adolphi patruelis consortes. GLUCKSBURGIA s. LUCKSBURGIA (à castro quod loco cœnobii Rucloster in Anglis conditum) PHILIPPUM natum 1584. autorem habet, à prudentia œconomica singulariter commendatum, & octuagesimo ætatis anno 1663. extinctum, quo ex *Sophia Hedvige Saxo-Angrivaria* ducta 1624. præter filias *Mariam Elisabetham* natam 1628. Georgii Alberti M. Brandeburgici, *Sophiam Hedvigem* nat. 1630. Mauritii D. Saxoniæ (defunctam 1652.) *Augustam* nat. 1633. Ernesti Guntheri patruelis, *Christinam* nat. 1634. Christiani D. Saxoniæ, *Dorotheam* n. 1636. Chri-

Linea Nordburgica Friderici.

Ioh. Bogislaus n. 1629.

Christianus August. n. 1639.

Rudolphus Frider. n. 1645.

Linea Glucksburgia. Philippus.

Christiani Ludovici D. Lunæburgici, & nunc, cujus religioni etiam accessit, Friderici Wilhelmi Electoris Brandeburgici conjuges, atque *Hedvigem*, nat. 1640. geniti sunt aliquot filii, ex quibus FRANCISCUS PHILIPPUS 1650. Ligeri mersus interiit, solus supersest CHRISTIANUS, qui Glucksburgi habitat, maritus *Sibyllæ Ursulæ Brunsuicensis*, & hac mortua patruelis ..... ex Plænensibus. Ultimus ramus est PLOENENSIS vel *Arnspeckius*, à JOACHIMO ERNESTO, nato 1595. qui cum supervixisset Antonio Gunthero Oldenburgicorum Comitum ultimo, gradu ei quam reliqui competitores propior, de hereditate controversiam movit. Re in aula Cæsarea agitata nuper pro Plænensibus pronunciatum est. Rex vero pro sua parte cum his transegerat, compensationis loco pecunia numerata, & nonnullis in Holsatia concessis locis. Pater cum .... moreretur, ex *Dorothea Augusta* agnata ducta 1633. (præmortuus erat Viennæ 1655. *Carolus Henricus* nat. 1642.) reliquit filias *Ernestinam* nat. 1636. *Agnetem Hedvigem* nat. 1640. atque *Sophiam Eleonoram* nat. 1644. Wolfgango Julio C. Hohenloico nuptam. Filii adhuc superant quatuor, JOANNES ADOLPHUS, in Italia, Belgio, Ungaria fortitudinis militaris documenta edidit, domus Brunsuicensis campi marescallus expeditioni 1674. in Alsatiam, nec non sequenti *Trevirensi* expugna-

Franciscus Philippus n. 1626.

Christianus n. 1627.

Linea Plænensis.

Ioachimus Ernestus.

Ioannes Adolphus n. 1634.

expugnationi atque Crecquii mareſcalli ad *Conzerenſem pontem* cladi interfuit, victoriæ præcipuum inſtrumentum. Nunc Danicam militiam gubernat. Uxorem habet poſt *Luiſam Amanam* patruelem, *Dorotheam Sophiam Brunſuicenſem*.

Auguſtus. n. 1635. AUGUSTUS à juventute militiam ſectatus, in Hungaria prælio ad *Leventiam* in Turcas inſigne nomen reportavit, ex eo Magdeburgo præfectus eſt ab Electore Brandeburgico, & generalis exercitus partem duxit 1674. in Alſatia. In thalamo ejus vivit *Eliſabetha Carola Anhaltina*; Unde *Ioachimus Fridericus Chriſtianus Carolus* & filiæ.

Ioachimus Erneſtus nat. 1637. JOACHIMUS ERNESTUS Hiſpanicis auſpiciis in Belgio militavit, equitatus Generalis: 1674. prælio ad Seneffam captus atque in Gallias traductus, ſed ſeq. anno libertati reſtitutus eſt: hic ad Romanas partes tranſiit.

Georg. Bernardus n. 1639. GEORGIUS BERNHARDUS Batavis opera addicta cum Rabenhauptio Græningam maſcule defendit, inde Daniæ regi in expeditione comes fuit, & nuper mortuus eſt.

II. GOTTORPINA HOLSATICA.

vid. pag. 131.

Adolfus. ADOLFUS frater Chriſtiani III. natus 1526. novæ conditor eſt lineæ. Militaris vitæ ſtudio ſingulari tenebatur, unde majorem ætatis partem extra provincias ſuas exegit, & Inferio-

Inferioris Saxonici circuli Dux eligi meruit. Hic demerendæ Cæsaris gratiæ cum aulam ejus jam 1548. invisisset, ipsi in *Metensi* obsidione militavit. Ab hac expeditione rediens *Dithmarsiam* tentare in animo habebat, in quos 1548. à *Carolo V.* diplomate *Friderici Imper.* [a] renovato novum jus acceperat, sed fratre adversante consilium effectu caruit. Eo vero mortuo, cum omnia ad expeditionem insciis nepote & fratre parasset, eos dein in societatem belli trahit, quod cæteroqui si vinceretur, ignominia communis, si vinceret, sua tantum gloria futura. Itaque 1559. conjunctis viribus *Ioh. Ranzovio* duce indicto per fecialem solenniter bello *Diethmarsia* petitur, plura loca genti distinendæ simul oppugnantur, ac ita non tamen sine sanguine domantur. Adolfus ipse lethaliter vulneratus convaluit tamen. Victoriæ & pacis, quam missis sacerdotibus obtinuerunt, conditiones, ut culpam deprecarentur superstites, præfectis principum posthac parerent, in singula jugera quotannis florenum penderent, instrumenta bellica omnia traderent. [b] In divisione autem provinciæ Adolfo pars *Septentrionalis* obvenit, cui dein *media* ex *Iohannis fratris* hereditate accessit. Hæc hæreditas controversiæ cum rege nepote causa, cum Adolfus eam tanquam fratris

Diethmarsia subacta

a Vide supra p. 116.
b Bellum descripsit Cilicius.

tris germani, (rex aviam aliam habuerat) soli sibi vindicaret, hic autem jus feudale & ita repræsentationem urgeret. Quæ lis composita interpositione Augusti Elect. Saxoniæ & Wilhelmi Landgrav. Hassiæ, ut sola mobilia præcipua haberet Adolfus: ex cæterorum divisione ei præter Dietmarsiam obtigit insula *Femera*, *Nordstrandia* & præfectura *Tunderen*. A Regina Angliæ Elisabetha expetitus, ut Anglis æque ac prius Hispanis operam navaret, 1560. numeroso comitatu, in quo 40. nobiles, in Angliam profectus est, ubi à regina honorifice habitus & ordine periscelidis excultus est.[a] Unde non deerant, qui matrimonium inter eos existimarent futurum, & Erici Sueci, qui thalamum ejus isto tempore ambiebat, consilia ita disturbata fuisse crederent. [b] Inde expeditioni Gothanæ interfuit. 1568. Philippo Hispano adversus Batavos operam addixit. Gottorpium, cujus pars in solemnitate ejus nuptiali 1565. incendio perierat, restauravit & munivit, Husumium civitatis jure 1582. donavit, nec non ibi, Chilonii, Tonningæ & Reinbeccæ arces condidit. 1571. Ab Imper. Maximiliano II. in comitiis Spir. una cum fratre

a Cambdeni verba ad an. 1560. ista sunt: Elisabetha Regina eum lautissime exceptum, periscelidis honore & annua pensione, munifice donavit, atque singulari benignitate principem bellica gloria, Diethmarsis nuper debellatis, clarissimum, in perpetuum sibi devinxit.

b Loccen. L. 5. hist. Suec.

fratre Joanne & Friderico II. Rege ultronea gratia Augusti oblatam expectantiam recepit in comitatus Oldenburgium & Delmenhorstanum: ut siquando contingeret familiam comitum deficere, quo casu ob renunciationem Christiani I. suo & posteriorum nomine factam, comitatus ad imperium reversuri erant, ipsorũ posteri ad successionẽ vocarentur. Quod Cæsar diplomate firmavit. Vita excessit Adolphus 1586. Uxor ejus *Christina Hassiaca*, ducta 1564. quam antea rex Sueciæ Ericus expetierat. [a] Mortua est 1604. Ex ea nati præter filias *Sophiam* nat. 1569. Joannis D. Megapolitani, *Christinam* natam 1573. mortuam 1625. Caroli Reg. Sueciæ, *Annam* nat. 1575. Ennonis Com. Ostfrisiæ conjuges, filii FRIDERICUS Episc. *Slesvicensis*, cujus capituli *canonicos* in servitutem redegisse pater dicitur, Extinctus est princeps eruditus & pius 1587. PHILIPPUS successor phthisi confectus est 1590. JOHANNES FRIDERICUS Archiepisc. *Bremensis* & Episcopus *Lubecensis* (qui in bello *Dano-Cæsareo* vexatus, 1631. nomen *Lipsiensi* fœderi dedit, & seq. anno in Cæsareos irruit. Verdam ac alia suis recuperatis occupavit) & JOHAN. ADOLFUS stemmatis propagator, qui Archiepiscopatui *Bremensi*, 1586. decem annorum puer, fuit præpositus, tum & 1587. *Lubecensi* episcopatui, primus in ea dignitate maritus,

Friderici Episc. Slesuic. n. 1568.

Philippus n. 1570.

Ioh. Fridericus Archiepisc. Brem. n. 1577.

Ioh. Adolphus n. 1575.

L

[a] Conf. Thuan. L. 32. p. 179, 36. p. 313, 326.

maritus, ſed ducta uxore conſenſu capitulorum utramque diœceſin fratri 1597. tradidit, ſuis ducatibus contentus, quos 1590. fratris Philippi morte adivit. 1603. cum rege agnato ſolenniter Hamburgum ingreſſus, homagium recepit. 1606. Bibliothecæ Gottorpinæ prima jecit fundamenta, quæ plurimum dein aucta eſt. Ditiones pacifice & feliciter rexit, princeps pietate, manſuetudine, eruditione & doctorum amore inprimis commendabilis: Moriens 1616. è conjuge *Auguſta* Danica ducta 1596. reliquit *Eliſabetham Sophiam* nat. 1599. extinctam 1627. Auguſti D. Saxo-Angrivarii, *Dorotheam Auguſtam* nat. 1602. Joachimi Erneſti agnati, *Hedvigem* natam 1603. mortuam 1656. Auguſti C. Palatini conſortes, *Annam*, & duos filios, à quibus progenies:

Adolphus n. 1600. Tertius ADOLPHUS *Coadjutor Lubecenſis* & Cæſaris Camerarius fuit; hujus etiam auſpicia ſecutus, in bello *Auſtrio* 1626. *Polonico* 1629. (in quo à Fridlandio loco *Arnheimii*, qui viſus Brandeburgicis nimium favere, ſubſtitutus eſt, qui copias Polonis auxilio miſſas regeret, cum vero dicto obedientes non eſſent, nihil effici potuit) 1631. *Magdeburgenſi*, cujus urbis expugnationem inter primos adjuvit; eodemque anno in prælio *Lipſienſi* vulneratus & à R. Sueciæ captus vita exceſſit. Continuata linea *Gottorpina*

Fridericus n. 1597. à FRIDERICO majori natu filio, qui *tutoribus* rege Daniæ & patruo Archiepiſcopo patri

patri, cujus morte audita è Gallia domum properavit, in ducatu succeſſit, & 1621. in loco Sebul prius nominato ad Eidoram *Friderichſtatt* ab *Arminianis* Belgis, quibus Synodus Dordracena iniquior fuerat, condi paſſus eſt, in vicennium libertate religionis ſine Evangelicorũ tamen offenſione exercendæ promiſſa, quæ dein in aliud prorogata. Unde eadem libertate etiam Romani & Mennonitæ eo loco utuntur. Privilegia civitati conceſſa, 1632. renovata & aucta ſunt. 1650. autem etiam Evangelicorum uſibus templum conditum eſt. 1627. involutus *Cæſarei belli* turbis, cum rege avunculo non idem ſenſit, ſed tempeſtatis præmetuens, antequam in Holſatiam fieret irruptio, ubi primum tranſportatas ultra Albim Tillii copias intellexit, pacis cauſa ad eum profectus, non aliud obtinuit, quam ut promiſſo à rege ſeceſſu tolerabilius ſuis eſſet; Suſcepto in arcem Gottorpinam dimidia ex parte præſidio ex milite Cæſareano. Cum *Nordſtrandiæ* inſulæ incolæ ad eundem militem recipiendum cogi timerent, rebellio orta eſt, quæ ducibus punitis ſedata: Ipſe vero princeps cum primum ſedare eam conatus eſſet, cum vitæ diſcrimine inde ſe recipere coactus eſt: Ob quod ad indignationem commotus diris inſulam devovit, quæ 1634. juſto divino judicio inſula mari abſorpta impletæ

pletæ ſunt [a] 1629. auſpiciis Danicis inſulam Morganius recuperavit: Rex Gottorpium obſedit, ſed nuncio pacis Lubecæ concluſæ ab obſidione revocatus eſt. 1634. Imperatoris legatus Hafniæ Chriſtiani principis Daniæ nuptiis ſplendido comitatu interfuit. Domui ſuæ, ad exemplum Electoralium familiarum, majoritatis jus & alia privilegia ab Auguſto obtinuit. Itinere *Perſico* (ab anno 1635. ad 1639.) fama ejus etiam in Oriente increbuit, quod (poſtquam 1633. legatione prævia in Moſcoviam tranſitus obtentus eſſet) ſuaſore *Otto Bruckmanno*, qui eidem cum *Ph. Cruſio* præfuit, auſpiciis ſuis ſuſcipi voluit. *Revaliam* mari itum. Inde *Narvam*, *Novogardiam*, *Moſcoviam*, tum in fluminibus Moſca *Columnam*, Okka *Niſſinovogardiam*, Volga *Aſtracanum*. Cum mare *Caſpium* trajecturi eſſent, naufragium paſſi ad *Niaſabath* evadunt. Inde per *Ardebil* & *Caſvinum* ad metropolim *Iſpaham* perventum. Cum legatione defuncti eſſent, per *Kilanum* ſeu *Hircaniam* & *Mokanum*, iter inſtitutum. *Derbento* egreſſi apud

Legatio in Perſiam.

[a] Refertur imprecatus eſſe rebellibus, ut quantum cum inſula ſua undis jam eminerent, tantum illis mergerentur. 1634. 11. Octob. Major pars fluctibus ſepulta eſt, quo diluvio 6123. homines, 15000. jumenta periere. Cum nuncius ejus infortunii principi deferretur, initio cum conſternatione audivit, mox recepto animo, Dei juſtitiam adoravit. Gott iſt gerecht / daß hab ich ihnen gewünſchet.

apud *Tataros Dageſtanos* in Albania tranſeunt, inde per *Terkios*, *Tataros*, *Circaſſios*, donec in Moſcoviam reverſi priorem viam remetirenrentur. Bruckmannus capite luit in legatione admiſſa. *Adamus Olearius* iter totum luculento ſcripto vernaculo deſignavit. Dein ad ducem viciſſim miſſa 1639. à Perſa legatio. Nec vero levibus debitis ſumtus illi gravavere provinciam. Cum 1640. ultimus *Schauenburgiorum* extinctus eſſet, Friderico pars *Pinnebergici* Com. in Holſatia obtigit, ſed eam indignante fratre *Chriſtiano Comiti Ranzovio* vendidit. *Tonningam* 1644. munivit. In *Suecico bello* neutras fere partes ſectatus eſt, & in pace Rotſchild. *ſuperioritatem* Sleſuicenſis ducatus, qui pridem Daniæ feudum, & capitulum *Suaveſtedium* obtinuit. Cum altera vice bellum recruduiſſet, eandem neutralitatem à confœderatis magno impendio, nec multo tamen fructu, coactus eſt comparare, & iisdem adhuc durantibus motibus 1659. mortem obiit. Princeps varia eruditione Theologica, Politica, Chymica & inprimis Mathematica cultiſſimus, duos globos artificioſiſſimos ex ſuo ingenio confici curavit, qui in technotameio Gottorpino [a] oſtentantur.

[a] Paludani celebrem ſupellectilem artificioſam, emtam Enchuſa Gottorpium tranſtulit, & innumeris, quæ in natura rariora ſunt vel artis eximiæ quid habent, ſucceſſu temporis auxit. Deſcriptio extat Adami Olearii, Beſchreibung der Gottorffiſchen Kunſtkammer.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [201] - 165
PUBLIC DOMAIN

Liberi. tur. Ex *Maria Eliſabetha Saxonica* ducta 1630.
Sophia Auguſta Anhaltina 16. liberorum parens fuit. Ex quibus *Sophia Auguſta* nat. 1630. Joanni Pr. Anhaltino, *Magdalena Sibylla* nat. 1631. Guſtavo Adolpho D. Megapolitano, *Maria Eliſabetha* n. 1634. Ludovico L. Haſſiaco, *Hedvigis Eleonora* 1636. Carolo Guſtavo Regi suecorum (quo mortuo tutrix filii cum regni primoribus fuit) *Auguſta Maria* nat. 1649. Friderico Magno M. Badenſi nuptæ ſunt, *Anna Dorothea* nat. 1640. virgo ſuperat: inter mares FRIDERICUS natus 1634. 1654. cum Argentinenſem academiam aliquandiu incoluiſſet, Lutetiæ, JOH. GEORGIUS natus 1638. Epiſcopus Lubecenſis 1655. in regno Neapolitano, fatis rapti ſunt. Supervixere patri CHRISTIANUS ALBERTUS & AUGUSTUS FRIDERICUS. Quorum hic (nat. 1646.) *Epiſcopus Lubecenſis* Suecorum auſpiciis vigiliarum generalis præfectus fuit, nunc ſponſus Chriſtinæ Saxonicæ. Ille (nat. 1641.) intellecta parentis morte Friderichsburgo , ubi cum ſorore regina morabatur, domum rediit. 1660. Tonningæ, ut cederet jure in Rotſchildenſibus pactis acquiſito, eminus obſeſſus eſt: ſed paulo poſt pace Hafniæ concluſa , priora confirmata ſunt. 1662. iter per Belgium in Franciam , & reditus per Sabaudiam & Helvetiam in Germaniam inſtitutus eſt. Alio itinere 1666. Viennæ aulam Cæſaream & exinde Venetias inviſit, eodemq; anno

Magdalena Sibylla Megapolitan.
Maria Eliſabetha Haſſiaca.
Hedvigis Eleonora R. Suecia.
Auguſta Maria Badenſis.
Anna Dorothea.
Friderieus.
Io. Georgius.
Auguſt. Friderieus Ep Lubec.
Chriſtianus Albertus.

anno cum *Friderico* Amelia *Danica* nuptias celebravit: Et ex ea Sophiam Amaliam 1670. Fridericum 1671. alium filium 1673. suscepit. Episcopatum *Lubecensem*, quem à fratris Joh. Georgii morte obtinuerat, fratri unico 1665. tradidit, servato sibi jure Coadjutoris. Quod itinere in Sueciam suscepto fœdus cum hac arctius iniviſſe argueretur, ap. Regem Daniæ hoc nuper ei damnosum fuit. In causa etiam Oldenburgica sententia ab aula imperiali lata cecidit. Holsatiam suam *Chilonienſi* universitate instituta & dotata plurimum illustravit. Habuit vero Fridericus fratrem JOANNEM, qui cum primus ex Holsatis passus esset sibi persuaderi, ut hereditariam portionem accepto apennagio non exigeret, Episcopus fuit *Lubecensis*, (unde ab habitatione ejus lineam *Eutinenſem* vocant) & singulari prudentia œconomica non contemnendas opes collegit: matrimonium cum *Iulia Felicitate D. VVirtenbergica* ob hujus ægritudinem incommodum fuit, sed suscepto post alios immature extinctos JOHAN. AUGUSTO fœcundum. Hic studiorum causa *Lipsiæ*, *Argentinæ*, & in *Belgio* commoratus, in tenera adhuc ætate indole singulari suos in expectationem futurorum erexerat, quam dein nonnihil destituisse visus, nunc sub patruelis potestate privatus vivit.

Ioannes Ep. Lubec. nat. 1606.

Ioannes Augustus. n. 1647.

II. OLDENBURGICA.

vid.pag.115.

Fuit illa *Christiani I.* posteritas. Frater
Gerhardus Bellicosus. GERHARDUS *Bellicosus Oldenburgios* continuavit. Hic 1462. fratrem *Mauritium* & Bremenses auxilio alterius fratris Christiani & Wilhelmi D. Brunsuicens. ad *Siburgum* devicit, inde adversus *Christianum*, à quo tamen 1467. ut *Holsatia* cederet, 43000. flor. acceperat, arma vertit. Cum ergo alioquoties è Marsia pulsus, non desineret bello & rapinis vexare vicinos, mercatores Hamburgenses, Bremenses, Lubecenses, Lunæburgenses, Episcopus *Monasterienſis & Bremenſis* atque proximæ civitates inito fœdere bellum ei inferunt, *Delmenhorstum* 1481. obsident, & sequenti in eo comitem capiunt. Liberis parcitum: ei injunctum, ut administratione abdicata monasticam profiteretur. Demum anno sæculari in Gallia decessit. Ex filiis ejus OTTO Canon. *Bremens.* [a] & *Colon.* cum fratre ADOLPHO bello *Dietmarsico* 1500. periit. [b]
Ioannes JOHANNES fratribus ingenio & forma præstantior Patre pulso, patrui & propinquorum voluntate

a Competitor fuit Joannis à Rhoda, Electi in Archiepiscopum Bremensem.

b Cum eorum corpora ad sepulturam peterentur, facies non potuerunt agnosci: undeomnes qui in acie ceciderant commune fatum experti, & à volucribus atque canibus dilaniati sunt.

luntate 1489. adminiſtrationi admotus eſt, ſuaque induſtria, virtute & fortitudine res reſtituit. Hic 1499. *Butjados* & *Stadlandos* ſubactos ad juramentum compulit, cum vero ſequenti anno defeciſſent, eis iterum devictis arcem *Rodekercken* impoſuit. Illa etiam 1513. deſtructa: itaque *Brunſuicenſium* ope denuo vincendi fuere: Frenum ſervitutis arx *Ovelgun* ſ. *Ovelganda* 1514. condita. Deceſſit 1526. Filii ejus ex Anna Anhaltina JOHANNES nat. 1499. patriam ditionem, quam triennio gubernaverat, fratri tradidit, & cælebs 1529. mortuus eſt. *Ioannes*

GEORGIUS nat. 1502. miti & ſimplici ingenio ſacris ſtudiis tantum vacavit,[a] *Georgius.*

CHRISTOPHORUS nat. 1504. Canon. *Colonienſis & Bremenſ.* miles pariter egregius & fautor ſtudiorum, poſt mortem *Friderici I. R. Daniæ* captivi *Chriſtierni* partes tuendas ſuſcepit, & *Lubecenſium* ſeditioſorum ope omnia turbavit, Holſatia à Chriſtiano III. expulſus, ſed *Scania*, *Seelandia*, & *Fionia* in verba *Chriſtierni* adactis, mari per Clementem archipiratam infeſtato. Cum copiæ ejus in Fionia deletæ, *Hafnia* unius anni obſidionem tulit, donec 1536. deditionem facere & à rege veniam petere cogeretur. In bello *Smalcaldico* Proteſtantibus, ubi Erici Brunſuigii copias ad Dracoburgum fudit, Cæſari autem in *Metenſi* obſidione militavit, inde *Alb. Brandeburg.* partes ſecutus; *Chriſtophorus.*

a Biblia ſacra integra ſua deſcripſit manu.

secutus *Sivershusano* quoque prælio 1553. interfuit. 1566. vita excessit. Minimus natu filius

Antonius. ANTONIUS natus 1505. ex resignatione fratris Joannis 1529. administrationem suscepit. Hic 1538. bello *Monasterienſibus* illato multa eis damna dedit, exusta Vechta & Cloppenburgo capto, demum jussu Commissariorum Cæsareorum *Delmenhorstum* diu ab illis detentum vi cepit 1547. & munivit. Inde de spolio in Camera Spirensi à Monasterienſibus Oldenburgici postulati, & demum 1670. absoluti sunt. Post hæc Antonius 1559. agnatis in bello *Dietmarsico* tulit auxilium, missis 15. cohortibus. Sed cum iisdem 1566. ei controversia intercessit. Cum hi simultaneam investituram cum Antonio peterent, is vero *Delmenhorstum* suo sumtu & periculo recuperatum assereret, *Oldenburgici* autem comitatus non aliter permiteret successionem, quam si vicissim ipsi de *Holsatia* & *Slesuico* idem promitterent. Mortem obiit 1573. A conjuge *Sophia Lauenburgica* quæ ducta 1537. decessit 1571. accessit *Harpestedenſis* ditio. In filiis (præter quos alius *Christianus* 1570. in Dresdensi aula extinctus est)

Antonius Delmenhorſtanus. duo rami: minor ex illis ANTONIUS natus 1550. *Delmenhorstanum* constituit, cum filiis & filiabus, ex *Sibylla Elisabetha Lunaburgica* 1601. ducta & 1630. mortua, quarum hæ illustribus elocatæ matrimoniis; *Iuliana* nat. 1605. Manfredo D. Wirtenbergio, *Anna* nat. 1605.

Joanni

Joanni Christiano D. Holsato, *Sidonia* nat. 1611. (prius abbatissa Hervordiensis) & *Clara* nata 1606. Augusto D. Holsato, *Æmilia* nata 1614. Ludov. Gunthero C. Schvvartzburgico, *Sophia Ursula* n. 1601. Alberto Friderico C. Barbiensi, nuptæ, *Catharina Elisabetha* nat. 1603. abbat. Gandersheimia, *Sibylla Maria* nat. 1608. Decanissa Hervordiensis, & *Dorothea* nat. 1609. virgines 1649. 40. 35. mortuæ. Illi *Antonius Henricus* nat. 1604. 1622. & *Christianus* nat. 1612. 1647. ἄγαμοι decessere. Ipse Pater 1619. fatis concessit. Major natu JOANNES *Oldenburgensem* continuat. *Ioannes Oldenburgius*

Huic à propiore sobrina *Maria* Edonis Wimeken *Domini Ieverensis* & Heilvigiæ Oldenburgicæ filia ditiones, Jeverensis, Rustringia, Oistringia & Wangeland, quarum subditos ei Maria adhuc viva jurare voluit, nec non prætensio in *Kniphausen*, quæ lis 1549. in Cameram delata, hereditate 1575. obvenere, contradicente tamen Ezardo C. Ostfrisio. Ejus etiam nomen in iis qui *Formulæ Concord.* subscripsere legitur. Prius 1577. ejus autoritate habitum colloquium *Ieverense* inter Herm. Hamelmannum & nonnullos reformatos, ut hi rationem redderent, cur Saxonicam ordinationem recipere recusarent. Acta impressa extant. Qui patri 1603. extincto, ex *Elisabetha Schvvartzburgensi* ducta 1576. & 1612. mortua filius natus 1583. succes- *Anton. Gun-*
sit ANTONIUS GUNTHERUS prudentis- *therus.*
sime

sime ultra 60. annos provinciam rexit, in medio belli æstu semper *neutralitate* servata.[a] Ab Imperatore consensu Electorum jus vectigalis in Visurgi obtinuit, quod pace Osnabrugensi confirmatum est. Cum huic Bremenses obsisterent 1652. proscriptionis in eos fertur sententia, eaque 1653. per fecialem indicatur, sed anno eodem absolvuntur.[b] Ultimus autem gentis suæ, 1667. vita excessit. Comitatuum, qui familiæ proprii, agnati, (Inter quos Plænenses Regi & Duci Gottorpino controversiam moverunt.) *Ieverensis*, & si Antonii posteri deficerent successionis in Kniphusiam, Joannes princeps *Anhaltinus servestanus* ex sorore *Magdalena* nepos, *Kniphusii* dominii *Antonius* filius sunt heredes. *Antonius* hic ex illustri *Ungnadia* susceptus legitimationem, atque *Comitis Imperii, Domini in Altenburg, nobil. Domini in Varel, Domini in Kniphausen* titulum à Cæsare nactus est, & *Augustam VVitgensteiniam* uxorem meruit.

a Commendatur illa prudentia ap. Vict. Siri. T. 4. L. 1. p. 323.

b Limn. Jur. publ. T. V. add. ad 7,7. p. 107. 108.

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ DANO-HOLSATO-OLDEBURGICÆ.

Masculos præcipuos & emortuales annos notans.

Theodoricus Fortunatus C. Oldenburgi 1436,

Dennemarck und Holstein. **Oldenburg.**

Christianus I. Rex Dan. 1482 — *Mauritius.* 1464. — *Gerhardus C. Oldeb.* 1500.

Ioannes Rex. 1513. — *Fridericus I. Rex.* 1533. — *Iacobus.* — *Otto* 1500. — *Adolphus.* 1500. — *Ioannes.* 1526.

Christiernus Rex. 1559. — *Christianus III.* 1559. — *Ioannes Dux.* 1580. — *Adolfus Dux.* 1586. — *Ioannes.* 1529. — *Georgius.* 1513. — *Christophorus* 1566. — *Antonius.* 1573.

Ioannes. 1532. — *Frideri-cus II. Rex.* 1588. — *Magnus.* 1580. — *Ioannes.* 1627. — *Ioannes.* 1603. — *Antonius.* 1619.

Christianus IV. Rex. 1648. — *Vlricus.* 1624. — *Ioannes.* 1602. — *Antonius Guntherus ultimus Comes Oldeb.* 1667. — *Christianus.* 1647. — *Antonius Henric.* 1622.

Christianus. 1647. — *Fridericus III. Rex.* 1670. — *Vlricus.* 1633.

Christianus V. Rex. — *Georgius.*

Fridericus. — *Christianus Wilhelmus.*

Adolfus

A

Adolfus Dux Holſatiæ, unde linea Gottorff.

Fridericus Ep. Sleſvic. 1587. — *Ioannes Adolfus.* 1626. — *Ioannes Fridericus archi. Brem.* 1634.

Fridericus. 1659. — *Adolfus.* 1631. — *Ioannes Ep. Lubec.* 1655.

Frideri-cus. 1654. — *Ioannes Georgius.* 1655. — *Chriſtianus Albertus.* — *Auguſtus Fridericus Ep. Lubec.* — *Ioannes Auguſtus.*

B

Ioannes Dux Holſ. unde linea Sonderburgia 1622.

Sonderburg. — Nordburg. — Glücksburg. — Plön.

Alexander. 1627. — *Fridericus.* 1658. — *Philippus* 1663. — *Ioachimus Erneſtus.* 16....

C — D

Ioan. Chriſtianus. 1653. — *Alex. Hericus.* 1667. — *Ern. Guntherus.* — *Georg. Fridericus.* — *Auguſtus.* 1665. — *Philippus Ludovicus.* — *Ioannes Adolf.* — *Auguſtus.* — *Ioachim. Erneſtus.* — *Georg. Bernhard.* 1675.

Chriſtianus Adolfus. — .... — ... — *Fridericus & fratres.*

C

Fridericus.

Ioannes Bogislaus. — *Chriſtianus Auguſtus.* — *Rudolphus Fridericus.*

D

Philippus.

Franciſcus Philippus. 1650. — *Chriſtianus.*

FAMILIA PALATINO-BAVARICA, IN QUA COMITES Schirenſes & Witelsbachii, Comites Palatini Rheni, Duces Bavariæ: Tum antiqui Marchiones & Duces Auſtriæ, &c. *a*

CIrca hujus Sereniſſimæ Familiæ originem, non minor quam de aliis inter autores diſſenſus eſt. Ad *Ottonem I. Com. Palatinum Schirenſem*, abavum ejus *Ottonis*, ad quem poſtea delata dignitas *Bavariæ Ducis*, ſeries absque difficultate duci poteſt; ſed in Ottonis illius majoribus aſſignandis in diverſum eunt. Communis ſententia hactenus eum à *Carolo M.* deduxit: Unde qui altius aſcendere voluere, quæſito Imperatoris hujus è *Pharamundeis* ortu, antiquos *Francorum* & *Sicambrorum* reges ex *Trithemio* adducere ſoliti ſunt, ut ab *Antenore* quodam è *Troja* haud ſine fabulis ſtirps derivaretur. Sed pridem illa *Sicambrorum* commenta plerique docti explodere cepere. Nec *Pharamundi* poſteritati Carolus M. certius infertur. Qua ratione autem ad ipſum hunc Carolum Otto referendus ſit, haud magis inter ipſos ſententiæ patronos convenit.

Origo.

A Carolo M. Imp.

Ab

a Hiſtoriam Bavaricam ſcripſit inprimis celebris *Ioh. Aventinus*. Origines Palatinas *Marq. Freherus*. Hiſtoriam Genealogicam Palatinam *D. Pareus*.

Ab *Arnolfo Imperat.* quem à Carolo descendere non est dubium, aliqui derivant: nec tamen ipsi inter se circa gradus concordes: Pauciores generationes interjiciunt aliqui,[a] videlicet illas *Arnolfus Imper. VVernerus Comes, Eccardus C. schirensis, Otto* de quo nobis sermo; alii [b] plures ad hunc modum: *Arnolfus Imp. Arnolfus malus D. Bavariæ, Arnolfus C. Schirensis, Bertholdus C. Schirensis, Babo C. Schirens. Otto.* Alii qui ab Ottone sursum sunt usque ad Arnolfum malum gradus permittunt, sed Arnolfo Imperatore, *malum* illum nolunt esse natum. Pater vero ejus secundum hos [c] fuerit *Luitpoldus D. Bavariæ*, avus *Hugo*, proavus *Ludovicus Rex Germaniæ, Ludovico R. etiam Germaniæ, Ludovici Pii Imper.* filio editus. Ad *Bernardum R. Italiæ, Pipini* filium, *Caroli M.* nepotem, qui à *Ludovico Pio* patruo exoculatus est, recurrentes alii, [d] hoc *Pipinum C. Lengenfeldensem*, Pipino *Bernardum*, hoc *Arnolfum* natum, & in eadem dignitate successisse volunt. Arnolfus dein *Luitpoldi M. Bavariæ* pater, *Arnolfi Duc. Bavariæ* avus, *Arnolfi C. Schirensis* proavus, *Bertholdi C. Schirensis* abavus, *VVerneri C. Schirensis* atavus, demum *Ottonis* nostri tritavus constituitur. Alii [e] cautiores eandem

a Andreas Presb. Ratisbon.
b Aventinus, Trithemius, Beutherus.
c Ita Reusnerus.
d Limneus, Gevvoldus, Bucelinus.
e Paræus.

eandem seriem ascendendo nectunt usque ad *Luitpoldum*, cujus filio Arnolfo agnato (gradus non audent exprimere) Arnolfus Imperator concesserit Bavariam. Luitpoldi ex Carolinis ortum ex *Ludovici IV. Imp.* diplomatibus probari addunt. Cæterum originem hanc *Carolinam* nunc in dubium revocant multi, inprimis deductionem à *Pipino* impugnavit non contemnendis argumentis *David Blondellus*.[a] Secundum hunc primus autor familiæ, de quo constet, fuerit *Arnolfus* quidam à Normannis 891. cæsus, cujus filius *Luitpoldus* Dux Bavariam rexit, & 908. ab Ungaris occisus est: Luitpoldi filius *Arnolfus* D. Bavariæ, *Conrado I.* vitrico & *Henrico aucupi* Imperatoribus aliquoties rebellis, cum illis gravia gessit bella, unde liberi ducatu excluſi. Fuerunt autem ei duo filii duarum stirpium conditores. EBERHARDUS (perperam aliis è comitibus Bambergensibus deductus) *Austriacos* veteres marchiones sevit, illa à patre in filium successione. *Eberhardus*. *Luitpoldus* seu *Leopoldus*, primus M. Austriæ, & Imperatoris gener, *Henricus I.* frustra à Henrico II. Imp. sibi Bavariam vindicare conatus. (cujus frater *Poppo archiepisc. Trevirensis*) *Albertus*, (cujus frater *Ernestus* Dux Sueviæ, duos filios etiam Sueviæ duces habuit) *Ernestus*, strenuus adversus Ungaros Henrici IV. miles, *Luitpoldus I.* pulcher, *Lupoldus II.* sanctus.

Eberhardus veterum Austriacorum sator.

M

[a] Plen. assert. geneal. Franc.

ſanctus. Hujus filii *Leopoldus III.* primus Dux Auſtriæ dictus, qui etiam Bavariam adverſus Welfum III. ſibi adſeruit, & poſt eum *Henricus* cognomento *Iachſamergott*, (reliqui fratres *Otto epiſcopus Friſingenſis* & *Conradus archiepiſc. Salisburgenſis* etiam celebres) Henrici I. filii *Henricus II* & *Leopold. IV. victorioſus* in Palæſtina geſtis celebris, qui *Styriam* ab Ottocaro genero & alia, comitatus Linz & Wels ex lytro *Richardi* R. *Angliæ* à ſe capti emta, adjecit ſuæ Auſtriæ: *Viennam* autem novo cinxit muro) pater *Friderici I.* Catholici, ob expeditionem ſacram noti, & *Leopoldi V. honorabilis*; Leopoldo nati, *Fridericus* cognomento *Bellicoſus* (cui cum *Friderico II. Imp.* negotium, qui antea *regium* titulum dediſſe dicitur, dein inobedientem armis eſt perſecutus: idem poſt multa bella adverſus Hungaros 1246. cecidit) & *Henricus* de Metlinga dictus: cujus filia *Gertrudis*, nupta *Hermanno M. Badenſi* in eam familiam intulit jus Auſtriæ, ſed filius *Fridericus* Neapoli decollatus: Inde inter *Ottocarum Reg. Bohemiæ*, qui defuncti Friderici ex ſorore *Margareta* affinis, & marchiones *Miſniæ* alterius ſororis *Conſtantiæ* filios lis fuit: donec *Rudolfus Habſpurg.* Imperator, Ottocaro cæſo, ducatum imperio, dein ſuæ familiæ addiceret. Fuit ramus *Eberhardi* Auſtriacus. Alter *Arnolfi* Ducis Bavariæ filius ARNOLFUS

comes

comes Schirenſis fuit, [a] in qua conditione etiam ejus filius *Bertholdus*, [b] & nepos *VVernerus* [c] vixere. Wernero demum natus *Otto I.* de quo ſæpe. Hic ergo Otto I. Schirenſis & palatio Bavarico præfectus, fratrem *Babonem* conditorem *Abuſinorum* ſeu *Abenſpergenſium*, [d] & filium habuit *Ottonem II.* nepotem *Ottonem III.* qui *VVitelſpachium* condidit, (unde poſtea familiæ titulus) Schirenſi arce in monaſterium converſa. Idem cum fratre Eccardo Godofredi Bullionei expeditioni interfuit, & 1101. in Palæſtina cecidit. Eccardo exin cognomen **mit dem Bundſchuch** inditum, quod adverſus Saracenos inſperato erumpentes ad calceum erectum ſuos re ſubita collegerit, & aciem reſtituerit: unde calceus ille opido Riedt quod *Schirenſes Com.*

a Dicitur præfectus fuiſſe prætorio Bavarico & conditor Schiræ. Cecidit ad Ratisponam 953. quam ad Imperatoris hoſtes deficiens occupaverat.

b Quod Henrico Duci Bavariæ & Saxoniæ rebellionem ſuaſiſſet, ab Ottone II. in exilium agitur: ei dein reconciliatus adv. Saracenos ſerviens 892. in Calabria occumbit.

c Reuſnerus hujus loco Babonem ſubſtituit Ottonis patrem.

d Dicitur habuiſſe Babo 32. filios & 8. filias, ex duabus uxoribus. Illos Henrico II. Auguſto obtulit. Ex his *Wolframus* Abenſpergiorum veterum, ex quibus ultimum Baronem Abenſpergium 1485. Chriſtophorus Dux Bavariæ confodit, nec non Abenſpergio-Trauniorum, qui nunc etiam Comites in Auſtria ſuperant, *Rupertus* Rittenburgiorum Comitum, *Hardvicus* Bogienſium ſ. de Arcu, quorum adhuc poſteri ſuperſunt, ſatores fuere.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [215] - 179
PUBLIC DOMAIN

in Norico Ripenſi condidit, datus inſignium loco. Ejus trophæa cernuntur in cœnobio Maurkirchen prope Brunoviam. [a] *Otto IV.* illius filius, pater *quinti*: hic aliis *major* etiam dictus, vexillifer fuit *Friderici Barbaroſſæ*: & ob merita variis legationibus & expeditionibus bellicis præſtita, hujus gratia, [b] proſcripto *Henr. Leone* 1180. 3. Id. Jul. ducatum *Bavariæ* nactus eſt, poſtliminio reducem in hanc familiam. Fuere etiam collaterales lineæ Comitum *Dachaviæ*, [c] quorum ultimus comitatum vendidit Ottoni, *Phalaiæ*, [d] quorum ultimi Ottonis hereditatem etiam crevere 1238. Bavari, & *VVolfartshuſæ*. [e] Præter hos Otto ille V. ſeu magnus fratres numeravit *Conradum* Archiep. Salisburgenſem & dein *Moguntinum*, ac *Ottonem VI.* ſeu minorem, patrem *Ottonis VII. homicidæ*, ob cædem Philippi Imper. ita dicti, ex filio *Gerhardo* ſatoris *VVildgraviorum in Kirburg & Daun*, quorum ditiones ad *Rheni Comites* dein devolutæ. Cæterum Ottonis V. qui 1183. mor-

Otto Dux Bavariæ.

a De his fratribus N. Reuſn.

Felices Solymos, Judæaque vidimus arva:
Præterit amborum Jordanis oſſa ſacer.

b De eo ita Nic. Reuſn.

Fervidus ingenio bellique laboribus aſper
Pace domi geſſi maxima, Marte foris.
Sæpius attonitis me fluctibus horruit Iſter,
Præmia virtuti ſunt data regna meæ.

c Ex Arnulfo Ottonis II. fratre.

d Ex Ottone Arnulfi Dachavii filio.

e Ex Bernardo Ottonis 2. Schirenſis filio.

mortuus est, filius LUDOVICUS à Friderico II. Imper. consecutus est *Palatinatum*, cum ejus filio Ottoni uxor, *Agnes* heres *Palatinatus* Henrici Saxonis filia, daretur, & ipse alioquin in gratia Imperatoris Friderici officii & singularis obsequii ergo floreret; Filio Henrico datus vitæ morumque magister. Idem Bavariam novis coloniis implevit, Strubingam condidit. Nomine Philippi Imp. Carniolam & Histriam rexit. In Palæstina & Ægypto infeliciter arma gessit, cum paucis domum reversus: Infelicius 1231. interiit à morione, quem per jocum lacessebat, confossus: Filius ejus ex *Ludimilla Bohemica*, OTTO cognomento *illustris* Bavariam denuo cum Palatinatu gubernavit. Ast in eo fuit ut eam perderet, quod à Gregorio Pontifice allectus cum aliis in Fridericum II. conspirasset. [a] Sed periculum evasit, ab obsequium reversus. Vita excessit 1253. Inter ejus filios LUDOVICUS cognomento *Severus*, cum *superiori Bavaria Palatinatum*, HENRICUS *Bavariam inferiorem* possedit. Hi vero fratres 1282. in comitiis *Augustanis*, *Austriam*, *Styriam* & alia, tanquam majoribus suis ablata, reddi postulavere. Iisdem avunculis suis Conradus Suevus rex Siciliæ partim donationis titulo assignavit partim in solutum dedit

Ludovicus C. Pal.

Otto illustris Dux Bavar.

[a] Stipavi studiis Augusti sedulus arma;
Credulitas tandem sola nociva fuit.

N. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [217] - 181
PUBLIC DOMAIN

tum alia tum advocatiam in Herſpruck/ Vilſeck/ Aurbach cum caſtro Hohenſtein. [a] HENRICUS Ottocarum Bohemum multis cladibus affecit, Ludovico fratri, quem Comitis Palatini titulo contentum eſſe volebat, controverſiam movit, cum ipſo Imperatore contendere non dubitavit, à quo tamen deprecantibus fratre, filio & nuru veniam impetravit. [b] Deceſſit 1290. Pater ex Eliſabetha Belæ R. Ungariæ filia Ottonis, Stephani & Ludovici. OTTO, Rudolphi Imperatoris ex Catharina filia gener, affinem Albertum ob interceptam dotem vexavit, & ope Conradi Archiep. Salisburgenſis Styriam invaſit, aſt Alberto ſuperveniente terga vertere coactus eſt: Contra eundem Adolphi Cæſaris partes tutatus eſt, & Albertum C. Hohenbergium iſtius avunculum, qui tranſitum negabat, interfecit, in prælio verò quo Adolfus cecidit 3. vulneribus acceptis vix evaſit. Regnum *Ungariæ* adverſus *Carolum Martellum* ſibi aſſerere conatus & 1305. ad Albam Regalem ſolio regali impoſitus: inde à Socero Ladislao Transſylvaniæ Vaivoda in vincula conjectus, ægre evaſit, & in Bavariam rediit. Moriens 1312. reliquit *Henricum* cogn. Natterburg, qui ex dolore fracti cruris animam efflavit 1333. STEPHANUS Salisburgenſi Epiſcopatu relicto Judithan Suidnicenſem

Henricus D. Bavar. Inf.

Otto R. Vng.

a Vid. ex Gevvoldo Limn. Jur. publ. 3. 9, 21. ubi allegat literas confirmatorias Rudolphi Imp. 1273.

c Reuſn.

censem duxit. Adolfum Nassovium itidem contra Albertum juvit, patruo etiam Ludovico ob Bavariæ titulum gravis fuit. Ratisponam cum fratre armis petiit, libertatem atque fædus pecunia redimere coegit. Fridericum Austriacum, cum Bavariam populabandus ingressus esset, fugavit. Moriens reliquit filios HENRICUM, qui Austriacis bellum indixit & imperium affectavit: & 1339. extinctus est, pater Joannis, qui 1340. ultimus hanc lineam clausit ἄπαις: atque OTTONEM qui 1335. mortuus est. LUDOVICUS (Henrici filius) 1296. cælebs extinctus est. LUDOVICUS quem Severum diximus, Henrici frater, cum primis celebris est, & communis *Palatinorum* & *Bavarorum*, quotquot hodie supersunt, pater: idem post diuturnum interregnum, qua vigebat autoritate, & virtutis celebritate, concessa à reliquis electoribus potestate, *Rudolfum Habspurgensem* elegit Imperatorem; Sed ob uxorem *Mariam Brabantinam* innoxiam ob suspicionem adulterinæ consuetudinis cum Ruchone Wildgravio, ex tabellarii errore ortam, præcipitato supplicio 1256. peremtam, cui nobilis virginis Helicæ Brennebergiæ, nec non gynecæo præfectæ & tabellarii cædes accessere, male audit. Conscientiæ tamen angoribus & horrendis visionibus exagitatus, una nocte proxima à cæde, licet 27. annorum esset, totus incanuit. In cœnobio

Ludovicus Severus.

Furſtenfeld hoc diſtichon memoriam facit ſervat:

Conjugis innocuæ fuſi monumenta cruoris
Pro culpa pretium clauſtra ſacrata vides.

Poſt eam duas alias conjuges habuit *Annam Glogovienſem*, 1268. mortuam, Ludovici qui in haſtiludio à Cratone C. Hohenloico vulneratus 1287. interiit, matrem, & *Mechtildem Habſpurgiam*, quæ Rudolfum & Ludovicum gentis propagatores genuit, & 1304. vivendi finem fecit. Maritus autem 1294. Heidelbergæ deceſſit. Alberto Auſtrio & Adolpho Cæſari reconciliandis intentus. Antequam ſeparatæ conſiderentur lineæ, huc ea ſpectant, quæ circa illa tempora inter utramque odiorum ſemina ſparſa. 1. Pater *Rudolfo* primogenito cum electorali dignitate reliquerat *Palatinatum*, ſed ut *Bavari viciſſitudinario jure* eandem dignitatem geſtarent. 2. Rudolfus in eligendo Imperatore ſuffragium *Friderico Auſtriaco* quam fratri dare maluit,[a] unde hic nihilominus ſuffra-

Odiorũ inter Bavaros & Palatinos ſemina.

a Joannes Eckius in oratione ad principes Palat. apud Hubertum Thomam Leod. in vit. Frid. 2. L. 6. pag. 89. Tunc autem potiſſimum eveniſſe (ſc. diſcordiam domus utriusque) cum Rudolfus Palatinus, qua ſpe ductus neſcio, Friderico Auſtriaco in electione Imper. ſuum ſuffragium dare maluit, quam proprio fratri Ludovico, certum eſt. Unde innumera provenerint mala, quæ longum eſſet recenſere. Illud autem manifeſtum eſt, ab eo tempore res Auſtriacorum Principum ſemper creviſſe, & domum eorum ex humili redditam maximam, veſtram autem

ſuffragiis ſuperior Aquisgrani coronatus, ille Bonnæ. 3. Ludovicus fratrem ſua ditione exuit 1317. qui extorris in Anglia moritur 1319. 4. Reſtituit tamen *Rudolfi filiis* Palatinatum Ludovicus, ea conditione, quæ *Ticini* eis dicta 1329. ut in *alternationem* electoriæ dignitatis, inter lineas Palatinam & Bavaricam ſervandam, conſentirent. Ea vero transactio poſtea, tanquam minorennibus vi extorta, irrita reddita 1339. *comit. Ratispon.* ob iniquitatem. Acceſſit nova materia, cum *Ioanne Duce Infer. Bavariæ* 1340. extincto Ludovicus, nepotibus excluſis, quia gradu uno propior, ſolus ſuccedere vellet. Tandem vero in compenſationem pars Norici nomine *Palatinatus ſuperioris* conceſſa Palatinis.

I. LINEA RUDOLFINA ſeu PALATINA.

Hic primus RUDOLFUS cogn. Balbus primogenitus Ludovici, nat. 1274. vel 1275. *Palatinatum* cum *electoratu* tenuit. Cum eos ad concordiam redigere fruſtra tentaſſet, aſtitit ſocero *Adolfo Comiti Naſſovio* electo *Imperatori* contra avunculum *Albertum* Auſtriacum illius æmulum, qui Alzhemio obſeſſo

Rudolphus Elector.

autem imminutam, & in eum ſtatum in quo nunc eſt, & vix tuetur nomen ſuum, recidiſſe, & quæ olim regiis & imperialibus florebat titulis, comitum & ducum nominibus appellari contentam eſſe oporteat.

ipsum irritaverat, cumque hic prælio ad *Gellinheim* 1298. caderet Alberti manu, vix fuga Wormatiam elapsus, matris precibus in gratiam receptus est. Nec tamen minus Alberto se opponere, inito cum Electoribus Ecclesiasticis fœdere, perrexit, donec devastato Palatinatu supplex fieri, & pecunia numerata sua redimere cogeretur. Inde *Henrico VII.* fortem in expeditione adversus Ursinos operam navavit. Exul demum à fratre [a] pulsus, in *Anglia* inops decessit 1319. & cum patre Heidelbergæ conditus est. [b] Successit ex *Mechtilde Nassovia* (quæ 1315. decessit: altera autem quam in exilio duxisse perhibetur Mechtildis Anglica ἄπαις fuit) filius ADOLFUS *simplex*, [c] nat. 1309. cui & fratribus Patruus Ludovicus Palatinatum & quædam Norici restituit: sed idem post

Adolfus Elector.

a Felix si fratri, totus quos cessit honores
Orbis, & imperii superi quæ sceptra dedere,
Tu quoque faviſſes animis non invidus æquis.
Heu mihi quam cæcæ mortalia pectora noctes
offusçant: fratrem textum stetit inter utrumque
Ambitionis opus circumsquallentibus hydris,
Signaque fraternas cædes minitantia.

Dav. Rorarius.

b Regna mihi natisque meis pater ampla reliquit:
Quæ liquidis Rhenus prænatat uber aquis.
Ausona terra meas vires, mea robora sensit:
Vinco quidem: vitam mox tamen exul ago.

Nic. Reusn.

c Dux pius & simplex, veri studiosus & æqui,
Inter honoratos primus honore duces.

Nic. Reusn.

post breve regimen natura quietis amantior, circa 1327. [a] fratri RUDOLFO [b] *cæco* nato 1309. electoratum concessit, quem hic 26. annis tenuit, & relicta è conjuge *Anna Ottonis D. Carinthiæ* filia, filia *Anna* dein uxore *Caroli IV. Imper.* quocum 1355. Romæ coronata est, 1353. mortuus. Tertius frater RUPERTUS [d] *senior* & postea *præsenior* cognominatus electoratum gessit, fratre defuncto, quo vivo etiam curis admotus erat. Cum autem *Stephanus Bavarus* eandem dignitatem vindicaret sibi, Electoralis collegii & Cæsaris Caroli IV. authoritate sententia Norimbergæ pronunciata reje-

Rudolfus Elector.

Rupertus Elector.

a Aliqui eodem anno extinctum ferunt, Reusnerus eum 1389. mortuum perhibet.

b Si fas est laudare viros virtutis amantes:
Me quoque quis dignum laudibus esse neget?
Nic. Reusn.

c Quam aliàs *Agnetem* contra diplomatum fidem vocant.

d Magna Palatinæ septemvir gloria gentis
Dura sub assiduo plurima Marte tuli.
Nic. Reusn.

Mitteris imperii Latias legatus ad arces:
Atque tuam Romana stupent Capitolia linguam:
Astant sincero referentes pectore grates
Aonides, quod dulce sibi sacrisque Camœnis
Hospitium dederis, tutasque dicaveris aras:
Antraque blandiloquo resonantia murmure Nicri
Pegasides addicta piis templumque columnis.
Stat sublime suis pictum, quod in urbe locaras
Ipse Neapolea, solidoque è marmore in ipso
Extructum templo condens tua membra sepulcrum.
D. Rorar.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [223] - 187
PUBLIC DOMAIN

rejectus. [a] Ruperti memoriam nobilitavit 1348. *Heidelbergenſis academia*, ab ipſo ad normam Pariſienſis inſtituta, & filiæ nomine nuncupata. Patrueli Ludovico contra Pſeudo-vvoldemarum in marchia Brandeburgica opem ferens, ab hoc captus, ægre per Carolum IV. libertatem ſuam recepit. Extinctus eſt 1390. Nullis ex Eliſabetha Namurcenſi & Beatrice Bergenſi (quarum illa 1382. hæc 1395. mortua) relictis liberis. [b] Cæterum trium horum Principum ſoror *Mechtildis* Joannis cæci Com. Spanhemii uxor fuit. Patrui morte ad RUPERTUM [c] *Iuniorem* (qui Adolfi [d] ex *Irmgardi Oetingenſi* filius, Ruperti filii reſpectu dein ſenior, alias etiam parvus, *durus* & *tenax* dictus) electoria dignitas, quam illi tranquillitatis publicæ gratia ad dies vitæ permiſerat, delata. Armis repetiit à *VVenceslao Imper.* ea Bavariæ, quæ Bohemiæ contermina Carolus IV. jure dotis & pignoris occupaverat; unde à vicinis civitatibus Rhenanis, Ratispona, & Auguſta, juſſu Cæſaris oppugnatus earum copias ſtravit. Heidelbergicam academiam 1387. inſtau-

Rupertus Iun. Elect.

a Hub. Thom. Leod. L. 1.

b Naturalem filium habuit habuit Anſelmum equitem Dom. ab Hemſpach.

c Idem Adolfus filiam habuit Mainardo C. Ortenburgio nuptam.

d Mens immota mihi, mens impenetrabilis iræ
Temporibus dubiis recta bonisque fuit.

Nic. Reuſn.

instauravit, alter ejus conditor. Ejus uxor fuit *Beatrix Aragonia* Siciliæ regis filia: Ex qua geniti *Anna* uxor Wilhelmi I. Duc. Juliaci & Berg. *Elisabetha*, conjux Procopii Marchionis Moraviæ, &, qui parenti 1398. extincto successit, RUPERTUS [a] *Præjunior* vel *Clemens*, aliis contrario Epitheto *Rigorosus* s. Herzog Clemm / quod fortiter hostes Reipublicæ presserit, item à Justitiæ laude *Iustinianus* dictus. Hic *Boparditæ* ab Electoribus, cum Wenceslao Imperium abrogassent, 1400. 21. August. electus *Imperator*, ac *Coloniæ* coronatus est, cum ab *Aquisgranensibus* non admitteretur, ob quod proscriptione eos punivit. Multi tamen non eum, sed Wenceslaum Imperatorem agnoscere perrexerunt: ita in Concilio Pisano Wenceslai legati admissi, exclusi Ruperti. conf. Limn. Jur. publ. T. V. add. ad 2, 11. p. 63. 64. Coëgit etiam Wenceslaum ordines juramento solvere, nec tamen accepit à *Bohemis* oblatum regnum. Adversus *Ioannem Galeacium D. Mediolanensem* turbas moventem profectus ad Benacum lacum rem male gerit; desertus à Pontifice & Florentinis, *Moguntino* etiam conatibus ejus adversante. Inde in Germaniam redux, huic exornandæ ætatem reliquam impendit, vir animo magnus, ingenio acer, majestatis Imperii & Rerum publicarum perquam amans ac studiosus, justitiæ gloria clarissimus, nec non bello exerci-

Ruper-tus Imp.

[a] Musarum columen, pietatis fida columna,
Non tantum belli, nobile fulmen eram.
Nic. Reusn.

exercitatus. [a] Epitaphium tale ei Heidelbergæ in templo ab ipso Spiritui Sancti dicatum: *Robertus Bavariæ Dux Comes Rheni Palatinus, Romanorum Rex justus pacis & religionis amator, dignus Deo visus qui pro justitia pateretur, hujus sacræ ædis & Collegii institutor hic cum castissima conjuge Elisabetha Norici montis Burggravia quiescit, vita functus 1401. Kal. Iun. 15.* Communis ille Rupertus pater fuit linearum Palatinarum universarum, quæ dein profatæ. Ex prima conjuge, cujus nullibi nomen legi, sustulit *Rupertum* cogn. *Pipanum* s. *Pipinum*, qui in prælio Sigismundi ad Nicopolin gravem jacturam passus & cum paucis suorum (aliqui à Turcis etiam captum sed liberatum [b] asserunt) domum reversus 1395. Ambergæ decessit, nullis ex *Elisabetha Spanheimia*, quæ quintam comitatus partem cum Crucenaco attulit & 1416. decessit, liberis relictis. Ex *Elisabetha Norica* autem secunda Ruperti Imp. conjuge nati, præter *Margaretam*, Caroli D. Lotharingiæ, *Agnetem* Adolphi D. Cliviæ (extinctam 1404.) *Elisabetham* Friderici Austriaci (defunctam 1409.) conjuges, *Fridericus, Ludo-*

Rupertus Pipanus.

a Reusn.

b Me fera Turcarum gens duro carcere clausit:
Eripuit magni provida cura Dei.
Nic. Reusn.

Ludovicus, *Ioannes*, *Stephanus*, *Otho*. Ex his *Fridericus* Ambergam incoluit ἄγαμος, *Ludovicus* Electoratum, *Joannes* Neoburgum, Sulzbacum & alia tenuit, magnaque autoritate apud Sigismund. Imperatorem ob auxilia bello *Hussitico* lata fuit, & 1445. mortuus est. *Stephanus* Simmerensem & Bipontinum tractus sortitus, demum *Otto* Neoforum & Mosbacum inhabitavit, dein *Electorali administratione* illustris.[a] Ludovici & Stephani posteritas peculiares lineas dedit, de quibus postea. Joanni autem ex Sophia Vratislai D. Pomeraniæ filia (quæ 1426. mortua) præter alios brevis ævi filius fuit CHRISTOPHORUS, qui intuitu matris *rex Daniæ*, *Suecia* & *Norvegiæ* electus est 1439.[b] Regios ex Suecia thesauros, à multis annis collectos, in Daniam exportaturus, eos sævissima exorta tempestate, in mari amisit: & 1448. in ipso belli adversus Lubecenses apparatu Helsinburgi decessit, improlis ex *Dorothea Brandeburgia*: ex qua dein successor regni Christianus Oldenburgius reges reliquos & Holsatiæ Duces genuit. Ottoni qui 1461. vel 1465. mortuus est, ex *Anna* f. *Ioanna Bavarica* geniti plures filii, *Otto II.* Mathematicarum & aliarum scientia-

Ioannes Neoburg.

Christophorus R. Daniæ & Suec.

a Mitis amansque Dei, rectum ingeniosus ad omne,
Regna novi tenui non sine laude fori.
Nic. Reusn.

b Regna mihi virtus & sors dedit: incluta Regem
Cimbria me legit, jusque fidemque dedit.
Nic. Reusn.

ſcientiarum amator ſingularis, 1499. extinctus, *Rupertus Ratisponenſis*, 1466. mortuus, *Joannes Auguſtanus* [a], *Albertus Argentinenſis* Epiſcopi, quorum hic de Epiſcopatu bene meritus & concubinatus ſacerdotum ſummus oſor fuit: arcem Rubeaquenſem pene collapſam inſtauravit: vallem Pruſcæ (Breuſchthal) redemit, & 1506. deceſſit. Horum ſorores fuere *Margareta* Reinhardi C. Hanoviæ, *Dorothea*, Landgravii Leuchtenbergii, *Eliſabetha*, Philippi C. Reineccii uxores, *Barbara* & *Anna* moniales: Cum ergo filii omnes cælibes eſſent, ipſi cum Ottonis, ut in Chriſtophoro Joannis proſapia defecit. Inde lineæ diverſæ.

I. ELECTORALIS PRIOR.

Ludovicus Barbatus Elect.

Ruperto patri in electoratu ſucceſſit LUDOVICUS cognomento *Barbatus*, vel *pius* vel *cæcus*, jam antea, cum pater in Italia ageret, ejus vicarius. In *Palæſtinam* copias, tum in *Pruſſiam* pro Teutonicis duxit; non minus bellum quoque habuit adverſus *Moguntinum* & *Badenſem*. Concilii *Conſtantienſis* præſes ſententiam in *Huſſum* & *Hieronymum Pragenſem* latam juſſu Cæſaris lictoribus exequendam commiſit: Pontificem etiam *Ioannem XXIII.* in Concilio depoſitum cepit, cuſtodiaque arcta Heidelbergæ, dein Manheimii detinuit. E concilio

a Alii tantum Canonicum & præpoſitum fuiſſe perhibent.

concilio rediens, quod Sigismundum in principum ignorantiam invehentem audisset, senex *Latinæ* linguæ studere cæpit. Decessit senio oculorum usu amisso 1439. al. 1436. Uxores habuit *Blancam Henrici R. Angliæ* filiam, matrem *Ruperti*, qui ob eam Anglicus dictus fatis concessit 1426. & *Mechtildem* filiam *Amedæi Sabaudi principis Achajæ & Moreæ*, quæ ducta 1417. 1436. moriens reliquit *Ludovicum*, *Fridericum*, *Rupertum*. Filius LUDOVICUS *placidus* vel *mansuetus* cognominatus, nat. 1424. patri sub tutela Ottonis patrui (quem majoribus fratribus Ludovicus prætulit) successit. Contra Ludovicum Delfinum aliquas Alsatiæ civitates occupantem arma gessit 1444. Sed brevi 1449. vivendi fecit finem. Relictis ex *Margareta* f. *Amedæi Ducis Sabaudiæ*, vidua Ludovici Andini Regis Siciliæ, quæ tertium nupsit Ulrico C. Wirtenbergio, & 1470. mortua est, *Mechtilde* Ludovici C. Wirtenbergici, & dein Alberti Austriaci conjuge, atq; *Philippo* dein Electore. Ex fratribus Ludovici minor natus 1427. RUPERTUS electus est *Colonienſis Archiepiscopus*, sed ei oppositus *Hermannus Hassus* in obtinendo archiepiscopatu prævaluit, licet pro Ruperto frater Fridericus & *Carolus Dux Burgundiæ* facerent. Unde exul demum & ab Hermanni satellitibus captus post biennii captivitatem 1480. moritur. Medius filiorum Ludovici fuit FRIDERICUS cogno-

Ludovicus Mansuetus Elect.

Rupertus Elect Colon.

Fridericus Victorioſus Elect.

cognomento *Victoriosus*, seu der böse Fritz / natus 1425. [a] Ludovico majori fratre mortuo electoralem *administrationem* nactus est, tutor nepotis Philippi; Verum cum hunc 1454. adoptasset, proprio nomine *elector* esse cæpit, *calibatu* tamen perpetuo promisso, ne nepoti præjudicium faceret. Repugnavit *Fridericus III. Imper.* pro virili, quod in A. B. fraudem id fieret: consensu tamen matris, & procerum, quibus accessit *Nicolaus* Pontifex, Fridericus Palatinus dignitatem ad mortem usque tulit, & à collegis agnitus est elector. Bella multa gessit & felicia. *Lazelsteinenses* comites refractarios ejecit, qui in exilio decessere ἄπαιδες 1452. unde comitatus ad Palatinos venit. *Ludovicum Bipontinum* agnatum, hostibus ejus sociatum, comites *Leiningenses*, Episcopum *Spirensem* & alios compescuit. Præcipuum & gravissimum bellum, cum *Diethero Isenburgico* Elect. *Moguntino* (quem Papa, quod sine Pontificis assensu electores se non convocaturum promittere nollet, excommunicaverat, substituto *Adolfo Nassovio*) assisteret una cum *Ludovico Divite D. Bavariæ.* Cum vero ex Adolfi partibus

[a] Ejus res gestas descripsit *Ioannes Trithemius.*

Et bellator eram præstans, & pacis amator:
Nomina sunt factis consona sæpe suis.
Tres non ego animis, nec aperto pectore tardos
Captivos traxi densa per arma duces.

Nic. Reusn.

partibus præter Cæsarem [a] & Pontificem Ludovicus Bipontinus, Albertus C. Brandenburgicus, Carolus M. Badensis, ejusque frater Georgius Episc. Metensis, & Ulricus C. Wirtenbergicus essent, inferior fore visus Fridericus. Sed 1462. Cal. Jul. felicissimè hostes inter angustias Rheni & Nicri prope *Seckenheim* stravit, *Badensi*, *Metensi* & *VVirtenbergico* captis. Singuli obtinendæ libertati lytron grave solvere coacti. Ita etiam *Strada Montana* ad Palatinos devenit. Tum bellum autoritate Friderici Imp. compositum. Hic vero postea 1471. *Augustæ* publice Palatinum deposuit: nemo tamen ausus ei vim inferre, cum universi ejus experti essent vires. Demum cælibatus pertæsus, nepotis & agnatorum consensu, procerumque conscientia, cum æquales nuptias contrahere non posset ob conventionem, præsentibus Philippo Episc. Wormatiensi, Georgio Episcopo Spirensi & aliis 1462. nobilem duxit *Claram à Tettingen*. Ex qua nati duo filii, quibus assignavit nepote consentiente dynastias *VVeinsperg*, *Neuenstatt*, *Meckmul*, *Scharfeneck*, *Umbstatt*, *Uzberg*. Sed postea substitutus à nepote pro illis comitatus *Lævvenstein*, quem Fridericus 1441. à Ludovico ultimo Comite Lævvensteinio, postquam ille filium Wolfgangum, & fratrem Henricum Ecclesiasticum

[a] Unde & Heidelbergæ specula excitata, Trutz Käyser.

amisisset, [a] emerat 14000. aur. Rhenan. Demum obiit Fridericus 1476. 12. Decembr. sepultus Heidelbergæ habitu minorum: in ejus epitaph. inter elogia, illa leguntur: *salus patriæ, prædonum fulmen: & fuit ejus vitæ socia virtus, gloria mortis comes.* Libertatem & majestatem Imperii adversus insidiosas machinationes Pontificum fortiter asseruit. [b] De Friderici prosapia, unde *Lœvvensteinii* moderni comites, sub finem familiæ *appendicis loco* agetur. Ludovici Mansueti unicus filius & quidem posthumus fuit PHILIPPUS *ingenuus* [c]: qui sub tutela patrui Friderici adolevit, & eo mortuo ipse gubernacula suscepit. Sub ipso ante bellum Bavaricum Palatinatus viris, opibus & literis (docti recensentur *Rud. Agricola, Ioh. Capnio* s. *Reuchlinus* [d], *Ioh. Dalburgius* Episcop. *VVormatiensis*, Philippi *Cancellarius, Iohan. abb. Spanheimius, Iodocus Gallus, Iacobus VVimphelingius*) floruerat, sed *bellum Bavaricum* crescentis familiæ fuit remora. Origo hujus illa; quod

Philippus Elector.

a Conf. de comitibus veteribus Lævvensteiniis Walz. Wirtenberg. Stamm-und Namens-Quell. L. 2. c. 10. p. 165.

b Reusn.

c Ingenio felix & opum successibus auctus,
Nomen ab ingenua mente fideque tuli.
N. Reusn.

d Ab hoc & Agricola jussu Electoris primum in Germania historiæ aliquod corpus concinnatum est. Phil. Melancht. præf. ad Brotuff. Chron. Anh.

quod Georgius *dives Dux Bavariæ*, elocata *Ruperto virtuoso*, Philippi filio, unica filia *Elisabetha*, eam & per eam generum heredes omnium bonorum & ditionum testamento, cui executores destinaverat *Uladislaum R. Bohemiæ, Ludov. XII. R. Galliæ*, & alios magnos proceres, scripsisset. Testamentum hoc Maximilianus Imperator, ut in fraudem agnati Bavari contra leges imperii factum, probare noluit, probavit vero Pontifex. Duæ tamen, ut sine bello res perfici posset, ab Imper. trientes ditionum Georgii, nomine tum dotis tum prætensionum, quas ab antiquo adversus Bavaros habebant Palatini, offerebantur, ut tertia tantum pars ad *Albertum Bavarum* veniret. Rupertus fiducia Bohemorum & regis Galliæ, qui dicitur stimulasse, conditionibus recusatis, jus armis prosequi statuit; & ob hoc à *Maximiliano* ipse, & mox 1504. pater, quod auxilium ferret, *proscribuntur*. Inde omnes in Palatinos irruunt, *a* quos *Galliarex* deserit, *Bohemi* frustra tuentur, acri prælio ad *Ratisponam*, in quo Rupertus strenue dimicavit, victi. *VVirtenbergenses VVinsbergam*, *Maulbronnam* & alia eripit. *Norimbergenses* Altorfium, Hersbrug, Lauffenam. Ingolstadium *Bavarus*. Alibi quoque carpunt ditiones, agnatus *Bipontinus*, *Leiningenses* Comites, *Hassiæ Landgravius*. Hic præter alia *Homburg*, *Bickenbach*, *Umbstatt*

 cepit

a Conf. oratio Philippi patris ad filios ap. Hub. Thom. Leod. L. 2. p. 37. seq.

cepit, quod ultimum ex dimidia parte ad *Hanoicos*, ex altera ad Palatinos ſpectabat. (Sed poſtea 1521. nova transactione iterum ad dimidiam partem Palatini admiſſi) Cæſar autem quæ ab imperio oppignerata erant Palatinis, ſine cæde recuperavit, & *advocatiam provincialem Alſatiæ*, [a] ſuæ adſcripſit genti. Solus ex vicinis *Chriſtophorus M. Badenſis* nihil adverſus eum movit, ſed omni potius ope ejus cum Cæſare reconciliationem quæſivit. Acceſſit 1505. in *comit. Colonienſ.* interceſſio *Fridericiſ Elect. Saxon.* qui non ſine offenſione Cæſaris Philippum ſupplicem auſus ei adducere. Primus tamen filius Philippi *Fridericus* apud Imperatorem patri viam ſtraverat gratiæ. Sic in gratiam receptus Elector: Filiis autem Ruperti pars aliqua avitæ hereditatis inter Nabum & Danubium, qui *Neoburgenſis principatus* (aliis appellatur *Palatinatus junior*) conceſſa. Faſſus demum dicitur Imperator 1518. ſe Palatinis feciſſe injuriam, & pollicitus reſtitutionem, *vectigal* aliquod quod *aureum* appellant attribuit. Deſcripſit hoc bellum, quo non viribus ſolum ſed & autoritate decrevit Palatinatus, carmine *Rich. Bartholinus* libris 12. quibus *Spiegelius* adjecit commentarios. Non diu ſuperfuit Philippus

Liberi.

a Hanc Chifflet. Alſ. vindic. c. 9. putat à Sigismundo Imp. oppignoratam Palatinis. Retinuere tamen hi etiam poſthæc, donec Carolus V. illam cum præfectura Ortenaviæ 80000. flor. & 20000. nomine expenſarum redemtas Lucemburgiis iterum vindicaret.

lippus, utpote mortuus 1508. Cal. Mart. Ex filiis ejus, qui ex *Margareta Bavarica* 1474. ducta & 1501. mortua, præter filias *Æmiliam*, pietatis, modestiæ, prudentiæ & beneficentiæ laude inclytam, Georgio Duci Pomeraniæ, (quæ 1524. decessit,) *Helenam* Henrico D. Megapolitano 1513. *Elisabetham* Wilhelmo Landgr. Hassiæ 1498. & Philippo M. Badensi 1513. nuptas (hæc 1522. mortua est) atque *Catharinam* abbatissam, suscepti novem fuere, *Philippus* natus 1480. *Episcopus* 1499. *Frisingensis*, & 1512. *Naumburgensis* fuit, (mortuus 1540. vel 1541.) *Georgius* (natus 1486.) *Spirensis* 1513. qui arcem *Udenheimensem* (quam dein à Friderico V. destructam, Philippus Episc. Spirensis restituit, & de suo nomine Philipsburgum dixit, quo nomine nunc celebris munitio, & Gallis pace Monasterienſi cessa est) extruxit, & motus *rusticos* sine multo sanguine sedavit, (mortuus 1529.) *Henricus* (natus 1487.) *VVormatiensis* 1523. *Ultrajectinus* (quo episcopatu demum adv. Carolum Geldriæ Ducem sui defendendi impos,[a] se abdicavit) & fratre mortuo, *Frisingensis*, (defunctus 1552. s. 1554.) *Ioannes* (natus 1488.) *Ratisponensis*, 1507. (Excessit 1538.) Ex iis vero qui seculari instituto vixere, *VVolfgangus* natu (excepto *Ottone Henrico*, qui 1496. non integrum mensem explevit) minimus (in

Filia.

Ecclesiastici.

Wolfgangus.

[a] Ita Ultrajectum & Transisalania ad Carolum V. translata. Meteran. 1, 1. p. 20.

lucem editus 1494.) initio etiam Eccleſiæ dicatus, *Neofori* habitavit, & *ſapientis* nomen meruit, 1558. cælebs vitam clauſit[a]: Tertius natu (editus 1481.) *Rupertus Virtuoſus*[b] prius ſacris deſtinatus & jam 1495. Epiſcopus *Friſingenſis* deſignatus, dein *Eliſabetha Bavarica* ducta, ob illam hereditatem triſti bello Bavarico ſtirpem involvit, quo durante etiam ſeu veneno ſeu mærore vitam 1504. finivit: de ejus liberis poſtea. Ludovicus autē primogenitus & dein Fridericus II. Electores fuere.

Rupertus Virtuoſus.

Ludovicus Elector.

LUDOVICUS cognomento *Pacificus*, primus filius Philippi, nat. 1478. juvenis ad regem Galliæ miſſus, inde patri ſucceſſit in electoratu. *Pacis* & concordiæ ſemper ſtudioſus[c]: In comitiis *VVormatienſibus* ſe Pontificiorum miniſtrorum ſententiæ de non ſervando ſalvo conductu in cauſa *Lutheri* oppoſuit. *Franc. Sickingenſem* coercuit, & demum obſedit, qua in obſidione ille mortuus. 1521. mediante Wilhelmo Epiſcopo Argentinenſi cum Haſſis tranſegit, ut opidum & præfecturam Umſtat poſthac pro indiviſo Palatini & Haſſi poſſiderent. *Ruſticorum* ſeditionem armata manu ad *Pfedersheimium* repreſſit,

a Conſiliis prudens, ævi ſapientia noſtri,
Utilior patriæ quam mihi ſæpe fui.
Nic. Reuſn.

b Non rupi pacem, pacis defenſor & æqui,
Cætera non opus eſt quærere, nomen habes.
Nic. Reuſn.

c Thuan. L. 1.

pressit, ut tamen à cæde quantum fieri posset cohiberet militem. Primam *religionis pacem* obtinuit Evangelicis *Norimbergæ* à Cæsare 1532. ne cui molestia ob religionem ad Concilii usque tempus fieret. [a] Cum autem Carolo V. inprimis carus fuisset, eo vivo non erupere in bellum odia Pontificiorum. Quamvis autem ipse eam non profiteretur, religionis tamen Evangelicæ libertatem permisit 8. civitatibus *superioris Palatinatus*. Cum ἄπαις moreretur 1544. 16. Mart. pax Germaniæ sepulta dicebatur. In epitaphio hoc elogium: quod *propter multas discordias tumultusque per se summa cum prudentia tum sumptu sedatos pacifici nomen meruit.* Ei oblatam dignitatem Imperialem, sed recusatam dicit *Eckius Bavarus* apud *Hub. Thom. Leod.* [b] Successit ei, cum ex *Sibylla Bavarica* 1511. ducta prolem non suscepisset, in electoratu ex paterna dispositione, præterito adhuc nec tamen invito *Ottone Henrico* filio Ruperti,

FRIDERICUS II. *Sapiens* & *pius* [c] cognominatus, cujus varios casus [d] descripsit comes indi- *Fridericus II. Elect*

a Sleidan. L. 4.

b In oratione ad fratr. Palat. in comit. Norimb. 1524.

c Me pietas cœlo locat aurea, commodat orbi,
In patriam & superos nomine reque pium.
Nic. Reusn.

d Astrologi quod natus esset ipsa hora qua canis oriretur, ex augurio vano non vanum prædixisse memorantur, prima ætate alicui magno principi bona fide serviturum gratissimumque futurum: reliquam vitam ærumnosam & laboriosam, honoribus tamen variis illustrem fore, quibus anteiret fratres & fere omnes superviveret. Thom. L. 2. p. 21.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [237] - 201
PUBLIC DOMAIN

individuus *Hubert. Thomas Leodius* VII. libris. Natus 1482. Egit juventutem in aula inprimis *Philippi Auſtriaci*, Maximiliani, quem Ludovico ejus fratre ad regem Galliæ miſſo offenſum apparebat, favori promerendo. A *literis* ludimagiſtrorum tyrannide deterritus, non niſi mediocriter intellexit latina. *Equeſtris* tamen ejus peritia apud Hiſpanos & Belgas proverbii loco fuit. In bello *Gelrico*, tum *Veneto* ſtipendia meruit: demum Philippo, cui gratiſſimus, mortuo educationi *Caroli V.* admotus, ea vero re aliorum invidia provocata eſt. Gratia autem excidit Wilhelmi Croii *Chievrei* æmuli calumniis, occaſione amorum *Helionoræ* ſororis Caroli, ut non ſine vitæ periculo aula dimitteretur. Cum inde *Amberga* vixiſſet, primum rurſus ad Carolum V. venit, miſſus 1519. ab Imperio legationis caput, ſignificandæ *electioni* Imperiali: Ex quo intimus rurſus Carolo, abſentis ſæpe *vicarius* [a] & *legatus*, in plerisque comitiis ex *conſiliariis primus*, tum 1528. *Comitiorum præſes*. Præter alias deliberationes inprimis *Eccleſiaſticarum rerum Compoſitioni* adhibitus, & 1530. in *Auguſtanis* comitiis pleraque Imperator per ipſum egit cum Proteſtantibus. Imperii nomine bis exercitus *Chriſtiani* contra *Turcam* dux fuit; ad famam autem ejus adventantis Solimannus *Viennæ* obſidionem ſolvit. Quia autem 1524. interventu Philippi Friſing. Epiſco-

[a] Limn. Jur. publ. T. IV. ad 3, 12. p. 367.

Episcopi facta erat transactio, ut ante nepotem Ottonem Henricum Fridericus electoratum capesseret; licet aliqui nepotem instigarent, ut non permitteret; *Ludovico fratri successit* in electorali munere 1544. *Wilhelmi* autem *Bavari*, qui eandem investituram appetebat è Norimbergensi conventione, petitio irrita fuit. Tum *globus aureus* s. pomum imperiale, Cæsaris dono insignibus Palatini Electoris illatus. Cum multa in religionis dissidio sopiendo tentasset, tandem postquam Ottonem Henricum Heidelbergæ etiam habitantem Evangelio favere conspiceret, 1546. publice Heidelbergæ *reformationem* instituit, *a Pauli Fagii* Argentorato evocati opera, & Protestantibus reliquis consilium significat: qua re ab ipso Imperator, inprimis instigante Granvellano, redditus alienior, cui accedebat, quod ad *Saxonem* legatum miserat, nec minus ad Protestantes *Francofurti* congregatos, ut obtineret auxilia ad res Danicas expediendas, qua tamen in re frustra fuit. Ad famam armorum Cæsareorum ex Imperatore causam scisciatur belli, & de reconciliandis principibus laborat.[b] Cum id frustra tentasset, *Wirtenbergico* principi, ex fœdere[c] 300. equites & 600. pedites mittit, qui

Reformatio Evangelica.

a Sleid. L. 16. p. 478. L. 18. p. 559. *b* Sleid. L. 17. p. 516.

c Ita contra Ludovicum ab Avila Hub. Thomas negat Fridericum cum principibus Smalcaldici fœderis se conjunxisse, sed simpliciter ex fœdere misisse Wirtenbergico Duci auxilia, quibus se, adversus externum militem tueretur.

qui ad *Ingolſtadium* in exercitu Smalcaldicorum contra Cæſarem educti, & fortius pugnantes periculum crearunt Friderico. Nec vero Smalcaldicæ cauſæ ipſius particeps eſſe volebat. Cum ex Cæſaris parte victoria ſtetiſſet, Fridericus contra ſpem Guilhelmi Bavari, ei reconciliatus, & ſupplex factus *a*, vel ſaltem ſe excuſans [b] comparuit; Ipſius opera dein plerique uſi, in Cæſaris recepti gratiam. Verum cum 1548. Cæſar librum *interimiſticum* publicaſſet, non auſus eum amplius offendere Fridericus, recepit. [c] Ad extremum moritur ἄπαις 1556. ætat. 74. Circa matrimonium varia fata. Primi amores *Helionoræ Auſtriacæ* irriti. *Iuliacenſis* ducis heredem oblatam, cum deliberat Fridericus, Clivenſis Dux favore Maximiliani Imperatoris præripuit. *Maria Reg. Vngariæ* oblata, ut Ferdinando Romanorum regnum fratris ope procuraret, [d] cum res ipſius præcipue autoritate perfecta, à ſecundis nuptiis abhorrere dicebatur. *Montisferratenſem* filiam heredem Granvellani favore Dux Mantuanus præripuit, quia major dicebatur olim Friderico deſponſata fuiſſe. *Sigismundi regis Poloniæ filia*, quod non dotata vel parum dotata ducen-

a Ita loquitur ipſe Fridericus ap. Thuan. L. 2. p. 121. in oratione ad Cæſarem elegantiſſima.

b Ita Hub. Thom. Leod. nec non Sleid. L. 18. p. 559.

c Sleid. L. 20. p. 628. 630.

d Addita alia conditio, ut fratri perſuaderet, qui electoratum ipſi cederet, quam tamen ipſe averſatus eſt.

ducenda esset, *a* omissa: Quæ dein Joachimo Elect. Brandeburgico nupsit. Posthæc oblata est Ducis Calabriæ soror cum dote 60000. ducatorum, sed cum de hac deliberatur, Gallicæ pollicitationes intervenere. Nam à rege Galliæ, qui eum & fratrem ab Austriacis abstrahere moliebatur, promissa dote quantam filiabus dare soleret, propositæ tres præcipuæ totius regni virgines, regis *Navarræ* soror, *Guisia* & *Vindocinensis*, ut ex illis optaret: cum optasset primum Guisiam [b], inde Navarrenam [c], subinde frustra habitus; quod Guilelmo Duci Bavariæ, qui clam impediviſſet, tribuebatur. [d] Tandem ducta 1532. *Dorothea Christierni* captivi *Regis Daniæ* & *Isabellæ sororis Caroli V.* filia, cum promisso, regna *Daniæ* & *Norvegiæ* ei adversus Christianum III. asserendi. In ea tamen spe frustra fuit, & sumtus etiam, qui pro liberatione soceri post Friderici I. mortem durantibus turbis Danicis facti, in irritum cecidere. Successit nepos OTTO HENRICUS cognomento *Otto Henricus Elect.*

a Recordabatur, quod cum Georgius Dux Bavariæ etiam Polonam habuisset conjugem, dos nunquam numerata fuerit.

b Obtentum, dum ille deliberasset, Longavilleo desponsatam, quod Pater extraneæ gentis liberius de suorum matrimoniis disponendi haberet potestatem.

c Excusatio, quod ea Isabella Albretana s. Navarrena clam omnibus, fratre sorore & amicis, Rohanco Domino fidem dedisset.

d Id fassus dicitur Franciscus.

mento *Magnanimus* filius Ruperti: variæ princeps fortunæ, qui vix 1502. natus, pene exul fuit, patre omni fere ditione 1504. exuto: Conceſſus tamen ei & fratri ex ditione materna principatus *Neoburgicus*. Inde in *Palæſtinam* vulgata tum religione profectus rediit 1521. In provincia autem 1542. *Evangelicam religionem* introduxit: ac poſtea *Smalcaldico* fœderi dedit nomen, unde de capite & fortunis periclitatus, à Cæſare exuitur ditione; ex eo Auſtriacis non admodum favens.[a] Sed 1552. *Mauritius Saxo* Auguſtano Epiſcopo ejecto recuperavit eandem, ac ipſe reſtitutus eſt. Poſt mortem autem patrui, quem ante ſe electoratum gerere permiſerat, eundem ſuſcepit. Cæterum mox quicquid Pontificii fermenti ſupererat, Friderici primis conatibus Caroli V. ſucceſſibus interruptis, è tota provincia eliminavit,[b] *miſſa* prohibita & *ordinatione eccleſiaſtica* ſermone vernaculo vulgata. *Academiam* quoque, ipſe ſtudiis delectatus, rectius ex conſilio *Melanchtonis* diſpoſuit & dotavit: primus quoque fuit florentiſſimæ poſtea *Bibliothecæ* inſtitutor. Deceſſit 1559. 12. Februar. orbus, ex *Suſanna Bavarica* Alberti, qui avi patrisque hoſtis fuerat, filia 1529. ducta & 1543. mortua, non ſuſcepta prole, & ultimus è proſapia Lud. Barbati, quod ipſe ultioni divinæ ob ſanguinem *Huſſi* fuſum aſcripſit. Maternam ditionem *Neo-*

a Thuan. L. 17. p. 541.
b Sleid. L. 26. p. 864.

Neoburgenſem tranſmiſit teſtamento ad *Wolffgangum Bipontinum*, electoratus herede Friderico Simmerenſi. PHILIPPUS cognomento *Bellicoſus* frater fuerat Ottonis Henrici, natus 1503. Hic ſub Carolo V. adverſus Gallos in Italia primis militiæ rudimentis factis, poſtea 1529. contra Solimannum qui vicies eam oppugnaverat defendit *Viennam*, fortitudinis egregio ſpecimine. Inde nomine Ferdinandi Regis Romanorum *Wirtenbergico* agro præerat, & 1534. Philippo Landgravio, cum is Ulricum Ducem reſtituere vellet, cum copiis occurrit, ſed amiſſa globo tormentario pedis calce capitur. Reliqua vitæ pars, poſtquam dimiſſus, in quiete exacta. De ſpe nuptiarum regiæ filiæ & ob hoc itinere clandeſtino in Angliam 1538. ſuſcepto, ac Friderici apud Cæſarem excuſatione vid. Hub. Thom. Leod.[a] Literarum etiam inter arma cultor fuit. Ob. 1548. *Heidelbergæ*, egregio ornatus Epitaphio.[b]

Philippus bellicoſus.

II. SIMMERENSIS vel ELECTORALIS POSTERIOR. vid. pag. 192.

STEPHANUS filius *Ruperti Imperatoris* & maritus *Annæ* filiæ *Friderici* ultimi Comitis *Veldenz*.

Stephanus C. Pal.

a L. 12. p. 240. Carolus reſpondit, ſe optare matrimonium perfici, & 60000. coron. additurum, ſed ſcire, regem nec ipſi nec longe potentiori traditurum.

b Quamvis me belli commendat laudibus orbis,
non tamen inferior pacis honore fui.

Veldentiani [a] duas lineas dedit, è duobus filiis, ex Friderico *Simmerenſem*, ex Ludovico *Biponti-nam*, de quibus ordine. Ipſe Stephanus obiit 1444. [b] Et præter duos illos etiam genuit *Rupertum* (qui 1439. Argentinenſis Epiſcopus electus deceſſit 1478.) *Ioannem* (qui Epiſcop. Monaſterienſis & Archiepiſc. Magdeburgius fuit, atque 1475. mortem obiit.) *Stephanum* Canon. Colon. (cui emortualis 1481.) *Annam* Vincentii C. Mœrſii uxorem, *Margaretam* (quam C. Leiningio attribuunt) FRIDERICUS filius fuit *Stephani*, natus 1417. nactus principatum *Simmerenſem*, dictus ab habitatione der Hundsrücker ſeu *Cynonotus* [c]. Filius ejus ex *Margareta Egmondana* Arnoldi D. Geldriæ filia 1454. ducta & 1486. mortua, qui ſolus ſucceſſit (nam reliqui *Rupertus* nat. 1492. Epiſcopus Ratisponenſis fuit, ſed epiſcopatum agnato Joanni ceſſit & 1507. mortuus eſt, *Stephanus* præpoſitus Colonienſis, *VVilhelmus* Canon.

Fridericus C. Pal.

a Qui filius Henrici & Loretæ C. Spanheimiæ.

b Hunc Stephanus patriæ dux artis plenus, avitas
Auxit opes, pontis gemini dotalibus arvis:
Æthereo Vogeſus ſuperat qua vertice nubes
arduus: & prono celer amne Moſella per imas
(Gens vetus Obrincam vocat, oræ nomen adhæſit)
Quærit iter valles, & Rheni conditur alveo.
Armis terra potens & agris opibusque virisque,
Argentique ſcatens venis fulvique metalli.
Nic. Reuſn.

c Dicitur titulo uſus *Ducis Simmeriæ & Spanheimii.* Reuſn.

Canon. Trevir. & *Fridericus* Canon. Colon. vitam Eccleſiaſticam ſectati.) JOANNES I. *pacis* ſtudio commendatur, ut etiam nihil contra agnatum bello Bavarico conatus eſt. Mortuus eſt 1509. Uxor autem Joanna Naſſovia ex Saræpontanis, quam 1485. duxerat, 1503. Horum præter *Fridericum* præpoſ. Argentoratenſem, filius JOANNES II. nat. 1486. Carolo V. inprimis charus & *Cameræ Imperialis judex*, in religione Evangelicis contrarius nunquam fuit, licet ipſe ſequeretur Pontificiam. Unde filii omnes ab hac dein alieni. Obiit 1557. *princeps non mediocribus literis tinctus, & ſumma juſtitiæ ac prudentiæ laude munere ſuo defunctus.* [a] Duas habuit conjuges, ex quarum poſteriori *Maria Iacobea Oetingenſi* nullam, ex *Beatrice* autem *Chriſtophori M. Badenſis* filia, quæ 1535. mortua eſt, numeroſam ſobolem ſuſcepit. Filiæ, *Eliſabetha* Georgio C. Erpacenſi nupſit.

Ioannes I. C. Pal.

Ioannes II. C. Pal.

O

[a] *Illius elogia ita canit P. Lotich. Secundus, ap. Reuſn.*

- - - tranquillas ad pacis idoneus artes
Filius implevit magnum virtutibus orbem,
Juſtitiæ cultor jurisque miniſter & æqui.
Ipſa ſuas illi natura recluſerat omnes
Dives opes, cœlumque animo ſublimis adibat;
Stellarumque obitus, ſtellarum noverat ortus,
Atque ſalutiferas propriis eum viribus herbas,
Quid ſterile aſplenum, quid læta ſiſymbria poſſint,
Et menthæ virides, & odoriferæ calaminthæ,
Bugloſſusque thymusque lupique volubile gramen.
P. P. Is denſis obſcura ducum monumenta tenebris
eruit, & totam ſtirpem laudes que parentum
Ire per ætates juſſit perque ora nepotum.

nupsit: *Sabina* fuit uxor *Lamoralli C. Egmondani*, quem Albanus victimam Belgicorum tumultuum esse voluit 1568. (conf. Thuan. L. 43. p. 637.) ducta 1544. in *comitiis spirens.* magna solennitate. Ipsa vidua cum undecim liberis in summa egestate relicta, tanto miserabiliorem mariti reddidit mortem. *Helena* s. *Amelia* maritum habuit Philippum C. Leiningensem ex Westerburgiis, *Magdalena* vel *Helena*, Philippum Hanoviæ Comitem: *Brigitta* abbatissa Neoburgi fuit, mortua 1562. *Ioanna* præposita Boppardiæ, *Ottilia* & *Maria* ibidem moniales, *Catharina* præfecta monialibus Combæ. Filii autem præter *VVilhelmum* in juventute extinctum tres fuere.

Georgius C. Pal. GEORGIUS nat. 1518. sacris olim destinatus, postea *Evangelicam* religionem amplexus est, & in conjugio cum *Elisabetha* f. *VVilhelmi Landgr. Hassiæ*, Ludovici agnati vidua, quæ 1563. decessit, vixit. Militavit autem aliquandiu Philippo Regi Hispaniæ 1557. cum Polvvilerus in agrum Lugdunensem irrumperet, expeditionis comes. In qua ita se gessit, ut Rex Galliæ eum suis ducibus, quos stipendiis alebat, ascriberet, inque non exiguo loco haberet. [a] Decessit 1569. princeps bonus, humanus, placidus & constans.

Richardus C. Pal. RICHARDUS nat. 1521. quondam Canonicus Argentinensis, fratre mortuo *Simmerensem* nactus est principatum. Cæterum *Evangelicæ* religionis adversus *Calvinianos* acerrimus assertor.

a Reusn.

assertor. Mortuo *Johanne Casimiro* sibi *curatelam* Friderici IV. deberi prætendit, consensu Imper. impetrato, sed ob religionem ordines restitere, quod ad ætatem justam parum Friderico desit causati. Restitutæ ergo quas Richardus jam occupaverat præfecturæ.[a] vid. Thuan. L. 104. p. 1128. L. 120. p. 514. Ter maritus, ducta 1569. *Juliana VViedensi* Comite, quæ 1576. obiit, 1578. *Æmilia Christoph. D. VVirtenbergici* filia, quæ 1589. cum morte deseruit, 1589. vel 1591. *Anna Margareta* agnata Georgii Joannis filia, non nisi ex prima *Catharinam* brevis ævi sustulit filiam. Adeoque orbus decessit 1598. Primus autem ex Joannis filiis fuit FRIDERICUS III. quem sui *Pium* nuncupant. Hic natus 1515. & educatus inter acerrimos Evangelii hostes in aulis *Lotharingica*, *Erhardi Marcani Episcopi Leod.* & *Caroli V.* in *Pontificia* religione adolevit, sed occasione conjugii 1537. cum *Maria Brandenburgica*, Casimiri filia, quæ à *Georgio Pio* in Aug. Conf. educata, *Evangelium* agnovit. Cum autem juvenis arma secutus signiferum Imperii contra *Turcam* egisset,[b] postea *Ambergæ* proprinceps *Friderici III. C. Pal.*

a Dein prætendit saltem reliquos principatus usque ad 25. annum. Limn. Jur. publ. 3. 1, 53.

b Ejus adhuc annis vix pubescentibus, Ister
signa sagittiferæ contra Mahometica Lunæ
egregiæ specimen virtutis & indolis altæ
Primitias vidit, bellatricemque ferentem
Per turmas aquilam validæ stupuere cohortes.
P. Lotich. Sec. ap. Reusn.

præfuit Palatinatui ſuperiori, ac demum agnato Ottoni Henrico in *electoratu* anno 1559. ſucceſſit. Tum orto de *sacra cœna* certamine [a] *Reformatis* primus è Germaniæ proceribus accedens, *Tilemannum Heshuſium* dimiſit, & adverſarios fovere incepit. Habitum 1560. ob hoc *Heidelbergæ colloquium*, ubi adducti à Johanne Friderico Saxone *Maximilianus Morlinus* & *Ioannes Staſſelius* noſtri, cum *Petro Boquino* (qui per cuniculos eousque egerat) & *Thoma Eraſto* medico in arenam deſcenderc. Ex eo autem Reformatis amplius adhæſit Elector, & promovendæ religioni *Neuhuſii* ac *Ambergæ* erexit gymnaſia, nec minus Heidelbergæ *Collegium ſapientiæ* dicavit Theologiæ. Inde 1561. in Conventu *Naumburgico*, an variata an invariata *Aug. Confeſſionis* editio ſequenda, eo authore diſputatum. [b] Anno 1563. *Catechesis Heidelbergenſis* ab ipſo publicata, quam nunc plerique ſequuntur Reformati. Sequenti *Colloquium Maulbrunnenſe* habitum, quo Fridericus (ob ſingularem patientiam audiendi merito laudandus) ex ſuis *Mich. Dillerum, Petrum Boquinum, Caſp. Olevianum, Petrum Dathenum, Zachariam Vrſinum, Th. Eraſtum & Guil. Xylandrum, Chriſtoph. Wirtenbergicus, Ioannem Brentium, Iac. Andreæ, Theod. Schnepfium, Balthaſ. Bidembachium, L. Oſiandrum* adduxit. [c] Actum inter Andreanum, & Boquinum, Olevianum ac Urſinum de *præſentia corporis*

Reformatio.

poris

a Conf. Leonh. Hutter. Iren. p. 410. 411.
b Vid. Thuan. L. 28. p. 31.
c Thuan. L. 36. p. 320.

poris & ſanguinis Chriſti. Edita dein epitome colloquii [a], quam impugnarunt Palatini, Wirtenbergici defenderunt: Aliud quoque colloquium *Franckenthalii* autoritate hujus Friderici Elect. 1571. habitum, cum *Anabaptiſtis.* [b] Effectus ille, ut cum fanatici nec ſcripturæ nec rationibus cederent, elector ne in ſua ditione doceant, interdiceret. Ei periculum in *Comitiis Ratisponenſ.* ob religionem creatum 1566. ubi habito principum conſilio à Cæſare denunciatum Friderico, ut ſeptemviratu cederet, quem Cæſar non illubenter collaturus eſſet in filium, aut Calvinianæ doctrinæ paſtores excluderet. Verum interceſſit *Auguſtus* Elector Saxoniæ. *Hugonotarum* in Gallia cauſam ſtrenue promovit, primum pro *Anna Burgo* deprecatus 1559. Dein alias quoque, literis, conſiliis, legationibus, copiis. Ita ſub filio *Ioh. Caſimiro* miſſus exercitus 6000. equit. 3000. pedites 1567. qui 1568. Condæo acceſſit, Pace autem facta rediit. Alius eò 14000. conſtans ductus Friderici auſpiciis à *VVolfgango Bipontino* 1569. Iterum 1575. exercitus ab eodem Joh. Caſimiro ductus, inito fœdere cum *Condeo.* Amore in fidei ſocios etiam *Henricum* regis fratrem, ad *regnum Poloniæ* capeſſendum cum *Heidelbergæ* tranſiret, aliquanto incivilius exprobatione lanienæ Pariſienſis viſus eſt

a Maſſonius tanti hoc habet, ut ſymbolicis ſcriptis Eccleſiæ ſuæ adſcribat.

b Thuan. L. 50. p. 985.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [249] - 213
PUBLIC DOMAIN

habere.[a] Sic & *Belgis* non ſolum ob communem fidei cauſam, ſed & quia Brederodii viduam uxorem habebat, & affinis Comes Egmondanus ſupplicio capitis affectus fuerat, auxilio miſit filium *Chriſtophorum* 1574. qui tamen ad *Movacum* cecidit. Exulibus vero Belgis aſylum conſtituit *Franckenthalium*, quod antea cœnobium. De ejus morte *Thuan.* L. 62. pag. 180. 181. ubi elogium. Uxor prior Maria Brandeburgica ducta 1537. mortua 1567. Altera Æmilia filia Humberti C. de Neuenaer, vidua Henrici Brederodii, ejus qui inter Belgicorum motuum primos duces, ducta 1569. deceſſit 1602. Ex priori autem ſuſcepti liberi. Inter quos alii immatura morte abrepti: Filiæ *Eliſabetha* (nata 1540. & mortua 1594.) Joanni Friderico II. D. Saxoniæ 1568. *Suſanna Dorothea* (nata 1544. mortua 1592.) Joanni Wilhelmo D. Saxoniæ 1560. *Anna Eliſabetha* (nata 1548. mortua 1609.) Philippo Landgravio Haſſiæ 1567. Joanni Auguſto Palatino agnato 1599. *Cunigunda Iacobea* (nat. 1556. mortua 1586.) Joanni Com. Naſſoviæ Dillenburgio 1580. elocatæ ſunt. Inter filios HERMANNUS LUDOVICUS, nat. 1541. cum in *Biturigibus* daret ſtudiis operam, ſubmerſus in trajectu *Avarici* 1556. periit. Succeſſor LUDOVICUS natus 1539. (quem Reformati *facilem* vel *Lutheranum* cognominant) Sacræ Scriptu-

Ludovicus Elect.

[a] Thuan. L. 57. p. 1267.

Scripturæ lector assiduus, & scholarum ac Ecclesiæ, ipso fatente *Pareo*, Mæcenas liberalissimus. Is ubi patri in Electoratu successit, cum prius faviſſet Reformatis [a] *confessionem Augustanam* puram restituit, magno Imperii ordinum plausu, *Reformatis* dimissis. [b] Itaque hi, *Zanchius*, *Vrsinus*, *Tossanus*, *Dobbinus*, *Smetius*, *Steinius*, *Neostadii* apud *Iohannem Casimirum* ejus fratrem reperere perfugium. *Libro* etiam *Concordiæ* subscripsit, ejusque formulam in ditiones introduxit, neque quod aliqui causati unquam revocavit. [c] Princeps pacificus fuit, neque se alienis ingessit negotiis: quæ autem literis apud Cæsarem pro Gebhardo Archiep. Colonienſ. egerit, vide Thuan. L. 76. p. 885. Maturè decessit 1583. (vid. Thuan. L. 79. pag. 892. 893.) paulo antea ducta secunda conjuge *Anna filia Ezardi C. Frisiæ*, nepte regis *Suecia*, quæ prima affinitas cum *Suecica domo*: accessit altera, cum Ludovici ex priori conjuge *Elisabetha Philippi Landgr. Hassiæ* filia, ducta 1560. mortua 1582. filia ANNA MARIA nata 1561. (dein mortua 1589.) *Carolo Sudermanniæ Duci*, dein *Sueciæ Regi* 1579. nuberet. Cæterum præter hanc & *Fridericum* successorem ex eadem Elisabetha novem utriusque sexus liberos Ludovicus susceptit, omnes brevis ei. Ejus vero frater fuit JOHANNES CASIMIRUS natus *Iohannes Casimir. Admin.*

a Hutter. Iren. p. 130.
b Thuan. L. 62. p. 181.
c Hutter. præfat. Conc. Conc.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [251] - 215
PUBLIC DOMAIN

natus 1543. puer in *Galliam* ductus ibi adolevit, multis egregiæ indolis ſpeciminibus editis. Reducem in *Reformata religione* informavit pater, in qua etiam illi ante alios ſemper præſto fuit, ac ob hoc non parum dilectior. A Maximiliano Imper. 1562. equeſtri dignitate ornatus militiam coluit. Prima ejus expeditio pro Reformatis in Gallia 1568. [a] Pace ad *Carnutes* facta rediit 1570. Alia expeditio 1575. Cum uxorem duxiſſet, *Lauteram* à patre habitandam accepit. Eo mortuo, uti antea exules è *Gallia* poſt *Pariſienſem* lanienam profugos, ita poſtea Reformatos à fratre Ludovico dimiſſos ſuſcepit, ac *Neoſtadii* illuſtrem academiam inſtituit, quam *Caſimirianam* dixere. Ejus autem auſpiciis liber virulentiſſimus prodiit, titulo: *Chriſtiana admonitio de libro concordiæ.* De alia expeditione in Belgium vid. Thuan. L. 66. p. 356. ſeq. unde tranſiit ad *Eliſabetham Reg. Angliæ*, à qua donatus *periſcelide*, ſed multa ei exprobrata. [b] Iterum 1583. *Gebhardo Truchſeſſio*, qui de archiepiſcopatu Colonienſi ob uxorem ductam periclitabatur, aſtitit conſiliis, mox armis, dehortante Cæſare. [c] Cum autem hujus res fere deploratæ, opportune mors fratris Ludovici nunciatur, ut ita honeſto titulo diſcederet, & in Palatinatum redux

a Thuan. L. 42. p. 6589. 603.

b Thuan. L. 68. p. 465.

c Thuan. L. 78. p. 874. L. 79. p. 892.

redux *administrationem* susciperet, aureæ bullæ tenore debitam. Quia vero *Testamento* dati contutores Evangelici, hi initio in Camera Spirensi, mox armis egere: Firmato vero in possessione Johanne Casimiro desistendum fuit. Scriptis tum Palatini, *legitimi tutoris ante testamentarium prærogativam* defenderunt. Ubi primum suscepta administratio, *Augustana Confessio* Palatinatu toto iterum exacta, post novendialem Heidelbergæ 1584. inter *Iac. Grynæum* Basilea evocatum & ministros Ecclesiarum ac studiosos Evangelicos habitam disputationem.[a] Aliud postea inter ejus Theologos & Wirtenbergicos habitum colloquium *Marbaci*. Demum 1592. audita morte Christiani I. Electoris Saxoniæ vita fungitur. Thuan. L. 104. pag. 1128. ubi hoc de ipso judicium: *Cum omnia solus in imperio inter Protestantes posse credi vellet, pauca præstabat, & rationes aliorum conturbabat.* Epitaphium honorificum vide apud Pare. p. 360. Ex *Elisabetha Augusti Elect. Sax.* filia ducta 1570. mortua 1590. præter alios brevis ævi 1580. genuit *Dorotheam*, 1595. Joanni Georgio princ. Anhaltino nuptam, quæ 1618. fatis concessit. Filius Ludovici fuit FRIDERICUS IV. quem *sincerum* cognominant. Hic à patruo à paterna religione ad *Reforma-* *Fride-ricus IV. Elect.*

a Fuere qui cruenta consilia suppeditarent.

O Casimire potens servos expelle Lutheri,
ense, rota, ponto, funibus, igne neca.

Hutt. Irenic. p. 118.

tam traductus & in hac ſtudio Ott. à Grunrad, G. Michaelis Lingelsheimii, Barthol. Pitiſci, educatus, patruo mortuo, quia pauci ad juſtam ætatem deficiebant menſes, ipſe res adminiſtrare cæpit: Licet patruus magnus *Richardus* ſibi adminiſtrationem & curatelam deberi arbitraretur. [a] *Mannheimium* 1606. ex pago ad confluentes Rheni & Nicri urbem extruere, ac munire cepit, quæ exulibus è Belgio citò frequens facta. Cum demum 1610. *Unio* ipſius auſpiciis inita eſſet, brevi poſt ipſe deceſſit, viribus fractus, in Alſatia & Juliaco jam ardente bello. Cæterum multa [b] tum domui Auſtriaca ſuſpectum eum fecere, quæ dein erupere in nervum ſequenti tempore: inprimis quia ſtatus ab auxilio adverſus *Turcas* ferendo excuſaverat aliquando in Comitiis, quod *Ungaria* pars non ſit imperii, nec Venetis contra Turcas auxilia dari ſoleant. Academiam Heidelbergenſem multum auxit, nec minus amplificationi provinciæ ſtuduit. E conjuge *Luiſa Iuliana VVilhelmi Naſſov.* principis *Arauſionenſis* filia ducta 1593. quæ 1644. deceſſit, filii relicti impuberes *Fridericus* & *Ludovicus Philippus*, à quibus Electoralis & Simmerenſis rami.

Tum

a Thuan. L. 104 p. 1128.

b Recens memoria eorum, quæ à Joanne Caſimiro acta, aulæ magnificentia, qua fere omnes alias Germanicas ſuperabat, luſtratio exercitus inſolens, & cauſæ inſtituti valvis templorum & curiarum affixæ, affinitas principis Arauſionenſis, & per hunc Gallicorum primatum Bullionii & Tremollii.

Tum filiæ, *Luisa Iuliana* nata 1594. mortua 1640. Joanni Com. Palat. Bipontino 1612. & *Elisabetha Carola* nata 1597. extincta 1657. Georgio Wilhelmo Electori Brandeburgico 1616. nuptæ. FRIDERICUS V. natus 1596. Ambergæ, quem *patientem* vocant aliqui, è filiis primus fuit; is partim apud *Bullionium* Sedani, partim Heidelbergæ ita educatus est, ut à studiis etiam accederet decus. Patre mortuo de curatela Friderici multa controversia fuit, [a] cum ex *aureæ Bullæ* vigore & Johannis Casimiri præjudicio, *Philip. Ludovicus C. Palat. Neoburgicus*, agnatus proximus (cujus in favorem jam antea 1603. eam Imperator, Electores Moguntinus, Colonienſis, Trevirenſis & Saxo explicaverant; scriptis etiam propugnavere causam *Iohan. Zeschlin*, *Zacharias Friedenreich*, alii) ab altera parte *Iohan. C. Pal. Bipontinus* ex testamento (propugnantibus inter alios *Dion. Gothofredo* & *Marq. Frehero*, olim in hypothesi Casimiriana contrariæ sententiæ addicto) eam sibi assererent. Cum vero non facile possessione dejici posset, Joannes obtinuit. Verum 1613. ante tempus administrationis finitum, se sponte ea abdicavit, imperii tamen negotiis ad 18. Friderici annum completum servatis. Cæterum cum *Matthias* fato functus esset, & ad electionem novi Imperatoris convenissent VIIviri, Fridericus in longius rem extrahi optabat,

Friderici V. Elect.

[a] Limn. Jur. publ. 1, 11, 103.

optabat, & ut prius diſſidia componerentur; nihilominus electio perfecta, & *Ferdinandus Auſtriacus* ab omnibus (intererat pro Friderico *Ioh. Albertus C. Solmenſis*) ſalutatus *Imperator*. Demum cum in ſpes maximas erectus eſſet Fridericus non Aſtrologorum ſolum prædictionibus & aliorum vaticiniorum in ipſum accommodatione, verum inprimis amicitia *Gallorum* a, *Anglorum*, *Danorum*, *Venetorum*, *Hollandorum*, *Sabaudi*, *Brandenburgici* & totius *unionis*, *Bohemiæ regnum*, ad quod electus menſe Auguſto die ſibi natali, delatum [b] contra multorum dehortationes ſolenni coronatione 1619. 4. Novembr. accepit. Sequenti anno 8. Nov. prælio in *albo monte* à *Cæſareis* & *Bavaricis* copiis victus Fridericus cum conjuge & liberis *Vratislaviam*, tum ad ſororium *Brandeburgicum*, demum ad *Batavos* fugit. Interea 1621. 22. Jan. ab Imperatore publico diplomate, improbantibus *Saxone*, *Brandenburgico* & aliis principibus proceſſum, quod capitulationi contrarius ſit, cum conſenſus ordinum nullus

Bohemiæ Rex

a Qui tamen dein Anglorum invidia quieviſſe viſi.

b Bohemorum literas lege apud Lundorp. Act. publ. p. 1. c. 50. p. 240. Electionis cauſas. c. 108. p. 343. Rationes cur acceperit coronam P. 2. c. 2. & 4. p. 41. ſeq. & 19. p. 173. Auſtriacorum autem jura in regnum ſuper ſucceſſione hereditaria P. 1. c. 109. p. 317. ſeq. P. 3. c. 42. p. 137. Dehortatoriæ. P. 1. c. 2. p. 16. c. 4. p. 24. c. 13. p. 83. c. 24. & 25. p. 129. ſeq. c. 26. pag. 142.

nullus accesserit, Catholicis autem & inprimis Colonienſi rem temporis neceſſitate excuſantibus, *proſcribitur*.[a] *Spinola* Hiſpanus è Belgio accitus, parum obnitente *Ioachimo Erneſto Brandenburgico*, unionis duce (unde *Henricus Fridericus Naſſovius* frater princ. Arauſionenſis copias ſuas auxiliares tædio reduxit) *Palatinatus* majorem partem occupat. In *Bohemia*, quæ aliquandiu *Mansfeldius* pro Palatino adhuc tenuerat, demum in Cæſaris ditionem veniunt, *Palatinatus ſuperior* auxilio deſtitutus in *Bavari* poteſtatem, in Saxonis *Luſatia*: *Sileſia* quoque & *Moravia*, ubi *Iegerndorſius* infeſta arma circumferebat, recepta. Tum 1621. *conventu Moguntino* arbitris *Ioh. Suicardo elect. Mogunt.* & *Ludovico Landgr. Haſſiæ unio* diſſoluta, ut ita omnia præſidia Friderico paulatim adimerentur. Solus adhuc *Mansfeldius* pro ipſo arma gerebat, in Palatinatu Hiſpanorum ſucceſſus moratus, & Franconiam ac Alſatiam populatus: novus tamen auxiliaris *Chriſtianus Brunſuicenſis* militiam ſuſcepit, & per Weſtfaliam furibundus diſcurrit. Interea *Reges Daniæ* & *Angliæ* reſtitutionem Friderici urgebant, ſed fruſtra, cum animus nondum mutatus diceretur. Ipſe interim Palatinus non ſine magno periculo diſſimulato habitu, per Galliam ad ſuos Landaviam, quo animos eis faceret, redit. Sed cum *March. Durlacenſis* à *Tillio*, qui antea cladem

Proſcriptio.

dem

a Exagitat hoc Hipp. à Lap. P. 1. c. 11. p. 239. & 240. P. 2. c. 8. p. 477.

dem passus à Mansfeldio, victus esset, *Brunsuicensis* ad *Hæchstam* strage affectus, consilia belli omittit, Mansfeldium ac Brunsuicensem prope Tabernas dimittit. Qui tamen postea non desiere propriis auspiciis quoad vixere Cæsari molestias facessere. Fridericus hinc *Sedanum*, & postea in *Hollandiam* ignotus rediit. Interim *Heidelberga* & *Mannheimium* etiam expugnantur, tum|publice 1623. in *Comit. Ratisp. electoratus* in *Maximilianum Bavariæ Ducem*, multis gravius hoc ferentibus, ipsis etiam *Hispanis*, minus potentem & quem posthac metuere non esset necesse eo munere ornari optantibus, confertur: agnati autem etiamsi superioribus motibus non participassent excluſi. Unde non eorum modo, qui Electoris exautorationem ad exemplum noxiam gravius ferebant, sed & agnatorum, in quibus Neoburgicus non præteriri existimaverat, auditæ sunt querelæ. Interea speraverat *Angliæ Rex* matrimonii filii cum infante Hispanica occasione Palatinum generum restituere, sed *Franckenthalio* dedito, quod solum quæsitum erat, delusum se vidit. Unde 1624. ordinum Angliæ decreto Palatinus armis restitui jubetur, hoste judicato Hispano, & aliis adv. Austriacam magis magisque suspectam potentiam initis fœderibus: Universa autem Jacobo rege extincto, & unica maritima ad *Gades* 1625. frustra instituta expeditione omissa aut eluſa. Alii dein tractatus suscepti

Colma-

Colmariæ, mediatoribus ducibus *Lotharingiæ* & *VVirtenbergiæ*: obtulit se Fridericus ad petendam veniam & Bohemicæ coronæ cessionem; à sumtibus refundendis inopia se excusabat, electoratum tamen vel alternationem saltem cum domo Bavarica repetens. De *Pontificia* autem *religione* in Palatinatu relinquenda negabat. Ita hoc quæsito prætextu tractatus abrupti. Alio electorali conventu *Mulhusii* intercessio pro Palatino, saltem in aliquam ditionum partem, restituendo decreta. Denuo 1630. *Ratisponæ* facta negotii mentio. Tandem cum *Rex Suecia* post Lipsiense prælium maximam electoratus partem, solis fere *Heidelberga* & *Franckenthalio* exceptis recepisset, Fridericus 1632. post decennale exilium ad eum Francofurtum venit, ac in comitatu ejus aliquandiu hæsit. Vitio ei dein versum, quod *Monachium* incendendi regi fuerit author, à quo tamen vim hic abstinuit.[a] Ad extremum eodem anno paulo post regem sub finem Novembris decessit Moguntiæ. Relicta vidua *Elisabetha* f. *Iacobi R. Angliæ*, ducta 1613. quæ post ejus mortem à *Batavis* sustentata ad 1662. superfuit. Ei fuerat in *Pace Pragensi* relicta dos, in Monasteriensi autem 20000. imperiales pro sustentatione semel solvendi assignati. Liberi illi *Liberi.*

a Seu urbis pulchritudinem s. ipsam consanguineorum odia, quamvis utilia sibi, miseratus, quatenus in invisum sanguinem non possent, in innoxia tecta sævire. Papp. in Epit. R. Germ.

illi sunt, præter eos quos prematura fata rapuere: FRIDERICUS HENRICUS nat. 1614. à *Bohemis* in regno successor patris designatus 1620. postea cum eo exul, in trajectu fl. *Teyæ* prope Amsterdamum 1629. 7. Januar. periit.

Fridericus Henricus.

Carolus Ludovicus Elector.

CAROLUS LUDOVICUS modernus est Elector, natus 1617. In exilio patris apud Belgas adolevit, & Lugduni Batavorum diligentem literis navavit operam, ut in linguis & aliis studiis præclare proficeret. Patre vero mortuo ejus nomine patruus *curatelam* suscepit electoratus. In pace *Pragensi* ipsi & fratribus, si ad obsequium redierint, alimentum tantum destinatum quod dignitati responderet. Cum autem *Ferdinandus III.* 1636. eligeretur *Rex Roman.* Palatinus protestatus contra electionem, utpote non omnibus convocatis septemviris factam, & jus suum in electoratum scriptis tuitus est. Anno 1638. emta à Suecis *Meppena*, quæ sedes belli destinabatur, & auxilio Regis Angliæ aliorumque, conscripto exercitu, bellum Cæsari inferebatur ab eo & *fratre Ruperto*. Verùm *Vehlenius* repentina irruptione urbem intercepit, omni bellico apparatu & commeatu refertam: præfectus autem præsidio *Horneccius* alapa centurioni inflicta hostibus mortem extorsit. Inde ab *Hatzfeldio* Palatini *Lemgoviam* obsidentes justo superantur prælio, & una cum omnibus impedimentis Ruperto capto Carolus Ludovicus ægre evadit, Mindam

pedes

pedes delatus. Post hæc *Bern. Vinarienſi* mortuo pecunia inſtructus ex Anglia ad copias duce deſtitutas properabat, ſed 2. vel 3. comitibus ingreſſum Galliam Rex in itinere ſiſti juſſit: ubi detentus, donec res cum Vinarienſibus compoſitæ, metusque ceſſavit. De injuria ejus detenti [a] *Carolus Rex Angliæ & regina Sueciæ* literis conqueſti, ſed re peracta. Inde in pacis *Monaſterienſis & Oſnabrugenſis* pactis 1648. totus *inferior Palatinatus* (cum onere *Stratæ montanæ* Moguntino adreluitionem concedendæ) reſtitutus CaroloLudovico, & *octavus Electoratus* nomine *archithesaurarii* Imperii inſtitutus. Promiſſa quoque ſimultanea inveſtitura in *ſuperiorem Palatinatum* & Electoratum priorem, ſi *VVilhelminam* lineam extingui contingeret. Fratribus autem electoris 400000. imperiales proximo quadriennio æqualibus portionibus numerandi promiſſi: Sororibus ſingulis dena millia. Mox etiam immiſſus Elector in poſſeſſionem ditionis, excepto *Franckenthalio*, quod non niſi poſt multas contentiones 1652. ab Hiſpano evacuatum. Tum Academia Heidelbergenſis reſtituta: Evangelicis exercitium religionis conceſſum in urbe principe: de concordia Eccleſiaſtica conſilia ſuſcepta [b]: Mannheimium reſtauratum & privilegiis ſingularibus

Reſtitutio.

P

[a] Contra fidem gentium factum, queritur Epit. R. Germ.

[b] Qua occaſione D. Dannhauerus edidit libellum: Reformirtes Salve.

gularibus dotatum; alia ornandæ regioni à principe prudenti instituta. In *Comitiis Ratisponensibus* controversia cum patruo composita est. Ferdinandi III. morte controversia ei cum Bavariæ duce nata de Vicariatu Imperii. Bavari fundamentum, quod electoratui pactis Monasterienſibus haud dubie cesso adhæreat vicariatus; Palatini, quia vigore A. B. in terminis hoc asserentis, Palatinatui inferiori (non electoratui) vicariatus affixus sit, & ob hoc à Palatinis ante dignitatem electoralem possessus. Sicuti etiam Saxo vicariatum non qua Elector sed Saxoniæ Palatinus gerat. Res scriptis reciprocis acta. Alia 1661. in Sept. cum domo *Darmstattina* nata controversia, ob jus Ecclesiasticum in præfectura *Umbstatt*. Resque ad arma spectabat, quin ex utraque parte ea sumta. Inde cum Duce Lotharingiæ, Electore Moguntino & aliis fœderatis ob Wildfangiatum & quædam jura controversiæ ortæ, & res ad arma devenit: sed regum interpositione composita est. Patrueli extincto successionem Simmerensem adivit, unde novæ ob Böckelheimium cum Moguntinis lites. Occasione belli adv. Batavos susceptí, cum à Gallis Palatinatus pluribus affectus esset damnis, hostilem in eos animum induit, & ordinibus, qui defensionem imperii parabant, consilia & vires junxit, sed majorem ditionum, in quibus vulnera superioris belli paulatim sanare cœperat, partem à

Philips-

Philipsburgiis præsidiariis, & exercitu hostili ferro & igne vastari vidit. Uxorem 1650. duxit *Carolam* f. *VVilhelmi Landgr. Hassiæ*, cum verò simultates inter conjuges ortæ essent & diutius durassent, ea ad suos à marito discessit: mater ex eo *Carolæ Elisabethæ* natæ 1652. & 1671. Philippo Francico Duci Aurelianensi nuptæ, atque CAROLI, qui dignitatis Electoralis heres natus est 1651. Hic & studiis ea fortuna dignis excultus & aliis virtutibus spem parentum & subditorum alit, sibique conjugem elegit *VVilhelminam Ernestinam Friderici III. R. Daniæ* filiam, quæ ducta 167.. Palatinæ domui nova parere fulcra exspectatur. Ex *Sophiæ Eleonora Degenfeldia*, cui *Raugraviæ* dignitas collata, suscepit Elector utriusque sexus liberos, *Carolum Ludovicum*, *Carolam*, *Luisam*, *Ludovicum*, *Ameliam Elisabetham*. E reliquis fratribus Electoris RUPERTUS solus natus est patre rege, 1619. dein in *Belgio* cum fratribus educatus. 1638. primus conatus in Westfalia irritus, & ipse *captus* ad Cæsarem traductus Viennam. 1642. cum *fratre Mauritio* auxilio avunculo venit: & ad *Kingston* Parlamentariorum cornu sinistrum (dextrum regiorum fere victum erat) in fugam conjecit: tum pleraque recuperata loca, ut *Londinum* sibi timens Essexium accerseret. Seq. anno Robertus *Bristolium*, Mauritius *Exoniam* capiunt deditione. Sed 1644. ille ad *Eboracum*, quod obsidione

Carolus pr. Elect.

Rupertus C. Pal.

liberare conabatur, vincitur à *Cromvvellio*, cum alterum *Fairfaxii* cornu pene deletum, adeò Eboracum deditur. *Oxonii* cum rege obsessi sunt Palatini, ipso vero ad Scotos profugo, urbs deditur, & his ut intra semestre Anglia excederent, interea non adito Londino, injungitur. Cum vero Rupertus mari vexaret Parlamentarios, & in portu Hibernico *Kingsal* se contineret, hi classem 1650. adversus ipsum instruere coacti. Itaque magnas secum in *Lusitaniam* opes detulit, ob quod Angli Lisabonam aggressuri videbantur. Demum triennio fere in Oceano acto, cum 4. navibus in Gallia *Namneti* appulit, inde in Germaniam perrexit ad fratrem. Ex fraterna in Imperialem aulam profectus, in ea aliquandiu egit: Donec 1660. auspiciis Cæsaris expeditionem in *Pomeraniam* susciperet, non tamen multo operæ pretio. *Rege Angliæ* in regnum restituto, Rupertus ad eundem concessit. Ubi nunc quoque inter sanguinis regii principes, periscelidis equites & consiliarios regis locum possidet: Dux *Cumbriæ*, 1643. à Carolo I. creatus & Comes de Holderness, atque gubernator castri Windesorii. In nupero etiam Regis adv. Batavos bello cum duce Eboracensi classi præfuit. MAURITIUS alius frater electoris, nat. 1620. pleraque fata communia cum Ruperto habuit, demum 1654. tempestate ab illo disjectus periisse creditur. EDOARDUS, natus 1624. in *Gal-*

Mauritius C. Pal.

Edoardus C. Pal.

in *Gallia* fortunæ ſedem quæſivit, ducta 1645. reginæ Poloniæ ſorore *Anna Gonzagea* principe, & *religione Pontificia* aſſumta. Deceſſit ibidem 1663. ſine maſculis. Filiæ vero tres *Luiſa Maria* Principi Salmenſi ex Rhingraviis, *Anna* nata 1647. Henrico Borbonio D. Anguiano 1663. *Benedicta Henrica Philippa* nata 1648. Joanni Friderico Duci Brunſuicenſi 1668. nupſere. PHILIPPUS item Electoris frater natus 1627. Legioni equitum *Lotharingicorum* præerat, cum prœlio ad *Retel*, quo Turenius principum captivorum cauſam tuebatur, 1650. cecidit. E ſororibus ELISABETHA n. 1618. doctiſſima & *Carteſianæ* philoſophiæ fautrix, ex fraterna aula in *Brandenburgicam* conceſſit. Dein abbatiſſa *Hervordienſis* lecta eſt, ubi aliquandiu *Ioannem Labadiam*, *Annam Mariam Schurmanniam*, cum qua jam olim amicitiam coluerat, & reliquos ſocios fovit. LUDOVICA HOLLANDINA nata 1622. 1658. è Batavia in *Galliam* mutandæ *religionis* ſtudio ſe recepit, dein ſolenni ritu monaſterium ingreſſa, nuper autem à rege prædivite *Abbatia* de *Maubuiſſon* prope Pontem Æſiæ donata eſt. HENRICA MARIA nata 1626. 1651. nupta *Sigismundo Ragozio*, eodem vitam finiit. SOPHIA natu minima, nata 1630. 1658. *Erneſto Auguſto D. Brunſuicenſi* nupſit. Præter Friderici V. filius Friderici IV. fuit LUDOVICUS PHILIPPUS: qui nat. 1602. in pueritia præcocis

Philippus C. Pal.

Eliſabetha C. Pal. abbat. Herv.

Luiſa Hollandina C. Pal.

Henrica Maria Pr. Transſylv.

Sophia D. Brunſuic.

Ludov. Phil. C. Pal.

cocis ingenii ſpeciminibus multam ſui ſpem excitavit: adhuc minor fortunæ fratris implicitus, & ab *Hiſpanis* omni ditione exutus eſt. Tum ratio ejus in *Electoratu* à fratre ad alium transferendo neglecta, quod in bello fratri adhærens legioni præfuiſſet. Inde poſt *exilium* decennale regi *Sueciæ* victori cum fratre ſe adjungit, atque in ejus comitatu aliquandiu vivit. Fratre autem extincto 1632. à Cancellario Suecico *Oxenſtierna adminiſtrationem electoratus* demandatam ſuſcipit; cujus uſus non diuturnus, ob belli ancipitem fortunam. Unde *Metis* & *Sedani* denuo exul commoratur. Demum 1648. pace Monaſterienſi reſtituitur in ſua: cumque controverſia orta eſſet, cum Electore Carolo Ludovico, ea compoſita, & in *comitiis Ratiſponæ* 1654. inveſtitura ducatus *Simmerenſis* collata principi. Seq. anno Berolini deceſſit. Uxor ejus fuit *Maria* Eleonora f. *Ioach. Friderici* Elect. *Brandeburgici* ducta 1631. & mortua 1675. Ex ea plures liberi, ſed parum vivaces: exceptis *Eliſabetha Carola Maria* nata 1631. quæ Georgio D. Lignicio nupta, deceſſit 1664. & LUDOVICO HENRICO MAURITIO FRANCISCO, qui natus 1640. parenti ſucceſſit, ſed nullis ex *Maria* f. *Henrici Friderici princ. Arauſion.* ſuſceptis liberis 1673. moriens lineam clauſit, & patruelem electorem heredem habuit.

Ludov. Henricus C. Pal.

III. BI-

III. BIPONTINA. conf.p.162. & 207.

Hæc à LUDOVICO *nigro* propagata, qui *Stephani* ſecundogenitus filius & *Ruperti Imperatoris* nepos fuit. Is cum *Friderico Victorioſo* agnato damnoſa ſibi geſſit bella; Adolfum Naſſovium Moguntinis à Pontifice datum Archiepiſcopum contra Theodoricum Iſenburgium defenſurus: cujus bono etiam ſtrategemate urbem occupavit: ſed à Friderico dein multa damna paſſus eſt, & quædam ſua amiſit. Obiit 1489. Maritus *Ioannæ Croiæ* ſ. *Croviacæ*, quæ nupta 1454. 1504. vivis exceſſit, mater plurium liberorum, ex quibus *Margarita* prius abbat. Philippo C. Naſſovio, *Eliſabetha*, Joanni C. Solmenſi 1486. 2. Joanni Ludovico C. Naſſov. Saræpontano 1497. nupſit, *Catharina*, *Ioanna* & *Anna* monaſticam profeſſæ ſunt: *Albertus*, *Philippus*, *Ioannes* Canonici Argentinenſes fuere, ille etiam Epiſcopus creatus deceſſit 1523. Regimen autem geſſere, CASPAR natus 1458. qui teſticulos ſibi patre neſciente præſcindi curaverat, unde conjux *Amalia Brandenburgica* ab eo diſceſſit, & ipſe pro fatuo habitus ac à fratre cuſtodiæ mancipatus eſt: [a] in qua mortuus 1481. & alter ALEXANDER natus 1462. patri & fratri ſucceſſit, ex morbo puſtularum

Ludovicus Niger C.Pal.

Caſpar C.Pal.

Alexander C.Pal.

a Reuſnerus tamen non dubitat illud elogium ipſi admetiri.

Et pietas & ſancta fides & conſcia virtus,
Principis egregii nomen habere dedit.

larum *claudus* & *valetudinarius*: Palæſtinam inviſit:[a] cætera pacis amans, agnatum electorem in *Bavarico bello* non parum armis vexavit. Deceſſit 1514. Relicta vidua Margareta f. Cratonis C. Hohenloici ducta 1499. quæ 1522. maritum ſecuta eſt. Communis autem ex duobus filiis (tertius *Georgius* Canon. Colon. & Trevirenſis, filiæ autem *Ioanna* mortua 1520. *Margareta* 1542. moniales, *Catharina* autem Ottonis C. Rietbergici uxor fuit, mortua 1542.) *Ludovico* & *Ruperto* pater factus eſt totidem linearum Bipontinæ & Veldentiæ.

I. BIPONTINA.

Ludovicus C. Pal.

LUDOVICUS prior Alexandri filius nat. 1502. *Carolo V.* contra Franciſcum R. Galliæ militaverat: dein inter primos per *Schvvebelium religionem* à fermento Pontificio repurgavit, & in ditiones ſuas nequicquam reluctantibus Epiſcopis vicinis introduxit: maturè tamen 1532. extinctus eſt, relicta quam 1525. duxerat uxore *Eliſabetha Haſſiaca*, pari zelo inſtructa, quæ ad 1563. ſuperfuit. Unicus relictus

Wolfgangus C. Pal.

à patre filius WOLFGANGUS nat. 1526.[b] adhuc

[a] Tigris & Euphratis vidi felicia rura,
Par merito, ſi non robore major avo.
Nic. Reuſn.

[b] Judicio magnus, major virtute, fideque,
Maximus ardenti ſum pietate DEI.

&c.

adhuc puer, adolevit sub cura matris & patrui. Tum in aulam *Friderici II.* missus, quæ ad Rempubl. gubernandam facerent, studiose addidicit. Ex ejusdem voluntate 18. annos natus administrationem paternæ ditionis suscepit, & Friderico ad electoratum promoto, *superioris Palatinatus* regimen, cui ad mortem usque Friderici præfuit. Licet autem *Evangelicæ religionis* constantissimus esset assertor, *Smalcaldicis* tamen in bello cum Carolo V. accedere recusavit. Cum autem 1548. *Interimisticam* formulam obtrudere vellet Imperator, & præsens pio ac generoso responso Wolfgangus deprecatus est, & absens eadem literis repetiit: si tamen pastores solum vertere jubeantur, etiam in re molestissima obsequium pollicitus.[a] Ne postea quidem, cum tempore Magdeburgicæ obsidionis de principibus captivis vi liberandis ageretur, licet alterius nempe *Philippi Landgravii* gener esset, misceri voluit: Pace tamen facta, dissidiis, quæ inter ipsos supererant, tollendis dedit operam. Paulo

& - - - quo non major pietate vel armis
Consilio ve fuit; secli prudentia nostri,
Musarum columen, veræ pietatis asylum:
Fortiter asseruit celsæ quam robore mentis
Invicto, multum illi & vi tentatus & astu
Hostili, sævoque dolis: in utrumque paratus,
Pro cultu superum, pro religionis honore,
Seu pugnare armis seu certæ occumbere morti.

Nic. Reusn.

[a] Sleid. L. 20. p. 630. 21. p. 657. Thuan. L. 5. p. 228.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [269] - 233
PUBLIC DOMAIN

post ab Ottone Henrico agnato *Neoburgicum* principatum donationis titulo accepit, ubi gymnasium erexit *Lauingæ*, & alterum apud Bipontinos *Hornbaci*. Demum qui 1566. bello Turcico suis impensis 300. equites in Ungariam duxerat, atque ad finem expeditionis sustentaverat, triennio post 1569. ei à Friderico III. Electore exercitus auxiliaris juvandæ causæ *Reformatorum* in Gallia destinati, imperium attributum, quod uxore urgente suscepit. Vide Thuan. L. 45. p. 724. In ea 11. Jun. *Nessunii* in *Lemovicibus*, cùm corpore gravis ex laborum itineris assiduitate & caloris ac curarum æstu, febri quartana aliquandiu laborasset, & Volradum Mansfeldium sui loco dixisset Imperatorem, inter manus *Ludovici C. Nassovii* ex-
Liberi. piravit. Corpus apud Lemovices depositum, inde ne ob religionem afficeretur contumelia, *Rupellam*, tum *Lubecam* translatum, unde 1571. per Germaniam ad monumentum patrium *Meisenhemium* deductum est. Ex conjuge *Anna Hassiaca* [a] 1544. ducta, quæ 1591. decessit, ab eo numerosa soboles suscepta est. Ex illis adolevere filiæ, *Barbara* nat. 1559. Godofredi C. Oetingensis, & *Maria Elisabetha* nat. 1561.

Emiconis

a Anna pudicarum decus & laus maxima matrum,
Quam decus egregium formæ castique pudoris,
Quam proavi reges & sancta modestia morum
commendant, pietasque & mens sibi conscia recti;
Fœmina digna illis, quas aurea condidit ætas.
Nic. Reusn.

Emiconis C. Leiningenſis uxores, illa 1591. hæc 1585. nupta. Inter filios autem quinque parenti ſuperfuere, ex quibus duo, *Otto Henricus* natus 1556. qui *Sulzbaci* 1604. & *Fridericus* nat. 1557. qui 1598. mortuus, ſine maſcula prole defecere. Ille maritus *Dorotheæ Mariæ D. VVirtenbergicæ* ductæ 1582. quæ 1639. deceſſit, mater præter alios immatura ætate extinctos *Sabinæ* nat. 1589. elocatæ Joh. Georgio Bar. Wartenbergio 1622. & *Suſannæ* nat. 1591. deſponſatæ 1613. Georgio Joanni agnato: Hic *Catharinæ Sophiæ D. Lignicæ*, ductæ 1587. defunctæ 1608. ex qua qui nati liberi brevis ævi fuere. A tribus reliquis Wolfgangi filiis *Philippo Ludovico*, *Ioanne*, *Carolo* totidem lineæ, Neoburgica, Bipontina, Bircofeldia.

I. NEOBURGICA.

Philippus Ludovicus C. Pal.

PHILIPPUS LUDOVICUS Neoburgici principatus adminiſtrationem 1560. patre vivo ſuſcepit, & feliciter geſſit, optimi *patris familias* nomen meritus, ut etiam Maximilianus Elect. Bavariæ ſuam prudentiam œconomicam, qua celebris erat, illius exemplo tribuere auditus ſit. *Formulæ concordiæ* 1580. ſubſcripſit, eamque in ditionibus introduxit, ut erat religionis ſtudioſiſſimus. Anno 1601. menſe Novembri, ipſius & *Maximiliani Bavari* auſpiciis, præſentibus præter hos illius filio *VVolfg. VVilhelmo* & hu-

& hujus fratre *Alberto*, *Colloquium Ratisponense*, collocutoribus hinc *Iac. Heilbronnero*, *Æg. Hunnio*, *Dav. Rungio*, illinc *Alb. Hungero*, *Iac. Grezero*, *Adam. Tannero*, de autoritate & perfectione *scripturæ* celebratum. Acta in publicum emissa. Post hæc ei controversia fuit, cum *Ioanne Bipontino* nepote ob administrationem *tutelæ* post mortem *Friderici IV.* agnati 1610. mansit vero in possessione Bipontinus. Anno 1614. consternatus tristi nuncio de apostasia filii, vita excessit. Sepultus est *Lauingæ* magno relicto suorum desiderio. Testamenti constituit executores Ducem *VVirtenbergicum* & *M. Durlacensem*. Ab uxore autem *Anna Juliacensi* ducta 1574. quæ 1632. mortua est, prætensio nata in ducatus Juliacensem, Clivensem & Montanum: De quibus controversiis alibi. Ex ea susceptæ filiæ 4. sed una *Anna Maria*, nata 1575. in thoro vixit Friderici Wilhelmi Duc. Saxoniæ, in eum adscita 1591. decessit 1643. Ex filiis tres patri superfuere *VVolfgangus VVilhelmus*, *Augustus*, *Ioh. Fridericus*, unde totidem lineæ, quarum tamen tertia extincta.

I. NEOBURGICA.

Wolfg. Wilhelmus C. Pal.

WOLFGANGUS WILHELMUS nat. 1578. cum 1613. duxisset uxorem *Magdalenam Bavaricam*, secuta 1614. ejus *apostasia*, ut *Dusseldorpii* primum profiteretur pontificiam religionem

gionem. Patre verò extincto ditiones subjectas ministro *Iac. Reihingio* Jesuita, qui demum ipse ad nostros transiit, sub Papismum retraxit: *Fratribus* quoque, quin & *matri* ob religionem gravis. Anno 1615. pactum cum fratribus iniit, quo designatis utrique eorum territoriis, sibi tanquam seniori fratri & soli regenti principi principalem superioritatem reservabat. Cujus pacti vigore *jus reformationis*, in iis etiam locis, quæ fratribus assignata, tentavit, imperiali adjutus authoritate. [a] Cæsar etiam ejus opera usus in reformatione *Austriæ* utriusque. Cum vero Ratisponæ de *translatione electoratus* in Bavarum ageretur, [b] pro viribus opposuit se Wolfgangus Wilhelmus, negans ex Aurea Bulla se proximo agnato innoxio præterito dignitatem aliorsum ferri. [c] Sed frustra fuit. Spes tamen non omnino negata in posterum. Dein ob *Iuliacensem causam* bellis Belgis involutus est. Tandem mortuus 1653. [d] unico relicto ex conjuge Bavarica (quæ 1628. mortua est. Secunda autem *Catharina Carola* agnata ducta 1631. mortua 1651. nullam sobolem superstitem habuit, tertia Maria Francisca Furstenbergia

a Caraf. Germ. S. restaur. in diplom. p. 19. 29. 32. de ann. 1627. 1628.

b Caraf. Germ. S. rest. p. 147.

c Carafa memorat virum in aula Cæsarea potentem principi faviſſe.

d sIstIte VVoLfgangI VVILheLMI hæC prInCIpIs
aVLa est,
HeI patrIs hIC patrIæ sVaVIter ossa CVbent.

gia ducta 1651. nullam peperit) filio PHILIP-
Philippus Wilhelm C. Pal. PO WILHELMO, qui natus 1615. patri mortuo succeſſit. Inter eum etiam & *Brandeburgicum* Electorem ob *Iuliacenſes* res aliquoties graves lites, quibus ad arma etiam deventum. Demum cum electore pacta inita, quibus quoad illos controverſia terminaretur. Princeps eſt magni animi & prudentiæ: & ſuæ religionis acerrimus aſſertor, tum equeſtrium exercitiorum peritiſſimus habetur. Cum Joannes Caſimirus Poloniæ rex regno ſe abdicaſſet, non inter Candidatos ſolum regni *Polonici* numeratus, verum etiam creditus eſt, ſolio indubie imponendus fuiſſe, ſi ſenatorum ſuffragiis actum eſſet. Sed nobilitas reliqua *Mich. VViſniovvicium* regem dixit. Altero etiam poſt hujus mortem interregno plurium votis ipſe vel filius ſceptro deſtinatus, eoque dignus habitus eſt: licet fortuna expectationem multorum deſtituerit. Ad quietem & pacem in Imperio retinendas, cum viciniam flamma bellorum corripuiſſet, conſilia ſua præcipue dirigere apparuit. *Liberi.* Prima ejus uxor *Anna Catharina Conſtantia Polonica* ducta 1642. mortua 1651. nullam prolem ſuſtulit: altera *Eliſabetha Amalia Haſſiaca* ducta 1653. & confeſtim ad mariti ſacra transgreſſa numeroſa ſobole domum auxit. Filia *Maria Anna Ioſepha* nat. 1655. primogenita eſt: filii ſunt *Iohannes VVilhelmus Ioſephus Ignatius* nat. 1658. magnæ ſpei princeps, qui extera

extera jam regna inviſit, multoque honore habitus eſt: *VVolfgangus Georgius Fridericus Franciſcus* natus 1659. *Ludovicus Antonius* natus 1660. *Carolus Philippus*, *Alexander Sigismundus*, *Franciſcus Ludovicus*, *Fridericus VVilhelmus*, *Philippus VVilhelmus*.

II. SULZBACENSIS. vid. p. 236.

AUGUSTUS alter Philippi Ludovici filius natus 1582. *Sulzbacum* & alia 1615. pactis cum fratre initis accepit. Fratri autem, cum jus reformationis prætenderet, quoad fieri potuit, reſtitit, & ut erat conſtantiſſimus *Evangelii* confeſſor, ob hoc non ſine injuria habitus eſt. Interfuit quoque conventui *Lipſienſi* 1631. Dein regi *Suecia*, in ſuperiori Germania circumducenti exercitum, comes fuit; à rege etiam 1632. è caſtris ad Norimbergam miſſus ad *Saxonem*, à Fridlandio jam tentari ceptum, qui in amicitia eum confirmaret, & promitteret auxilia. Deceſſit eodem cum rege anno 1632. Conjugem habuit *Hedvigem Holſaticam*, deſponſatam 1620. quæ mortua 1657. Ex ea ſuſcepti adolevere *Chriſtianus Auguſtus* natus 1622. *Ioannes Ludovicus* natus 1625. extinctus Norimbergæ 1649. *Philippus* nat. 1630. *Anna Sophia* nat. 1621. ducta à Joachimo Erneſto C. Oetingenſi 1647. *Auguſta Sophia* nata 1624. uxor Wenceslai Poppelii princ. Lobkovvizii duct. *Augustus C. Pal.*

Christianus Augustus C. Pal.

duct. 1653. Ex illis primus CHRISTIANUS AUGUSTUS studiis operam juvenis diligentem navavit. Dein cum præesset ditionibus suis, in exules religionis gratia munificentissimus fuit. Tandem variis scandalis commotus 1656. à *religione Evangelica* ad Romanas partes transiit. Quo illud ex promisso à patrueli Neoburgico obtinuit, ut jam ditiones suas proprio & summo jure teneat. Nec tamen Evangelicis sua in ditione gravis hactenus extitit: potius si inter suos plura emendari & Christiana pietas restitui posset, sincere illis curis capi apparet, superstitionum vulgarium osor apertus. Uxor *Amelia Nassovia* Wrangelii Suecici archistrategi vidua, 1649. ducta, quæ post maritum etiam ad Romanos transiit, & .... decessit, parentem eum plurium liberorum fecit, ex quibus *Hedvigis Augusta* nata 1650. desponsata fuerat 1665. Sigismundo Francisco Archid. Austriæ: Sed is eodem mense vivis excessit, inde nupta est Julio Francisco D. Saxoniæ Lauenburg. s. Angrivariæ; *Amalia Sophia*. 1651. *Theodorus* 1659. vitales hausere auras. Alii infantes extincti sunt. Frater ejus PHILIPPUS,

Philippus C. Pal.

1651. sub *Lotharingicis* prima fecit stipendia, inde ad *Suecos* transivit, quibus in *Polonia*, *Prussia* & *Dania* fidelem præstitit operam, constitutus *Jutiæ* gubernator. 1659. mense Decembr. in *Fionia* vincitur, quo præcipuum robur Suecici exercitus periit. Rege mortuo *Suecia* relicta

relicta in Germaniam redit, profectus 1661. *Viennnam*, inde 1662. *Venetias*, ubi cum Republ. tractavit, ac interpositione R. Galliæ conditiones optatas obtinuit. Hinc in *mari Ægeo* classi adfuit, sed versus hyemem rediit. 1664. In exercitu Cæsareo adversus Turcam *campi mareschallus* constitutus, in conflictu ad *Arrabonem* prope *Gotardisanum* egregia fortitudinis specimina edidit. Posthoc in Gallia tempus aliquod exegit. Inde in Sueciam profectus, minus eam suis desideriis faventem reperit. Tum Bavaricæ militiæ Imperator præfectus est: sed nuper ejus quoque muneris missionem obtinuit.

III. HILTPOLSTEINIA.

vid. pag. 236. 239.

JOHANNES FRIDERICUS natus 1587. à fratre Wolfgango Wilhelmo 1615. *Hiltpolstein* (servato *Dorotheæ Mariæ VVirtenbergicæ* viduæ Ottonis Henrici usufructu) *Haydeck*, *Allensperg* & *Gizzin* accepit. Eadem autem cum fratre Augusto ob religionem passus, demum 1644. nulla ex *Sophia Agnete Hassiaca* ducta 1624. & multoties matre relicta, prole decessit. *Iohan. Fridericus C. Pal.*

II. BIPONTINA. vid. p. 235.

JOANNES secundus filius Wolfgangi natus 1550. 1570. patri in principatu *Bipontino* succes- *Ioannes Sen. C. Pal.*

ſucceſſit: Studiorum, cum primis *hiſtoricorum* & *Genealogicorum* cultor egregius. Stirpis Palatinæ deductionem multa diligentia per 2273. annos ab *Antenore* adornavit. Cum vero educatus eſſet in religione Evangelica, arte *Pantaleonis Candidi*, qui cum antea ſubſcripſiſſet *Formulæ Concordiæ*, eam ſubſcriptionem dein revocavit, *Reformatis* adductus eſt, & 1588. in terris ſuis reformationem inſtituit, catechiſmo etiam, quem Candidus conceperat, ipſe autem princeps ſua manu præfationem aſcripſit, publicato. Dolentes Joannis vicem reliqui fratres, *Beutherum* ad colloquium cum *D. Heilbrunnero Neoburgum* invitarunt. In eo Beuthero princeps & *Barthol. Hexamerus* aſtitere; Candidus latere maluit. Heilbronnerus autem & *decalogi diſtinctionem* nobis uſitatam explicavit, & maſcule orthodoxiam de *perſona Chriſti* defendit. Ea occaſione poſtea ſcripta inter *Ripontinos* & *Argentoratenſes Theologos* cœpere reciprocari. Deceſſit princeps 1604. Germersheimii in Palatinatu, quo ad electorem Fridericum IV. negotiorum gratia conceſſerat. Ab uxore ejus *Magdalena Clivia* vel *Iuliacenſi*, ducta 1579. illa prætenſio huic domui illata. Deceſſit 1533. Filia *Maria Eliſabetha*, n. 1581. *Georgio Guſtavo* agnato 1601. nupſit, 1637. extincta eſt. Inter filios tres totidem lineas propagarunt. JOANNES II. ſeu *Iunior*, primogenitus, nat. 1584. ſucceſſit patri.

Ioannes Iun. C Pal.

Ac

Ac postea *administrationem electoratus* ut curator Friderici V. suscepit, quam *Neoburgici* sibi etiam asserebant. Ea autem occasione gravissimis debitis oneratæ provinciæ. *Unioni* cum nomen dederit inter prima capita, eandem cum reliquis fortunam est expertus. Contra ipsum 1628. pro Trevirensi electore mandatum publicatum, quo abbatiæ *Hornbach* restitutio injuncta. Excessit 1635. Ex prima conjuge *Catharina Rohanea*, quam locupletem, verum conditionibus gravibus & si diutius vixisset, sed 1607. mortua est, marito damnosis, 1604. duxerat, non nisi filiam *Magdalenam Catharinam* 1607. genuit, maternorum in Gallia bonorum heredem. Ob illam autem, quia quæ debebantur solvi non poterant, *Episcopovillam* 1640. Fridericus Christiano *Palatino* affini concessit ad antichresin, ad 20. annos, qui 1660. in alios triginta prorogati. Ea excessit 1648. Ex secunda conjuge *Luisa Iuliana Palatina* ducta 1612. extincta 1640. præter *Ioannem Ludovicum* natum 1619. & 1647. extinctum, & filias *Elisabetham Luisam*, natam 1613. dein abbatissam Hervordiensem, mortuam..... *Catharinam Carolam.* nat. 1615. uxorem *Wolfgangi Wilhelmi* agnati, ductam 1631. mortuam 1651. *Annam Sibyllam*, nat. 1617. vivis exemtam 1641. *Iulianam Magdalenam*, natam 1621. conjugem *Friderici Ludovici* patruelis 1645. & *Mariam Æmiliam* in lucem editam 1612. &

Friderici C. Pal. eidem exemtam 1641. natus est 1616. patris successor FRIDERICUS, qui in ademta (in quibus quarta pars vectigalium Wilzbachiorum & cœnobium Hornbach) restitutus est 1648. per pacem Monasterienſem. E calculo autem & aliis morbis diu infirmus, mortuus est 1661. relictis ex *Anna Iuliana Nassovio-Sarepontana* ducta 1640. multoties matre, nonnisi tribus filiabus: Ex quibus *Elisabetha*, nat. 1642. *Victori Amedeo pr. Anhaltino* nupsit: *Sophia Amalia* 1646. vitales auras hausit, & *Carola Friderica* 1653. dein *VVilhelmo Ludovico* agnato est elocata. Huic autem viduæ multa dissidia ob *funus mariti*, locum sibi viduæ destinatum *Meisenheimium* (quem alio dato mutare successor volebat, quia sine suo consensu erat datus) & quædam jura filiarum, cum successore intercessere, ut Cæsaream authoritatem interponi fuerit necesse.

Friderici Casimirus C. Pal. Secundus filius Joannis I. FRIDERICUS CASIMIRUS nat. 1585. *Landspergenſis* lineæ (quæ tamen dehinc Bipontinæ successit) sator est. Ad eum ut Decanum Capituli Argentinenſis super restitutione fratrum villæ Argentinæ & aliorum bonorum Cathedralis Ecclesiæ, directum Cæsareum diploma 1627. 10. April. inseruit suis diplomatibus Carafa Germ. restaur. p. 12. Habitavit in Burgundia: Ab uxore *Amalia Nassovia Arausionenſi* ducta 1616. in ea Montfortiam ditionem assecutus. Decessit autem 1645. Filius & successor FRIDERICUS

CUS LUDOVICUS natus est 1619. 17. Octob. Hic 1658. Electore ad comitia electiva profecto Heidelbergæ *vicariatum* gessit. Anno 1661. Bipontino patrueli successit, sed circa debita difficultas orta, cum à Joanne II. patruo contracta suscipere nollet. Cæterum vendidit Neoburgico prætensionem suam *Iuliacensem*. Conjugem duxit 1645. *Iulianam Magdalenam* patruelem: Ea vero extincta aliam ignobilem. Ex illa præter *Carolam Amaliam* 653. *Ludovicam Magdalenam* 1654. *Mariam sophiam* 1655. natas, ac filios aliquos immatura ætate extinctos, inprimis suscepit CAROLUM, natum 1659. mortuum 1673. & WILHELMUM LUDOVICUM, natum 1648. & successioni paternæ destinatum. Sed turbato mortalitatis ordine, & hunc filium 1675. & ex eo & *Carola Friderica* agnata nepotem *Carolum Ludovicum*, atque ita totam spem successionis extingui vidit & luxit. Sed & Bipontum à Gallis occupari aliaque belli mala in ditione expertus est. Tertius Joannis Senioris filius JOANNES CASIMIRUS natus 1589. *Suecicam* lineam prosevit, cum in Suecia anno 1615. *Catharinam Caroli R. Sueciæ* filiam uxorem promeruisset. Ex quo tempore partim in Suecia partim Germania, Argentorati quoque, vixit, suæ religionis tenax. Extinctus est 1652. Filias habuit *Christinam Magdalenam*, natam 1616. Friderici M. Badensis conjugem, ductam 1642.

Friderici Ludovicus C. Pal.

Ioannes Casim. C. Pal.

mortuam 1662. *Mariam Euphrosynam* nat. 1625. Magno Gabrieli C. de la Gardia regni Cancellario 1647. & *Eleonoram Catharinam*, nat. 1626. Friderico Landgr. Hassiæ 1646. nuptas. E filiis ejus, duo ad maturam ætatem pervenere Carolus Gustavus & Adolphus Joannes. Omnes autem in *Evangelica religione* educati.

Carolus Gustavus Rex Sueciæ.

CAROLUS GUSTAVUS nat. 1622. *Nicopiæ:* post studia & peregrinationes 1648. cum supplemento è Suecia tanquam *supremus Suecicæ militiæ* Imperator, *Kœnigsmarckio Pragam* obsidenti supervenit. Obsidio autem ea pacis interventu soluta. Inde 1650. interfuit *Norimbergensibus* tractatibus, quibus de pacis executione actum: unde ad coronationem reginæ Christinæ in Sueciam est profectus. Postquam deliberationes de ejus cum regina matrimonio caruissent effectu, communibus procerum suffragiis ipsi *Sueciæ principatus hereditarius & successio* regni delata, factumque est super hac re decretum. Vicissim ipse eod. anno 1650. 20. Octob. declarationem suam, qua oblata recipiebat, & in conditiones consensum explicabat, ordinibus exhibet, quæ actis comitialibus inserta. Cum dein 1653. resignasset Christina, ipse *coronatus*. (Nummorum notata inscriptio: *à Deo & Christina*) Summopere autē offensus in ea coronatione, ob factam à *Polonico legato* contra eam protestationem. Sequenti anno *VVittenbergium* cum exercitu in *Poloniam majorem*

Bellum Polonicum.

majorem mittit, qui primo fere ingreſſu plures Palatinatus imperio audientes habuit. Secutus eum ipſe rex præter alia *Cracoviam* quoque cepit, & *Quartianorum* defectione auctus eſt. Allegabantur pro juſtitia belli, *induciarum* à Polonis (fruſtratione pactorum *Lubecenſium*, tranſitu *Cracovio* conceſſo, conatibus *Bootii* adjutis, & *Livonum* ſolicitatione) facta *violatio*, tum contra electionem *proteſtatio*. Quas rationes Poloni inficiatione, rejectione in Suecos, & quod in Germanicam incluſi pacem intelligendi ſint, diluere volebant. Anno 1656. cum Electore *Brandenburgico* Regiomonti in Pruſſia pacta inita. Ad *Cazimiriam* Poloni victi, ſed poſtquam *Fridericus Marchio Durlacenſis* aliquam paſſus eſſet in itinere ad regem cladem, per totam fere Poloniam univerſalis *rebellio* orta, qua non pauca præſidia & aliæ copiæ Suecorum periere, & rex è confiniis Ruſſiæ, quousque progreſſus erat, coactus eſt redire. Polonus Rex ſuo & Tartarico exercitu adjutus *VVarſoviam* deditione capit, ſed à Suecis, quibus Brandeburgici juncti, juſto *prælio* vincitur, & pleraque recuperantur. Alibi tamen *Moſcus* in *Livinia* Suecos urget, *Riga* fruſtra obſeſſa. Anno 1657. cum deſcendiſſent Poloni ad Dantiſcum usque, res varia fortuna acta, & Sueci ad Cracoviam aſcendere. Cum autem *R. Daniæ Bremenſem* agrum, capta *Bremerfœrda*, invaſiſſet, Rex è Polonia exercitum in Holſatiam ducit; *Danicum.*

ducit; *Cracovia* poſtea Cæſareis deditur, & in *Ragozium* fortuna deſævit. *Brandeburgicus* quoque ad amicitiam Polonorum redit. Anno 1658. cum ſuperiori tempore *Friderichsœdam* cepiſſet, rex *glaciali expeditione Fioniam* occupat, *Seelandiam* terret. Pace autem *Rotſchildia* concluſa, *Scania*, *Hallandia*, *Bleckingia*, *Bornholmia*, & quidam *Norvegiæ* tractus Suecis cedunturi. Interea ubique fœdera contra hos inibantur. Rex menſe Julio iterum in *Seelandiam*, cauſatus conditiones pacis non ſincere ſervatas, impetum facit, & *Cronenburgo* potitus *Hafniam* obſidet. Exeunte Octobri in freto *Danico* pugnatum cum claſſe *Batavorum* auxiliari. Fœderati autem in Holſatiam irrumpunt, & tandem *Torunium* quoque in *Pruſſia* ad Polonos redire cogitur. 1659. continuata obſeſſio *Hafniæ*, & acris menſe Februario *oppugnatio* facta. *Anglorũ* claſſis miſſa auxilio, nihil tentare vult adverſus Hollandos. Cæſarei interea, cum capto *Dammo Stetinum* fruſtra obſediſſent, tandem cum Batavis exſcenſione in *Fioniam* facta florem equitatus Suecici delent. Demum anno ſeq. 12. Febr. Rex, cum è Norvegia paulo ante rediiſſet, *Gotenburgi*, quo ad comitia evocaverat ordines, morbo extinguitur. Relictus ex *Hedvvige Eleonora Holſatica* ducta 1654. unicus filius CAROLUS, natus 1655. parenti mortuo ſucceſſit ſub matris & Senatus tutela. Hactenus regno tranquillo uſus erat : Orto vero

Carolus XI. *Rex Suecia.*

vero inter Gallos & Batavos bello, illis quidem favere consilia visa sunt: admissa tamen à fœderatis legatio ad Colonienſem conventum, cujus caput Comes Tottius, ut hac mediante pax coaleſceret. Eo conventu ſoluto, iterum legato Oxenſtierna Viennam miſſo, mediatio Cæſari oblata & recepta. Cum verò 1674. finiente anno, quod Elector Brandeburgicus tractatibus cum Francia initis, in quibus autoritas Sueciæ interceſſiſſet, non ſtetiſſe perhiberetur, Gallis inſtantibus exercitus Suecorum hujus invaderet & hoſpitiis atque exactionibus violentis affligeret ditiones, fœderatorum in eos converſa ſunt arma, & ab imperio illi hoſtes, revocatis qui hactenus ſtipendia imperii cives illis meruiſſent, declarati. Clade ad *Fehrbellin* prope Witſtock accepta in Pomeraniam recipere & Marchicas terras relinquere, iterum ad Damgartum repreſſi verſus Stralſundiam ſe recipere coacti ſunt. Alibi *Verdenſis* & *Bremenſis* diœceſes excepta *Stada* à fœderatis occupatæ ſunt, & *Viſmaria* deditione in poteſtatem Danorum venit. Rex 1675. ipſe ſceptrum capeſſere cæpit, & regno inauguratus eſt: Sponſam ſibi deſtinavit *Ulricam Eleonoram Danicam*. Patruus ejus eſt ADOLFUS JOANNES, natus 1628. qui in *Polonia* fraternis auſpiciis militavit: Dein in *Pruſſia* cura exercitus ipſi commiſſa. Nec vero viſum ei ſemper bene cum fratre rege conveniſſe: dicitur tamen

Adolfus Ioannes C. Pal.

paulo ante mortem ejus, cum ipſocum eſſet, ſermone familiari omnia diluiſſe, unde *regium teſtamentum* non mediocriter ei favit. Status autem teſtamento quoad illud ſtare noluere. Aliqua etiam nata ei lis cum Regina, cum amiſſa 1653. priori conjuge *Elſa Beata* filia Petri Brahei Comitis Wiſenborgii, regni archidapiferi, quam 1649. duxerat, iſtius patruelem alteram conjugem *Elſam Eliſabetham Erici Oxenſtiernæ* Regni Cancellarii viduam, *filiam Nicolai Brahei C. de VViſingborg* 1661. duceret, & iſta fidem ſuæ ſorori datam perhiberet. 1664. mortuo regni *Marſcho* id officium ambit, ſed non tantum nihil obtinet, verum etiam tamdiu cuſtoditur, donec ab ejusmodi petitionibus in poſterum abſtinere velle promitteret. Inde aliquod tempus in Germania exegit: eiq; cum Leiningio comite controverſiæ interceſſerunt. Demum in Sueciam rediit, ibiq; adhuc commoratur. Ex priori conjuge qui natus erat filius *Guſtavus Adolphus* vix anniculus deceſſit. Ex altera ſupereſſe reor, *Catharinam* 1661. *Mariam Eliſabetham* 1662. in Suecia, *Adolphum Ioannem* 1666. in Palatinatu, *Guſtavum Caſimirum* Argentorati 1667. natos.

III. BIRCOFELDIA ſ. SPANHEIMIA. vid. p. 236. 241.

Carolus C. Pal. CAROLUS minimus natu filius Wolfgangi, cujus ſuſtentatio fratri Joanni & ita principatui

tui *Bipontino* assignata, sed ejus loco postea 1586. *Bircofeldia s. Spanheimia* ditio est attributa. Mature decessit 1600. princeps à literarũ & pietatis studio celebratus, & de ditionibus optime meritus. Ex *Dorothea Brunsuico-Lunæburgia*, quam 1586. duxerat, & quæ 1649. decessit, præter filiam *Sophiam*, nat. 1593. & nunc Cratonis C. Hohenloici viduam; filii tres fuerunt: GEORGIUS WILHELMUS nat. 1591. quam post itinera exacta orsus est, administrationem ditionis paternæ usque ad 1669. quo mortuus eam filio reliquit, ita gessit, ut afflicto etiam tempore subditi eum fidum patrem, & religionis veritas solicitum patronum experirentur. Primum ejus matrimonium cum *Dorothea Solmensi* 1616. initum & 1625. morte terminatum felix & fœcundum. Alterum cum *Iuliana Ringravia* infelix, & repudio diremtum. Tertium, cum *Anna Elisabetha Oetingensi* 1649. contractum faustum sed sterile. Ex prima nati *Anna Sophia* 1619. abbatissa Quedlinburgia: *Maria Magdalena* 1622. Antonio Gunthero Com. Schvvarzenburgio nupta, & CAROLUS OTTO, nat. 1625. altero pede claudus, qui patri successit, sed brevi tempore administrationem gessit, utpote 1672. defunctus, relicta vidua *Margareta Hedvige C. Hohenloica*, quam amitinam duxerat 1658. matrem *Carolæ Sophiæ Elisabethæ* nat. 1661. & *Hedvigis Eleonoræ Dorotheæ* natæ 1663. FRIDERICUS è Caroli filiis secun-

Georg. Wilhelmus C. Pal.

Carolus Otto C. Pal.

Fridericus C. Pal.

secundus fuerat: natus 1594. vitam militarem sectatus & 1626. mortuus, ἄγαμος. Tertius

Christianus C. Pal.

CHRISTIANUS natus 1598. partim apud amitam Comitem *Leiningensem*, partim in aula *Neoburgia* educatus est: Dein *Galliam*, *Angliam* & *Belgium* peragravit. Mature autem arma secutus est, & 1622. prælio ad *VVimpenam* ex parte Durlacensis Marchionis fortissime se gessit. 1623. ab *Inferioris Saxoniæ circulo* dux legionis equestris constitutus est: quam dein 1626. in *Ungariam* duxit, comitatus Vinariensem & Mansfeldium: cum vero illi fato functi, ipse quoque rediit. Post hæc *Danica* secutus est auspicia, à quo rege in *ordinem* Equestrem adscitus. Demum à *Gustavo Adolfo Rege Sueciæ* in Germania victore 1631. *equitatus imperium* & *Rhenani tractus* curam suscepit. Eidem res *Bavarica* rege *Norimberga* in Saxoniam abituro 1632. commendata. Unde *Augustæ Vindelicorum* sumta sede, exinde Bavariam excursionibus infestavit, capta quoque *Landsberga*. 1633. è Bavaria descendens *Heidelbergam* recuperat, & in Alsatia ad *Pfaffenhoven* superatis Lotharingis, *Hagenoam* capit. Tum in Sueviam profectus suis jungitur, sed tendentibus Brisacum versus hostibus eodem sequitur. *Anno Seq.* cum Vinariensi in superiorem Palatinatum revolavit, ut Wallensteinii observarent acta: sed ab Aldringherio conatus turbati. Inde 1635. se imperio militari abdicavit,

& Cæ-

& Cæsari reconciliatus *Argentinam* habitatum concessit. Demum *Episcopovillam*, sed quæ omnino vastata, ab affine acceptam incoluit, arcemq; ibi extruxit. Tandem 1654. 27. August. *Neosteinii*, quo profectus erat, ut lites inter comites Hohenloicos filios & eorum matrem sororem suam exortas componeret, fato fungitur, ac Episcopovillam ductus ibi sepelitur. Princeps à pietate, religionis zelo, rei familiaris prudentia, & fidei in promissis servandis sinceritate cõmendatissimus. Altera ejus conjux, quæ vidua usq; ad ann. 1665. superfuit, erat *Maria Joanna* vidua prius *Maximiliani Adami* ultimi *Landgr. Leuchtenbergici*, nata *Helfensteinia*, ducta 1648 E priori 1630. ducta & 1648. mortua *Magdalena Catharina Palatina Bipontina* (cujus mater *Rohanea* multa in Gallia bona habuit) proles suscepta. Filiæ *Dorothea Catharina* nata 1634. Joannis Ludovici C. Nassovii Saræpontani uxor ducta 1649. *Luisa Sophia*, nat. 1635. *Anna Magdalena* nata 1640. nupta Joh. Reinhardo C. Hanoico 1659. ex quo familiæ successores genuit, & sedula cura educat. Filii supersunt duo, & ipsi avitarum virtutum æmuli, & familiæ suæ decus.

CHRISTIANUS, natus 1637. & JOANNES CAROLUS, nat. 1638. cum studiorum fundamenta *Argentinæ* jecissent, 1656. iter *Gallicum* ingressi sunt, in quo biennium exactum. Inde per *Angliam* & *Belgium* ad regem *Sveciæ* se contulere, ejusq; auspiciis in bello *Danico* militarunt, ille pedestri, hic equestri legioni legatus præpositus

Christianus C. Pal.

Ioannes Carol. C. Pal.

ſitus. Rege verò mortuo in patriam reverſi alterum in *Gallias* iter ſuſcepere. An. 1664. Chriſtianus *legioni Svevicæ* dux præpoſitus, in prælio ad *Arrabonem* fluv. prope *Gothardi* fanum fortitudinis ſpecimen inſigne edidit: ab Imperiali aula ob id cum honore habitus. Inde regimen legionis Alſaticæ auſpiciis Gallicis ſuſcepit, & in bello adverſus Batavos geſſit, in expugnatione *Moſæ-trajecti* inprimis ſtrenua navata opera. 1667. duxit *Catharinam Agatham Joannis Jacobi*, qui 1673. Illuſtrem Rappolſteiniorm ſ. Rupispoletanorum domum poſt tot ſæculorum florem ſua morte clauſit, filiam, ex qua liberos habet præter præmortuos *Ludovicum*, *Eliſabetham Sophiam Auguſtam*, *Chriſtianam Catharinam*, *Carolam Wilhelminam*, ſuperſtites natos 1668. *Magdalenam Claudiam* & 1674. *Chriſtianum*. Socero mortuo Rex Ludovicus XIV. novo beneficio omnes illius dynaſtias, quas ut vacua feuda ad ſe reverſa habebat, ipſi conceſſit, atque ſubditos in ejus fidem adegit. Priori anno 1672. defuncto patrueli in Bircofeldio principatu ſ. Spanheimio jam ſucceſſerat, eumque cum domo Badenſi communem, communi etiam Trarbaci regimine inſtituto, hactenus qua ſacram qua civilem adminiſtrationem ordinare & ornare ſtuduit. Curatela etiam nepotum, Comitum Hanoicorum, multa cum laude hactenus defunctus eſt. *Joannes Carolus* frater bello Ungarico volo interfuit. Nunc Batavis operam addixit, & eorum auſpiciis

auſpiciis legionem ducit, inque prælio ad *Seneffam* fortiter ſe geſſit.

II. VELDENTIA.

vid. pag. 232.

RUPERTUS filius alter Alexandri, novam condidit lineam. Ipſe autem Wolfgangi nepotis ditiones tutor rexit. Deceſſit 1544. *Rupertus C. Pal.* Ejus liberi ex *Urſula Rhingravia* 1537. ducta & 1601. mortua, *Anna*, uxor Caroli M. Badenſis ducta 1538. extincta 1586. *Urſula* Conjux Wirichii Com. Falckenſteinii, & ſucceſſor GEORGIUS JOHANNES, cognomento *Ingenioſus*, nat. 1543. ſeſſionis ac ſuffragii in Imperio jus acquiſivit, Luzelſteiniam auxit, Pfalzburgum condidit, quod tamen deinde in Lotharingi manus devenit. Exceſſit 1592. Ex liberis ejus & *Annæ Mariæ Suecicæ* Guſtavo Rege natæ, 1563. nuptæ, *Urſula* nata 1573. Ludovico D. Wirtenbergio 1585. deſponſata & 1636. defuncta, *Anna Margareta* nata 1571. Richardi agnati uxor fuit. JOANNES AUGUSTUS, nat. 1575. nullis ex Anna Eliſabetha agnata 1599. ducta & 1609. extincta ſuſceptis liberis 1611. vivendi finem fecit: LUDOVICUS PHILIPPUS, n. 1577. in haſtiludio 1601. Heidelbergæ periit: Duo alii filii duas iterum lineas ſevere: GEORGIUS GUSTAVUS natus 1564. Veldentiæ, quamdiu ob turbas licuit, habitavit, *Georg. Ioannes C. Pal.* *Georg. Guſtavus C. Pal.*

habitavit, atque 1634. vita excessit. Ex priori cum *Elisabetha VVirtenbergica*, 1586. ad 1592. matrimonio nullos, ex altero autem, cum *Maria Elisabetha Bipontina*, ducta 1601. defuncta 1637. suscepit, præter eos qui brevis ævi, *Annam Magdalenam*, natam 1602. elocatam 1617. Henrico Wenceslao Duci Monsterbergio, 1630. mortuam, *Mariam Elisabetham*, natam 1616. *Magdalenam Sophiam*, natam 1622. JOHANNEM FRIDERICUM qui dux Suecicæ legionis equestris Augustæ 1632. CAROLUM LUDOVICUM, qui Suecis etiam militans ad *VVolmerstedt* 1631. 16. Jul. duobus globulis trajectus tertio post die extinctus est. (Ejus exequias 1654. 26. Maji. Stetini solenniter deduci curavit regina Christina.) & LEOPOLDUM LUDOVICUM. natum 1625. Hic literis à juventute egregiam navavit operam. Nunc pater ex *Agatha Christina Hanovica* ducta 1648. præter præmortuos, GUSTAVI PHILIPPI, 1651. (qui post peragratas Gallias, Daniam, Sueciam, Germaniam, militarem operam Lotharingiæ Duci addixit, & alibi atque in Sinsheimio prælio adversus Gallos fortiter pugnavit.) CAROLI GEORGII, nat. 1660. AUGUSTI LEOPOLDI. nat. 1663. & alterius sexus *Elisabethæ Ioannæ* (quæ 1669. Joanni Rhingravio nupsit) 1653. *Annæ Sophiæ* 1650. *Dorotheæ* 1658. natorum. Pace *Monasterienſi* in comitatum *Veldentz*, cujus castrum prius anno

anno 1646. ab Hiſpanis, reditus verò jam antea redditi erant, reſtitutus, proximis annis certa de quibusdam juribus in illo pacta cum *Electore Trevirenſi* inivit. Idem patruo in *Luzelſteinenſi* apennagio ſucceſſit. Ille fuerat GEORGIUS JOHANNES junior, nat. 1586. qui poſt fratrem *Ioan. Auguſtum Luzelſteinium* obtinuerat, & matrimonio *Suſannæ Palatinæ* (quam ipſe duxit 1613. & cum ab illo ſeceſſit, Dux *Virtenbergicus* ſuſcepit) filium præter alios genuit *Georgium Ottonem*, qui extinctus Tubingæ 1635. Ipſe pater mortuus eſt 1654. *Georg. Ioan. C. Pal.*

II. LINEA BAVARICA.

vid. pag. 185.

Primus ſeparatam hanc à *Rudolfina* familia lineam cæpit, minor *Rudolfi* frater, *Ludovici Severi* filius LUDOVICUS [a] *Imperator*, natus 1287. qui ſub tutela matris Viennæ optime educatus, & cum amitinis Alberti Imp. filiis bonis literis imbutus, in ſummum culmen rem Bavaricam & familiam ſuam evexit, quæ tamen felicitas fulminis inſtar brevi tempore tranſiit. *Ludovicus Imp.*

R Defecere

[a] Magnanimus Cæſar Ludovicus nomine Quartus
Flos veterum virtusque virûm, laus maxima gentis
Bojariæ, bello fortunatiſſimus heros.
Nic. Reuſn.

Imperium mihi ſorte datum belloque redemtum,
Qua juga cæruleus dividit alta Nicer.
Et cauſa valui, cauſamque tuentibus armis,
Juſtitiæ columen militiæque decus. *Idem.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [293] - 257
PUBLIC DOMAIN

Defecere enim ſub eo plurimæ comitum familiæ, quarum crevit hereditatem: Comites *Hirſpergii*, *Graisbacenſes* & *Lechsgemundani*, *Conſpergenſes* ad *Iſarum*, *Eſchenbacenſes*, Domini *VVeilheimii*, *Maſſenhuſani*. Illatum dein ob inſignes animi, corporis & fortunæ dotes, Francofurti Imperiale faſtigium, 1314. [a] licet ob diſſenſum fratris, qui cum aliis duobus Electoribus Fridericum Auſtriacum elegerat, occaſio inimicitiarum in gente. Tum *Ioanne inferioris Bavariæ* duce agnato mortuo, Ludovicus ſolus excluſis nepotibus Palatinis, quibus dein exigua compenſatio reddita, hereditatem ejus adivit. Inde *Ticinenſi* pacto à nepotibus alternationem electoratus ſibi promitti fecit; quod pactum licet reſciſſum ab Imperio, non minus tamen ſæpe prætenſionem hanc repetiere Bavari, donec res in effectum data. Ulterius 1322. *VValdemaro* ultimo Marchione *Brandenburgico* ex *Aſcania* familia mortuo, præteritis ejus agnatis, Ludovicus, tanquam feudum Imperii vacuum, Electoratum filio ſuo *Ludovico* majori natu attribuit. Nec dum ſatis, nam 1345. vel 1346. affine ſuo *VVilhelmo Comite Hollandiæ* fatis

Imperium.

a Electus eſt ab Elect. Moguntino, Trevirenſi atque Bohemiæ rege, quibus Waldemari Brandeburgici legatus Nic. de Bock contra Domini voluntatem ſuffragium, quo præponderaret Friderico Auſtriaco à reliquis electo, adjecit. Legatus ob hoc domi in vincula conjectus, & appoſitis cibis delicatiſſimis ſed mox à cuſtodibus devoratis inedia confectus eſt. *Cuſpin.*

fatis functo, ab uxore Margareta ejus sorore, hereditatem *Hollandiæ*, *Seelandiæ* & *Hannoniæ* stirpi addixit. Tandem *Margareta filia Henrici D. Carinthiæ*, heres *Tirolis*, Ludovici maximo natu filio *Ludovico* Electori *Brandenburgico* nupsit, suasque ditiones attulit. Ita undique nova Ludovico incrementa. Ob Imperium cum *Friderico pulchro Austriaco* bellum fuit, quod post aliquot irritas pactiones prælio Muldorfensi 1323. quo Fridericus captus, diremtum est: Ex eo enim rerum summa & potestatis vis penes solum Ludovicum fuit. *Ioannes XXII.* indignatus, quod in jussu suo imperium administraret, eum ut Ecclesiæ rebellem, schismaticum & hæreticum declaravit. Ipse vero congregatis Ratisponæ Ordinibus, illorum suffragio decernit, Pontifici in Imperium nullum jus esse, & à Romanis expetitus à Joanne diadema petit. Cum denegatum esset, Romam profectus 1318. à Stephano Columnio & Nicolao Senatoribus coronatur, & cum totius populi cleriq; consensu Petrum ex Columniis Pontificem creat, qui *Nicolai V.* nomen sumsit. Hic simulacrum Joannis effictum astante Cæsare cremat, ipsumq; hæreticum, ut qui negaret, animas corpore exutas ante extremum diem videre Deum, tyrannum & Ecclesiæ perturbatorem declarat. Joannes vicissim Cæsarem diris devovet, & Antipapam captum abdicat. Hoc mortuo *Benedictus XII.* decessoris censuras confirmat, seque Vicarium

Imperii contendit, Ludovico ob excommunicationem depoſito. Hic diverſis comitiis ſe orthodoxum declarat, & Francofurti ſancit, Electũ Romanorum Regem ſine Pontificis confirmatione Imperatorem eſſe, & jura imperii exercere debere: à Pontifice tamen, vel ſi hic recuſat, à quovis alio antiſtite, ungendum, ut tamen non fidelitatis homagium præſtet, ſed fidelem Eccleſiæ Romanæ defenſionem promittat: præterea per vacationem jus Imperii ad Papam devolvi negat, & concilium Papa ſuperius pronunciat. A ſucceſſore ejus *Clemente VI.* Ludovicus diuturnarum turbarum pertæſus per oratores abſolutionem petit, & formulæ duriſſimæ ſubſcribens, ſe, ſuos & omnia in Pontificis manum reponit. Hac formula ab ordinibus Francofurti congregatis ob iniquitatem rejecta, Clemens *Carolum IV.* eligi curavit, qui tamen Ludovico vivo à paucis agnitus eo mortuo plene ſucceſſit. Ob hæc odia Pontificum, qui principum plurium animos alienabant, & Gallos fautores habebant, in plerisque quæ Reipublicæ bono moliebatur impeditus, injuriis etiam laceſſitus bellum non facile intulit, inferentes armis depulit. In expeditione vero Italica jura imperii fortiſſime aſſeruit, eaque integra ſervavit. [a] Caſtrucium ob ſtrenue defenſas Gibellinas partes Lucenſium ducem creavit, & Romæ præfectum dedit, ut & alios opidis

[a] Conf. Herm. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 21. p. 456. ſeq.

opidis Papalibus vicarios. Robertum R. Neapolitanum proſcripſit, Galeatium Vicecomitem Mediolenenſem cum Actio filio & duobus fratribus in carcerem conjecit. Alibi Philippum Galliæ regem, ut ab occupatione terrarum imperii abſtineret, monuit: Edoardum Angliæ regem vicarium Imperii dixit. Joanni R. Bohemiæ *Luſatiam* reddi ſua autoritate effecit [a] *Egram* etiam pignori Bohemis conceſſit. [b] Ob illa, quæ ſtrenue adverſus *Pontificem* egit, princeps magnanimus, pro Imperii libertate & juribus, ſancitis legibus, & Epiſcopatibus atque aliis dignitatibus Eccleſiaſticis non conſulto Papa collatis, diſpenſatione etiam in gradu à Pontifice vetito Carinthiæ Duciſſæ conceſſa, optime audit iis [c], quibus tyrannis Papæa exoſa, ſuo etiam tempore defenſores habuit *Marſilium Patavinum*, *Ioannem de Ianduno*, *VVilhelmum Occamum*, *Michaelem Ceſenatem*, *Bonamgratiam*, *Dantem*, *Franciſcum Petrarcham*. Ab Italis autem & aliis Papæ aſſentatoribus paſſim convitiis proſcinditur. Unde ejus adverſus *Bzovium* & alios calumniatores apologiam per *Ioan. Georg. Hervvartum* conſcribi curavit *Maximilianus* Elector. Ad extre-

a Conring. de fin. Imp. c. 29. p. 786.

b Limn. Jur. publ. 7, 1, 39.

c Catal. Teſt. Verit. n. 274. pag. 706. ubi etiam ejus apologia publica contra Joannem XXII. propoſita legitur. Conf. D. Luth. præfat. ad Dan. proph. inprimis ad Dan. 11, 40.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [297] - 261
PUBLIC DOMAIN

extremum post 33. annos imperii anno 1347. in venatione ursum persequens, præcipitatus equo, corpus gravi collisione, ex qua vel apoplexia secuta dein mortuus, læsit. Bis maritus fuit, ducta primùm *Beatrice Glogovienſi*, quæ 1323. decessit, dein *Margareta* f. *VVilhelmi C. Hollandiæ & Zeelandiæ*, quæ mortua est 1356. Huic fratre Wilhelmo sine liberis extincto principatum, qui Romano vacare Imperio declaratus erat, maritus Imperator addixit.[a] Ex

Liberi.

prima susceptI *Ludovicus*, & *Stephanus*, atque *Mechtildis* conjux Friderici gravis M. Misniæ, 1346. mortua. Ex altera geniti *VVilhelmus* matris heres, *Ludovicus* cogn. *Romanus*, *Otto*, *Albertus* item Hollandiæ & Zeelandiæ Comes. *Anna* Guntheri C. Schvvarzburgici ad Augustum fastigium evecti, & *Elisabetha* Joannis D. Bavariæ, inde Ulrici C. Wirtenbergici & demum Canis Scaligeri principis Veronæ conjuges. Cæterum à patre stirpi acquisita, post ejus mortem pleraque brevi rursus amissa. *Electoratus alternatio*, Ticinensi pacto rescisso, non obtineri potuit. Marchionatum *Brandeburgensem* LUDOVICUS major natu, quem à patre 1319. Comitiis Naumburgensibus acceperat, & contra Pseudo-Woldemarum ejusque adjutores Ascanios, tum Pomeranos & Megapolitanos defenderat, fratri Ludovico Romano, servato tamen suffragii in comitiis Cæsareis & cubicularii titulo 1349. concessit, contentus

Ludovicus Elect. Brandeburg.

Styria

a Ex Beka Conr. de fin. Imp. Germ. c. 28. p. 741.

Styria & *Tiroli*, quas ab uxore ſecunda (prior Margareta filia Chriſtophori Regis Daniæ ſine liberis deceſſit) *Margareta* cognomento Maultaſchin/ *filia Henrici D. Carinthiæ, Styriæ & Tirol. Com.* ducta 1342. obtinuerat: Ex ea moriens 1361. reliquit *Mainradum*, qui tamen 1363. deceſſit ἄπαις, unde ſucceſſio ad Auſtriacos delata, cum mater Rudolpho Auſtriaco iterum nupſiſſet. LUDOVICUS cogn. Romanus, quia Romæ natus, poſt fratrem *Brandeburgicam* Marchiam & Electoratum tenuit: & ex ea demum Pſeudovvoldemarum ſ. Jacobum Rebock molitorem poſt diuturnum bellum expulit; adv. Pomeranos etiam pro ducatus *Stetinenſis* ſucceſſione bellum geſſit, ſed cedere coactus eſt. Vita exceſſit 1366. vel 1369. Ex *Ingelburgi Megapolitana* priori conjuge (altera *Anna Auſtriaca* improlis fuit) ſuſcepit filiam *Ingelburgim* Friderici Burggravii Norimberg. conjugem. Mortuo ei ſucceſſit OTTO frater tertius, quem 1373. ſocer *Carolus IV.* 200000. aureis [a] Ungaricis vendere, & exigua ditione in Bohemiæ & Bavariæ confiniis contentum eſſe coegit. Ignavus homo & obſcænis voluptatibus ac otio indulgens: inde *Finnius* ab ignavia dictus, obiit 1379. Nullis ex *Margareta Auſtriaca* & *Anna Caroli IV.* filia relictis liberis. *Hollandia* cum comitatibus junctis diutius in familia hæſit. Eos enim adiere filii

Ludovicus Rom. Elect. Brandeburg.

Otto Elect. Brandeburg.

a Aliqui nonniſi 6000. memorant.

Wilhelmus C. Holl. Ludovici Wilhelmus & Albertus. WILHELMUS in matrem impius, & civilium bellorum causa, mente motus & custodiæ addictus, tandem ex *Mechtilde Lancastrensi ἄπαις* mortuus

Albertus C. Holl. est 1378. s. 1377. ALBERTO, qui adversus Frisios bellum gessit, ex *Margareta Silesio Lignicia* (nam altera *Margareta Clivia* sterilis fuit) præter filias *Margaretam* Joannis D. Burgundiæ (ex qua Philippus Dux) *Ioannam* Alberti D. Austriæ, *Catharinam* Edoardi D. Geldriæ conjuges, filii fuere WILHEL-

Wilhelmus C. Holl. MUS, qui cum Joanne Burgundo 1408. adversus Leodienses profectus fratrem Joannem obsidione liberavit; & cum Frisiis atque Geldris bellum habuit. (1417. mortuus

Albertus D. Bavar. est) ALBERTUS, qui Straubingæ vixit, & 1399.

Ioannes Episc. Leod. decessit, & JOANNES Episcopus *Leodiensis*, qui à civibus obsidione Mosæ Trajecti clausus, ope fratris liberatus est, dein adversus ejus filiam Jacobam ditiones, ducta Elisabetha Lucemburgia, Antonii Brabantini vidua, sibi asseruit, Dordraci à Joanne Brabantino obsessus est, sed hostem fatigavit & depulit; pace Worcumi constituta illi Hannoniam permisit, reliqua sibi servavit 1419. Demum 1424. Jacobæ instinctu ab aulæ magistro veneno sublatus est, ultimus hujus lineæ masculus. JA-

Iacoba C. Holl. COBA illa Wilhelmi filia primum *Ioanni* Delfino Franciæ, tum Joanni Brabantino, hoc iterum ob consanguinitatem deserto Humfredo D. Glo-

D. Gloceſtriæ Angliæ Regis fratri nupſit: Demum ab iſto etiam, quod Pontifex divortium damnaſſet, relicta cum Francone Borſelio C. Oſtervantiæ equite, ex Zelandiæ proceribus, clam ſe conjunxit: Hunc Philippus D. Burgundiæ & illam cepit, cumque effugiſſet, ea tandem ſervato certo annuo proventu illi amitino ſuo Burgundiæ Duci ditiones avitas relinquere coacta 1436. fatis ceſſit. Liberi ex Francone illegitimi habiti, ex quibus Domini *de Borſel & Cortgena* orti ſunt. In Bavaria ſolius STEPHANI ex *Ludovici Imp.* filiis proſapia duravit, qui *fibulatus* nuncupatur. Poſt mortem Rudolfi II. electoratum ambivit fruſtra. Tranſegit à morte Ludovici Imperatoris patris cum patruelibus Palatinis, ſoluta certa pecunia in compenſationem detrimentorum, quæ bello civili à fratre Ludovico Rudolphus Elector acceperat. Sed minimè pretium jacturæ adæquare dicebatur. Unde poſtea quoque continuata prætenſio. Mortuus eſt 1375. vel juxta alios ſed perperam ſentientes 1392. Uxores ei aſſignantur *Eliſabetha Andina* f. Ludovici R. Siciliæ & Ungariæ (quam Gallici ſcriptores non agnoſcunt) & *Margareta* Norica. Inde geniti *Eliſabetha* uxor Ottonis jucundi D. Auſtriæ, & tres filii *Stephanus*, *Fridericus*, *Ioannes*. A quibus totidem lineæ deſcendunt.

Stephanus D. Bavar.

I. INGOLSTADIENSIS.

Stephanus D. Bavar.

STEPHANUS [a] *Ingolſtadienſem* ditionem in diviſione cum fratribus, cum quibus 17. annis ditiones indiviſim adminiſtratæ 1392. natus eſt; Novæ ſator lineæ, quæ tamen non diuturna. Princeps fuit pietate & virtute clariſſimus, qui in nullius è ſubditis ſinu caput reclinare & dormire non auderet. Deceſſit 1413. Ejus ex *Thadea Mediolanenſi* (nam altera Margareta Clivia improlis fuit) filia *Iſabella* ſeu *Eliſabetha* uxor fuit *Caroli VI. Reg. Franciæ*, ducta 1385. ſed regno tantum non exitioſa, cum odio in Delfinum, quamvis proprium filium, flagrans, & mariti mente capti infirmitate abutens, factionem Anglicam & Burgundicam foveret, ſceptrum etiam Anglo genero conciliatura. Luxum ea muliebrem multum in Gallia auxit. Tandem mortua 1435. ſine ulla pompa ſolenni ſepulturæ illata eſt. Fratres Iſabellæ fuere *Ioannes* Epiſcop. Ratisponæ, extinctus 1439. &

Ludovicus Dux

LUDOVICUS [b] *Barbatus*. Vir pervicax, qui ſuperbè & avare multa fecit, nec parem nec ſuperiorem ferre potuit [c]. Epiſcopum Friſin-

a Nomine par patri, par robore mentis & armis,
Inſubrum meminit fortia facta Padus.
Nic. Reuſn.

b Acer at infelix, belli ſtudioſus & audax,
A nato captus vincula ſæva tuli.
Nic. Reuſn.

c Verba Reuſneri.

Frisingensem lacessivit, cum adv. hunc nihil posset, fratrem Joannem vexavit. Inde in Gallia *Mortaniæ* comitatum tenuit, at cum administrationem regni ad se raperet, regno ejectus,[a] ægrè vitam servavit, & regia gaza potitus in Bavariam regressus est. Hic patrueles lacessivit, ab Henrico vulneratus, aperto bello cum eo & reliquis Bavariæ proceribus congressus est: donec sex urbibus exutus Imperiali Friderici III. autoritate per quadriennium Bavaria exulare juberetur. Idem postea cum filio LUDOVICO *Gibboso*, quem substituto herede filio naturali exheredare volebat, bellum habuit. Tandem à proprio filio, qui à civibus ut legitimus princeps receptus erat, captus, Neoburgi custodiæ mandatur: unde eum, cum dictus filius 1445. ante patrem moreretur, *Albertus M. Brandenburgicus* Onoldsbacum abduxit, & demum 32000. florenis vendidit ejus agnato *Henrico Landshutano*, in cujus carcere 1447. *Burckhusii* vitam cum morte commutavit. Eo robore & brachiorum firmitate adhuc in senectute valens, ut si quem comprehenderet, nisi aliorum viribus se excutere ille propriis non valuisset. Conjuges duas in Gallia duxit, *Annam Borboniam* & 1439. *Catharinam* f. *Petri Alenzonii*, viduam Petri Navarreni C. Mortanii (quæ decessit 1462.) Filius uxorem habuit *Margaretam Brandeburgicam* 1438. ductam. II. LANDS-

Ludovicus Gibbosus Dux

[a] Thuan. c. 25. sed cum *Stephanum* vocat.

II. LANDSHUTENSIS.

vid. pag. 266.

Friderici D. FRIDERICUS [a] *Landshutenſem* tractum in diviſione fraterna obtinuit, & ad poſteros, à quibus nova linea, moriens 1393. tranſmiſit. Fratres autem in diviſione defraudaſſe arguebatur. Filius ejus ex *Magdalena Mediolanenſi* quæ 1404. extincta (prior uxor *Anna C. Neyffenſis* 1380. ſine liberis eum deſtituit) præter ſorores *Magdalenam*, Joannis Meinradi Com. Goritiæ, *Eliſabetham*, Friderici Electoris Brandeburg. *Margaretam*, Marci Vicecom. Mediolanenſis conjuges, genitus

Henricus dives Dux. HENRICUS [b] cum utroque parente orbatus, & præfecturæ à tutoribus alienatæ eſſent, ex ephœbis egreſſus purpuratorum gregem exautoravit, & egeſtate coactus in *Boruſſiam* militatum profectus eſt, ibique equitibus *Teutonicis* adv. Polonos & Lithuanos ſtipendia fecit: Interim domi ſacerdos quidam rei familiaris peritiſſimus, cui adminiſtrationem crediderat, omnia obligata & oppignerata redemit. Redux iisdem ſtudiis incubuit: unde cum parſimonia magnas quæſiviſſet opes *divitis* nomen obtinuit. Acceſſit dein heredi-

[a] Majorum ſtudui meritas anteire ſecures,
Patria conſiliis floruit aucta meis.
Nic. Reuſn.

[b] In me par nomen rebus fuit: inclyta virtus
Divitias uni mentis opumque dedit.
Nic. Reuſn.

hereditas *Ingolſtadienſis*, quam mortuo captivo ſuo Ludovico barbato ſolus excluſis agnatis adivit. Pacis ſtudioſus fuit, cunctos regionis angulos à latrocinii metu immunes præſtitit, & ſumma civilitate atque popularitate alios principes ſuperavit. Uxor ei 1412. ducta eſt *Anna Auſtriaca*, quæ 1447. ille 1450. deceſſit. Ex liberis *Ioanna* Ottoni C. Palatino Mosbacenſi, *Eliſabetha* Ulrico C. Wirtenbergio nupſit & 1478. extincta eſt. Filius natus 1417. LUDOVICUS [a] à parente parcius in juventute habitus, obſequentiſſimus tamen illi fuit, & liberaliſſimus evaſit. *Aychſtadenſem* civitatem obſedit, ſed amicorum interpoſitione iterum reliquit. Inde multa bella geſſit, cum *Alberto March. Brandenburgio*. A Cæſare autem *Friderico III.* Majeſtatis reus ob laceratas literas Imperiales eſt declaratus & proſcriptus, mandata Alberto marchioni executione. Cum hoc jungunt vires civitates Imperiales ſuperioris Germaniæ (*Norimberga* excepta) & hoſtili animo Bavariam aggrediuntur. Ludovicus à *Bohemis* adjutus, non repellit tantum hoſtes, ſed majoribus damnis afficit, prælio etiam ad *Giengam* victos. Demum pax facta 1459. Sed mox in partes ſuas *Fridericus Victorioſus Palatinus* eum pertraxit, ac ita recruduit bellum, quo iterum multæ datæ acceptæque clades. 1450. una

Ludovicus Dux.

a Par opibus virtus in me reſpondet alacris:
Grandius ingenio nec mihi nomen ineſt.
Nic. Reuſn.

una hora Judæos omnibus ſuis urbibus & finibus ejecit, bonaque fiſco addixit. Obiit 1479. Ea tandem autoritate fuit in Imperio, ut diſſidiorum in Germania communis haberetur arbiter. Ex *Amalia Saxonica*, quæ 1502. deceſſit, filia fuit *Margareta*, Philippo Electori Palatino 1474. nupta, 1501. mortua. Filius GEORGIUS [a] *dives*, *Ingolſtadienſis Academiæ* & collegii Georgiani, inque eo diverſorum ſtipendiorum conditor & autor, lineam maſculam Landshutanorum finivit 1503. Cum autem ex *Hedvige Polonica* ſuſceptam filiam *Eliſabetham* (alia *Margareta* monialis fuit) *Ruperto Virtuoſo Palatino* nuptam heredē ſcripſiſſet, *bellum Bavaricum* ortum, Palatinis damnoſum, Bavaris autem, qui ſucceſſionem impetravere, non parum proficuum.

Georgius dives Dux.

III. MONACHIENSIS.

vid. pag. 266. 268.

Ioannes Dux.

Hodie quoque hæc ſuperſtes eſt. JOANNES tertius filius *Stephani fibulati* obtinuit tractum *Monachienſem*, autor ejus lineæ, quæ initio tenuior, demum reliquis ſucceſſit. Et quidem initio ob probitatem excluſus gubernaculo à fratri-

[a] Vanus ſplendor opum, regni quoque gloria vana,
Divitiæ grandes ſunt metuiſſe Deum.
Hac poteram verè dives virtute vocari;
Quem penes eſt pietas, omnia dives habet.
Nic. Reuſn.

fratribus ſpernebatur, & in ſumma egeſtate vivebat, ut uxore *Catharina* f. *Mainradi C. Palatini Goritiæ*, liberali pauperum benefactrice, 1391. mortua, aliter ſibi proſpicere cogeretur. Unde 1392. fratribus refragantibus ſed civium favore Monachium occupavit, atque dein ibi aulam diviſione facta obtinuit. Inde cum Friderico absque Stephano pactus eſt de ſucceſſione mutua. Adverſus hunc deinceps etiam armis actum, & clades datæ & acceptæ. Deceſſit Joannes 1397. Relictis *Sophia*, quæ pulchritudine & prudentia Wenceslao Imperatori 1389. deſponſari meruit, & 1420. extincta eſt, atque duobus filiis. Hi ERNESTUS [a] & WILHELMUS, cum *Ioannes* agnatus in Hollandia mortuus eſſet, obtinuere ab Imp. *Sigismundo*, 1429. ut in ſucceſſione tractus *Straubingenſis* in capita ſuccederetur. Iisdem cum *Ludovico Barbato* Ingolſtadienſi grave bellum interceſſit. Ex illis Wilhelmus defenſor *Baſileenſis Concilii* deceſſit 1436. ex *Margareta Clivia*, relicto *Adolpho*, qui 1437. patrem ſecutus, & qui poſthumus natus eſt *VVilhelmo*, ſed idem quoque mox deceſſit. Erneſtus autem vivendi finem fecit 1438. Ex *Eliſabetha Mediolanenſi*, 1432. defuncta, pater *Eliſabethæ*, Adolpho D. Bergenſi & hoc 1434. mortuo Heſſoni Com. Leinin-

Ernestus D.
Wilhelmus D

[a] Integer & ſumtis pacis ſtudioſus in armis
Obſequio merui commodiore decus.

N. Reuſn.

Leiningio, & *Beatricis*, Hermanno C. Cileiæ, inde Joanni C. Palatino nuptarum, atque Alberti. Hic ALBERTUS [a] cognomento *pius*, qui educatus apud Wenceslaum Imper. quod linguæ *Bohemicæ* non ignarus esset, à majori Bohemiæ procerum parte *Rex* eligitur 1440. spreto *Ladislao* Alberti II. filiolo. Verum oblatum modeste recusavit, cum alterius injuria regnum habere, & pupillum suo jure spoliare negans, ac Bohemos ad fidem legitimo principi servandam adhortatus. Mortuus est 1460. pacis, literarum amore, clementia illustris princeps; ad extremum sepositis cæteris curis, Musica & nonnunquam venationibus se oblectare solitus. Cum juvenis Agnetem quandam tonsoris filiam ita deperisset, ut justę uxoris loco habiturus esset, eam lata sententia parens Danubio mergi fecit. Sed liberos suscepit ex conjuge *Anna Brunsuicensi* 1437. JOANNEM, 1439. SIGISMUNDUM, 1440. ALBERTUM, 1442. *Elisabetham* Ernesti Elect. Saxoniæ conjugem (quæ mortua 1484.) .... *Margaretam* Friderico Gonzagæ M. Mantuæ 1452. nuptam, 1450. CHRISTOPHORUM, 1451. *Barbaram*, quæ monialis vixit, ... WOLFGANGUM. Inter eos patris voluntate, ut duo majores rerum potirentur, cæteri literis operam darent, *Ioannes*, cum *Sigismundo* princi-

Albertus pius Dux.

Ioannes Dux. Sigismund. Dux.

[a] Non mea falsa fides, pietas sine crimine sancta,
Parque fide nomen, par pietate fuit.
Nic. Reusn.

principatum tenuit & 1473. mortuus est; hic demum privatus esse malens 1465. Alberto cessit fratri, & 1501. vita excessit. Ad Albertum tamen & horum, & postea *Christophori*, qui principatum adversus eum sibi asserebat, & cum *Wolfgango* ei multum molestiæ creaverat, successio delata. *Christophorus Rhodi* extinctus est 1493.[a] Wolfgangus vero ultimus è fratribus, 1514. mortuus sua transmisit nepotibus. ALBERTUS[b] prædictus, cognomento *Sapiens*, Bavariam unione partium divisarum, & successione *Landshuto-Ingolstadienſi*, quæ *bello Bavarico* vindicata, auxit. Nec parum *Maximiliani* Imp. affinitas, ac domus Palatinæ, bello illo afflictæ, calamitas, domus hujus æmulæ consiliis profuit. Cum ei ob canonicos propria potestate ex cœnobiis Ilmunster & Schiersee Monachium translatos controversia moveretur ab Episcopo Frisingensi, parum aberat, ut ab imperio proscriberetur. Mortuus est 1508. relictis ex *Cunigunda Austriaca*, quæ 1487. ducta 1520. rebus humanis excessit, filiabus *Sibylla*, nata .... Ludovico C. Pal. Electori (cujus prius sponsa fuerat hujus

Christophorus Dux.

Wolfgangus Dux.

Albertus Dux

S soror

a Occubui patriam dum protego fortibus armis:
Nomen habet mundus: cœlum animam: ossa Rhodus. *Reusn.*

b Qui fuerim vitaque gravis virtuteque præstans
atque fide, nomen consule, certus eris.
Ingenii vigor & magnæ solertia mentis
Sæpius ad magnas res mihi fecit iter.
Nic. Reusn.

ſoror *Sidonia* 1505. mortua) 1511. nupta, 1519. extincta, *Sabina* nata 1492. deſponſata Ulrico D. Wirtenbergiæ 1511. defuncta 1564. *Suſanna* nata 1502. uxor dein Caſimiri M. Brandeburg. 1518. & Ottonis Henrici C. Palat. 1529. ducta, quæ 1543. deceſſit. Ex filiis qui tres, LUDOVICUS nat. 1495. cum fratre Wilelmo acerrimus *Lutheri* fuit hoſtis, & 1538. *fœderis ſancti*, quod cum *Henrico D. Brunſuicenſi* pro religione Pontificia ictum *Norimbergæ*, primus dux: tum ſummus *Henrici Brunſuicenſis* amicus, unde hic ſuis pulſus ditionibus ad Ludovicum confugit. [a] Idem ut dux Suevici fœderis Ulricum Wirtenbergiæ ducem ditionibus exuit. Deceſſit demum 1545. ex pacto cælebs.

Ludovicus D. Bav.

ERNESTUS [b] natus 1500. *Aventini* diſcipulus ſtudiis ſedulam operam navavit, unde, inprimis *metallicarum* rerum, peritiam ſingularem ſibi comparavit: Multas quoque peregrinationes ignotus peregit. Electus autem *Archiepiſcopus Salisburgenſis* & *Epiſcopus Paſſavienſis*, eccleſias illas æris alieni onere liberavit, & ſine ſubditorum incommodo opibus auxit. Laborioſiſſimus etiam nocte dieque ſupplicibus ſubditorum libellis vacavit. Cum vero ordines majores nollet ſuſcipere, Canonicis tandem 1554. epiſcopatum reſignavit, in comitatum

Ernestus Archiep. Salisb.

a Conf. Sleid. L. 12. p. 339. L. 16. p. 467.

b Præſul eram tanti menſuram nominis implens,
Doctrina mores æquiparante bonos.
Nic. Reuſn.

tatum *Glacenſem* in Bohemia ſuo ære emtum conceſſit, & reliquum vitæ tempus ibi exegit. Mortuus 1560. Doctorum ſingularis patronus. WILHELMUS [a], major natu in lucem editus 1493. patri ſucceſſit. Hic ſæpius ad *electoralem* dignitatem, ut Palatinis extorqueretur, aſpiravit.[b] Inprimis autem 1524. in comitiis perſuaſit per *D. Eccium*, monſtrato quod domus Palatino-Bavarica mutuis diſſidiis non parum à priſtino ſplendore deciderit, ut omnia antiqua domus pacta renovarent, & novo fœdere confirmarent. Ita *Ticinenſe* etiam pactum de alternatione Electoratus renovatum voluit. Inde poſtea defuncto *Ludovico Pacifico* Electoratum ſibi deberi arbitratus eſt. Indigne quoque tulit, cum poſt bellum *Smalcaldicum* Fridericus Elector in gratiam ab imperatore reciperetur, ipſe ejus ſeptemviratus potiundi ſpe creditus ſequi Cæſareas partes.[c] *Auſtriacæ* quoque potentiæ non obſcure invidebat Wilelmus & frater Ludovicus. Unde 1525. perſuadere voluere Palatinis ob perpetuam fere Imperatoris abſentiam, novo Imperatore eſſe opus: illisque ſuam operam detulerunt, ſi eligi vellent, aut ſi ſe eligerent Wilhelmus promiſit 100000. floren. pro officio; quod ad *Wilhelmus Dux.*

[a] Poſterior nulli veterum vel pace vel armis,
Ingenii multis indole major eram.
Nic. Reuſn.

[b] Vid. Hub. Thom. Leod. vit. Frid. 2. L. 2. p. 72. 89.

[c] Thuan. L. 2. p. 122.

Caroli V. aures delatum est.[a] Nec minus ægre tulere, cum Ferdinandus Austriacus *Rex Ungariæ* renunciaretur, cum Guilelmus aut ipse eligi aut fratrem eo promovere speraret. Iterum cum Ferdinandus electus esset *Rex Romanus*, Bavari æque ac Saxo & Protestantes nonnulli, pro *libertate Germanica* tuenda clam *fœdus* cum rege *Francisco* percussere, qui 100000. aureos in usus bellicos, si quid repentini accidisset, apud eos deposuit.[b] Curam autem singularem religionis Pontificiæ præ se tulere, unde cum 1538. Heldi Cæsarei legati ministerio fœdus, quod sanctum vocabant, Norimbergæ percuteretur, Wilhelmus & Ludovicus primarii duces.[c] Cum etiam in *colloquio Ratisponensi* 1541. à Friderico Com. Palatino consilia conciliationis proponerentur, hi potius mortem se obituros dixere, quam vel latum digitum de inveterata religione & consuetudine remitterent. Quod credebantur feciisse stabiliendæ suæ authoritati apud Ecclesiasticos, dein ne ex compositione ad Palatinum & Austriacos gloria redundaret. In bello *Smalcaldico* literis à fœderatis solicitatus Wilelmus, ambiguum responsum dedit, non posse se infirmiorem potentiori Cæsari aditum denegare, ut tamen propterea eorum hostis haberi nollet.[d] E conjuge

a Hub. Th. Leod. L. 7. p. 115.
b Thuan. L. 1. p. 27. L. 2. p. 77.
c Sleidan. L. 12. p. 338.
d Sleid. L. 17. p. 529. Thuan. L. 2. p. 98. 99.

juge *Maria Iacobea Badenſi* 1532. ducta, quæ 1580. mortua eſt, genuit 1532. *Sidoniam* ſ. *Mechtildem* Philiberto M. Badenſi 1556. nuptam, quæ 1565. deceſſit, & 1528. ALBERTUM V. Hic ex *Anna* 1546. ducta, quæ 1580. extincta eſt, Ferdinandi Imp. gener, *Auſtriacis* iterum addictior eſſe cœpit. Pontifici & Jeſuitis (quibus collegia *Monachii*, *Ingolſtadii* & *Landsbergæ* extruxit) addictiſſimus fuit. Nihilominus 1556. ſuorum petitionibus, quia pecuniam exigere in animo habebat, cum idem Ferdinandus ſuis conceſſiſſet, indulſit ad tempus, ut *cœna dominica integra* uterentur, & *carnibus* urgente neceſſitate diebus *vetitis* veſcerentur: Declarato tamen, quod nullo modo velit diſcedere à religione aut ceremoniis majorum. Poſtea quoque in calicis negotio 1564. ad Pontificem ſcripſit, legatosque habuit in concilio *Tridentino*. Præſes *Comitiorum Ratisponenſium* loco ſoceri fuit 1556. Ladislao Com. *Hagenſi* 1567. ſine maſculis mortuo, feudum à Maximiliano II. impetravit, magna tamen heredibus pecuniæ ſumma numerata. Mortuus eſt 1579. Filia ejus *Maria* nata 1553. Carolo Archiduci Auſtriæ avunculo ſuo 1571. nupſit, more Auſtriacis familiari, & 1608. deceſſit. Filii Alberto tres ſuperfuere, Wilhelmus 1548. Ferdinandus 1550. Erneſtus 1554. nati. FERDINANDUS cum imparibus nuptiis ſibi copulaſſet 1588. *Mariam Petenbeckiam*, ex ea

Albertus Dux

Ferdinandus Dux.

Comites *VVartenbergios* & *Schaumborgios* profevit; ex quibus *Franciſcus VVilhelmus Epiſcopus Oſnabrugenſis, Mindenſis, Verdenſis & Ratisponenſis* ac tandem Cardinalis fuit, 1661. extinctus. Sed ex fratribus ejus *Erneſto Bennone* & *Ferdinando Laurentio* ſati illis titulis Comites.

Erneſtus El. Colon.

Ferdinandus pater deceſſit 1608. ERNESTUS Epiſcopus fuit *Friſingenſis* 1565. & *Hildesheimius* 1573. Cum autem 1580. Epiſcopus *Leodienſis* defunctus eſſet ; & cum Arauſionenſi principe ordines Belgici eo promotum cuperent Matthiam Auſtriacum , *Hiſpani* regis & *Cæſaris* favore electus eſt Erneſtus. [a] Demum *Gebhardo Truckſeſſio* Archiepiſcopo Colonienſi exautorato , eligitur idem, tanquam princeps opibus & affinitate præpotens , utraque paterna & materna ſtirpe illuſtris. [b] Et quamvis Gebhardus & ſuis viribus & Palatini *Iohannis Caſimiri* auxilio ſe defenderet, ope *Hiſpanorum* ac fratrum obtinuit electoratum , & ad 1612. quo mortuus eſt, geſſit. Hic Leodii Electionem conſulum, quæ penes certos commiſſarios fuerat, ad plebem tranſtulit.

Wilhelmus Dux.

WILHELMUS patri in regimine ſucceſſit , ab ipſo autem *VVilhelminæ* lineæ nomen, quo Ferdinandi fratris liberi excluduntur. Princeps fuit literis excultus , *Ieſuitis* autem deditiſſimus. Fratri *Colonienſem* Electoratum adituro auxilium miſit 1583. Tandem Maximiliano filio tradidit regimen,

a Thuan. L. 71. p. 610.
b Thuan. L. 78. p. 885.

regimen, & ipse ingressus monasticam, cum 28. annis fortunæ & successuum filii spectaculo se oblectasset, obiit 1626. in monasterio *Carthusiano* prope Ratisponam. Uxorem habuit *Renatam Francisci D. Lotharingiæ* filiam 1568. ductam, quæ 1602. mortua est: Ex ea præter immatura morte præreptos, & filias *Mariam Annam* natam 1534. Ferdinandi II. Austriaci, qui dein Augustus, à 1600. ad 1616. conjugem, & *Magdalenam* 1587. natam, 1613. Wolfgango Wilhelmo C. Palatino nuptam, & 1628. defunctam, filios inprimis 4. genuit. E duobus autem novæ lineæ satæ. Reliqui duo *Philippus* & *Ferdinandus* Ecclesiastici fuere. PHILIPPUS fuit *Episcopus Ratisponensis* & *Cardinalis*. In æde Michaelis, quam parens Monachii extruxerat, primam concionem hoc audiente habuit. Præmaturo fato extinctus 1598. & magnifico fratris curâ Mausoleo honoratus est. *Philippus Card.* FERDINANDUS initio coadjutor patrui in archiepiscopatu *Colonienſi* fuit, dein *successor*. Præterea 4. Episcopatus *Leodiensem*, *Monasterienſem*, *Hildesheimienſem* & *Paderbornenſem* tenuit. *Ferdinandus Elect. Colon.* In causa Palatina inprimis, ut fratri electoratus ille concederetur, multum contulit. Anno 1636. cœpere motus *Leodienſes*,[a] initio ob *electionem consulum* ortæ, quam Episcopus à plebe, cui Ernestus commiserat, Imperiali autoritate ob ejus intempe-

a Confer Brachel. L. 5. & 6.

riem ad commissarios reduxerat: sed 1629. populus eam denuo factioſe exercere cœpit. Eo missi ab Hispanis Marchio *Ledanus*, ab Imp. *Comes Nassovia Hadamarius*, sed nihil effectum. Ruellius consul Gallicarum partium vir, à Comite Warfuseo astu interficitur: sed hujus cæde ei plebs parentavit. Demum 1648. cum Elector rebus componendis ad urbem accederet, à consulibus, & plebe, aliquibus canonicis eorum tuentibus causam, repellitur. Itaque capitulum Leodiense *Hujum* transfert, illis qui in urbe erant reclamantibus. Seq. autem anno per *Sparrium*, circuli Westfalici copiis instructum, eos, cum Gallica subsidia sperarent, ad deditionem cogit: & triumphabundus ingressus urbem, cum satisfactum esset unius alteriusve consulis supplicio, comitia à tribubus plebejis ad senatum cum aliqua moderatione transfert, & cum res certum atque potentem successorem requireret, *Maximilianum Henricum* nepotem coadjutorem eligi curat. Mortuus est 1650. A reliquis duobus duæ lineæ.

I. ELECTORALIS.

Maximilian. Dux.

MAXIMILIANUS natus 1573. domum suam ita ornavit, ut post Ludovicum Augustum nemini ea plus debeat. Hic à patre in monasterium secedente provinciæ suscepit administrationem. Qua ratione 1607. *Donavverdam*,

vverdam, quæ olim Bavaricæ ditionis urbs sub Ludovico Barbato ad imperium favore Sigismundi Imperatoris venisse dicebatur, occasione jurgii cum abbate, ad quod proscriptio secuta, ceperit, vid. apud *Thuan.* L. 138. p. 1252. Postea in pace *Pragensi* de restitutione ejus actum 1635. causa autem iterum disceptanda promissa in pacificatione Monasteriensi. Paulo post 1609. initæ *ligæ* dux declaratur Maximilianus. *Liga Dux.* Ei 1616. Palatinum, qui hyeme in Bavariam trahis vectus venerat, imperialem dignitatem suo suorumque auxilio procurandam promisisse, sed oblatam dolose dignitatem recusatam scribit Carafa Germ. restaur. Eo quoque anno Maximilianus per *Christophorum Gevvoldum* consiliarium libro de *septemviratu Imper. Germ.* publicato, θέσιν propugnari jusserat, *Electoratum Bavaris ratione ducatus, non ratione comitatus Palatini fuisse ab antiquo debitum.* Huic se *Marq. Freherus* pro *Palatina* causa opposuit; & res scriptis amæbeis, sed modestissimè acta. Cum Bohemicæ turbæ invalescerent (ipse quoque in electione novi regis ab aliquibus propositus fuerat) certumque esset Ferdinandum omnino juvare, quod in conventu electorum Ecclesiasticorum & Saxonis decretum, tanquam ligæ dux Hispanum & Pontificem de auxiliis interpellare constituit. Tum 1620. contraria castra castris Joachimi Ernesti unionis ducis opponit, sed interventu Gallo-

rum *Ulmæ* conventum, ne in posterum alii alios læderent. Itaque unionis copiæ in infer. Palatinatum descenderunt. Tum Maximilianus in *Austriam* valido exercitu stipatus, cum legato Tillio descendit, cumque in paucis vim adhibuisset, in reliquos sparsus terror, ut *Lincium* convocati comparerent. Itaque ad dimissionem militis adacti, ac ut se clementiæ Cæsaris permitterent. Tum eo, quem Austriaci habuerant, milite etiam adscito, *Bohemiam* intrat, *Budna* ac *Pisseco* expugnatis, initio ad *Raconitium*, mox *Pragam* in *albo monte* confligit: quo ultimo prælio, cum Maximilianus victor fuisset, res Bohemorum omnino prostratæ. Tum *Lichtensteinio* & Tillio relictis ipse Monachium revertitur. Inde *Mansfeldius* in superiori Palatinatu ita conclusus, ut cum elabi non posse videretur, accepta pecunia exercitum dimittere velle fingeret: Sed non opinante hoste in inferiorem Palatinatum evadit. Brevi autem universus Palatinatus in potestatem redactus à Bavaris, & *Bibliotheca Heidelbergensis* Romam Pontifici missa. Tum 1623. in *comitiis Ratisponensibus* in Maximilianum, dissentientibus licet Saxone & Brandenburgico, confertur *Septemviralis* dignitas; verum *ad vitam* tantum, & libera Cæsari circa eum dispositione relicta. Investitura quoque mox 25. Februar. solenniter ibidem peracta; nec tamen interfuere legati Hispani, Saxonici & Brandeburg.

Bellum Bohemicum.

Elector.

deburgici. Ex eo *Tillius* Bavaricarum & Ligisticarum copiarum dux cum Cæsareo exercitu eadem fere egit. In *Austria supra Anasum*, quam Bavarus expacto ob sumtus bellicos obtinebat, cum præsidia licentiosius se gererent, accedente mandato emigrationis, tumultus excitatur 1626. qui tamen armis compressus.[a] Ipsius autem Bavari jussu *Palatinatus superior* reformatus, quem jure hereditario, una cum 4. præfecturis Inferioris Palatinatus, & diplomate electoratus perpetui nuper 1628. à Cæsare obtinuerat, ut vicissim superiorem Austriam oppignoratam[b] ipse Cæsari redderet. Anno 1630. cum Wallensteinius in dicta Ratisponensi exautoratus esset, Maximilianus in ipsius locum optabatur, sed invisam sibi dignitatem haud visus est ambire, unde collata ea in Tillium. *Suecico bello* post prælium Lipsiense, Suecicum in superiorem Germaniam Rex penetraret, aliquæ *induciæ* 14. dierum interventu legati Gallici, cum quo rege fœdus defensivum percusserat 1631.[c] pactæ; illis elapsis ad arma reditum. *Suecicum bellum.*

Rex

a Quæ tum ei vitio versa vide apud Caraf. Germ. restaur. p. 265.

b Subditi magis in Cæsarem quam Bavarum propensi non contemnendam summam signati auri 600000. flor. addicebant. Caraf. Germ. restaur. pag. 339. Idem notat commoda religionis Pontificiæ ex illa electoratus translatione. 1. sublata suspicione utriusque Catholicæ domus. 2. translato suffragio in Romanam partem.

c Limn. Jur. publ. T. IV. ad 418. p. 612.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [319] - 283
PUBLIC DOMAIN

Rex autem Lyco ſuperato Bavariam ingreſſus *Rainam*, *Neoburgo*, *Landshuto*, *Monachio*, *Friſinga* potitur: ad *Ingolſtadium* res non ſucceſſit. Cum vero *Norimbergam* Cæſarei urgerent, eo medio abſtraxere regem è Bavaria. Ad *Norimbergam* quoque rex illa potiſſimum parte hoſtilia caſtra adortus eſt, ubi Bavarus erat. Wallenſteinio vero in Miſniam abeunte hic ſua recipit, in Suevia *Campodunum* & *Memmingam* capit, ſed ad ſua, Vinarienſi irrumpente, revocatur. Anno 1634. copiæ illius cum Cæſareis *Ratisponam* expugnant, & ſuperiorem Palatinatum recuperant. Seq. anno *pacificatione Pragenſi* ipſius lineæ iterum *Electoratus* attributus ſeu potius permiſſus. Sequentibus annis contra *Suecos*, *Gallos* & *Vinarienſes* una cum Cæſareis vel ſeparatim, ut res ferebat, Bavarici egere: & quidem plerumque Cæſareis adverſus illos agentibus, hi adverſi Gallis & Vinarienſibus. Inprimis notabilia, clades ab iis 1643. Gallis ad *Dutlingam* inflicta: Anno 1644. ad *Friburgum* cum duce Anguiano certamen; An. 1645. ducibus Reuſchenbergio & Werthano prælium ad *Tabor* contra Suecos infelix, in quo pars fuerat Bavaricarum copiarum: alibi à *Mercio* ad *Mergetheimium* Gallo-Vinarienſes damno affecti, ſed mox ad *Allersheimium* prope *Nerolingam* acie ab Anguiano victus & cæſus *Mercius*. Anno 1646. Sueci *Rainam* capiunt, ſed ulterius in Bavariam pergere prohibentur. Sequentis

quentis vero initio Maximilianus & frater Colonienſis, *inducias* cum Wrangelio paciſcuntur; & Bavarus ſuas copias à Cæſareo exercitu ſevocat. Poſt ſemeſtre tamen induciis ruptis *Memmingam* obſidet, & ad deditionem cogit. Itaque 1648. *VVrangelius* & *Turenius* Danubio ad Lauingam tranſmiſſo, ceſſante *Gronsfeldio* (qui ob hoc cauſam dicere Ingolſtadii coactus) prope *Auguſtam Melandrum* Cæſareum cædunt, tum Lyco ſuperato omni fere potiuntur Bavaria intra Oenum, quem re ad *Muldorf* aliquoties tentata nunquam potuere ſuperare. Dum ea fiunt, eodem anno pax ſupervenit, qua pro tota linea Guilelmina electoratus *Palatinus*, cum *ſuperiori Palatinatu* & comitatu *Chambenſi* conceditur. Viciſſim Bavarus renunciare jubetur debito 13. millionum, & prætenſioni in ſuperiorem Auſtriam. Anno 1646. ultimo Landgravio *Leuchtenbergico* extincto, hereditas ad Albertum D. Bavariæ, & ab illo ad electoralem lineam ſumta compenſatione delapſa. Tandem 1651. menſ. Septembri Ingolſtodii deceſſit: omni funebri pompa prohibita, niſi quod anniverſaria ſacra exprimere oblitus: unde illa ſolenniſſime poſtea celebrata. Epitaphium illud poſitum: *Hac lamina Maximiliani I. Utr. Bav. & ſuper. Palat. Ducis, S.R.I. Archidapiferi & Elect. Com. Pal. Rheni, Leuchtenberg. Landgr. Ingolſtadii 27. Sept. MDCLI. piiſſime defuncti viſcera teguntur, quæ decuit in*

ede

ade matris Dei tumulari, penes quam sunt viscera misericordiæ : ipse majorum jure, suis meritis & justo fatorum ordine Electoratum postliminio reduxit in suam domum. Prudentia œconomica & prisci seculi parsimonia, quibus immensæ opes paratæ, princeps aliis præluxit, & prudentia longo usu parata prȩcipuam autoritatem in imperio sibi acquisivit. Uxorem duxit 1595. *Elisabetham D. Lotharingiæ* filiam quæ sterilis fuit, tum 1635. *Mariam Annam Austriacam*, Ferdinando II. Augusto natam, ex sorore sua neptem, quæ 1665. humanis rebus exemta est.

Ferdinandus Maria Elect.

Ex ea geniti duo filii. FERDINAND. MARIA FRANCISCUS IGNATIUS WOLFGANGUS, natus in *comitiis Ratisponensibus* 1636. & à *Frisingensi* episcopo baptisatus est, pro Cæsare patruo *Alberto* sponsore, sub cujus etiam *curatela* postea, patri mortuo successit. Post excessum Ferdinandi III. Imper. ei controversia fuit cum Palatino *de vicariatu*: Ab aliquibus etiam dignus habitus est imperio. In motibus præsentibus quietem amavit, & consilia ejus reducendæ præferre aliis visus est. Uxorem duxit 1652. *Henricam Adelheidem filiam Victoris Amedei Sabaudi*, quæ nuper admodum decessit: Ex ea geniti 1660. *Maria Anna Victoria.* 1662. *Maximilianus Maria Emanuel Cajetanus Ludovicus Franciscus Ignatius Antonius Josephus Felix Nicolaus Pius.* 1671. *Ioseph Clemens Cajetanus Franciscus Antonius Caspar Mel-*

Liberi.

Melchior Balthaſar Ioannes Baptiſta Nicolaus. &... Violanta Beatrix Ioanna Baptiſta Maria Ioſepha Thereſia Cajetana Franciſca Felicitas Emerentia. Electoris frater eſt MAXIMILIANUS PHILIPPUS HIERONYMUS natus 1638. Ei Landgraviatus Leuchtenbergius conceſſus, tum generalis equitatus præfectura ab Imperio commiſſa eſt, ſed hac ſe abdicavit. Conjugem habet *Ludovicam Turriam Friderici Mauritii Ducis Bullionii* filiam, quam in Caſtello Theodorici 1668. ſibi junxit. *Maximilian. Philippus Dux.*

II. ALBERTINA. p. 280.

ALBERTUS natus 1584. Nepotis à morte fratris *curator* fuit, & electoratus *adminiſtrator*. Ob uxorem *Mechtildem filiam Georgii Ludovici Landgr. Leuchtenbergici*, eam poſtea ſucceſſionem nactus, aliis in Bavaria acceptis commutavit. Ex ea genitus 1618. *Ioannes Franciſcus Carolus*, Electore patruo adhuc orbo in ſpem ſucceſſionis educabatur, quæ cum conjugium alterum fæcundum fuiſſet, in irritum cecidit. Ipſe rebus humanis exemtus eſt 1640. Superſunt adhuc duo, ALBERTUS SIGISMUNDUS natus 1623. *Epiſcopus Friſingenſis & Ratisponenſis*, & hoc major MAXIMILIANUS HENRICUS, natus 1621. Anno 1642. cum Ferdinandus ſibi coadjutorem in archiepiſcopatu *Colonienſi* dari poſtulaſſet, obtinet *Albertus Dux. Albert. Sigism. Episcop. Friſing. Maximilian. Henr. El. Col.*

tinet hic eam dignitatem ſuffragiis, & 1649. 19. Octobr. in *Leodienſi*. Patruo vero mortuo in epiſcopatibus *Leodienſi*, *Hildesheimienſi* & *Colonienſi* archiepiſcopatu ſuffectus eſt. Anno 1654. ei cum Moguntino interceſſit controverſia de *coronatione regis Romani*: cum Moguntinus ſibi deberi ex *conſuetudine*, aſſereret; Colonienſis *literam Aureæ Bullæ* allegaret pro ſe. In Italiam ad fanum Lauretanum iter inſtituit. Cum civitate Colonienſi graviter contendit, ut res ad apertam vim ſpectare videretur. Inde cum *Rhinbercam* à Batavis ſibi detineri diu fruſtra conqueſtus eſſet, Gallico in hos bello, ſuis conſultoribus, princeps alioqui pacis amans & moderati animi, implicitus eſt, admiſſis etiam Gallorum in munitiones ſuas præſidiis. Ita quidem recepta *Rhinberca*, ſed offenſio Cæſaris & fœderatorum attracta. Ab his *Bonna* capta, & Electori qui in civitate Colonia tutum perfugium habuit, leges ſcriptæ. Utraque vero diœceſis Colonienſis atque Leodienſis plurimum iſto bello cladium ab utraque parte perpeſſæ: caſtrum quoque Leodienſe quo capiſtro plebem in obſequio hactenus tenuerat, proditione in Gallorum manus traditum, ab his nuper cum aliis fortalitiis provinciæ dirutum.

APPEN-

APPENDIX DE LEONSTEINIIS. [a]

Edidit eam genealogiam *Ioannes Ammonius* Typographus Francofurt. 1624. De origine vid. ſuperius in *Friderico Victorioſo* p. 195. Hic enim ex *Clara de Tettingen*, nobili ſtirpe nata, conjuge ſua, ſuſcepit duos filios, quorum prior Fridericus 1474. mortuus, & hoc epitaphio Heidelbergæ ornatus eſt: *Anno Dn. 1474. ipſo die Galli obiit venerabilis & nobilis Dominus Fridericus, princ. Illuſtriſſ. & Dn. Dn. Friderici C. Pal. Rhen. Duc. Bav. S. R. I. Archidap. & principis Elect. filius legitimus* [b] *Eccleſiarumque VVormatienſis & Spirenſis Canon. Cujus an. req. in pace.* Alter filius LUDOVICUS, fratre mortuo à patre in poſſeſſionem miſſus eſt dominiorum *Scharfeneck, VVeinſperg, Neuenſtatt, Meckmuhl, Uzberg, & Umbſtatt:* & à Maximiliano Cæſare *Comitis* dignitate ornatus, inſerta clauſula, ne pernicioſa principatuum diviſio inducatur. Patre vero ejus Friderico mortuo Philippus Elector omnes dynaſtias (excepta *Scharfeneccia*) ad ſe recepit, & permutationis nomine comitatum *Lœvvenſtein* ſubſtituit; quem cum antea peculiares comites, qui Wirtenbergicorum agnati, tenuerant, Fridericus Victorioſus 14000. aureis Rhenanis

Ludovicus C. Lœvvenſtein.

T emerat.

a Conf. Trithem. de reb. geſtis Frid. Victor. & ad eum NN. Marq. Freheri.

b Unde male ap. Reuſn. vocatur *filius naturalis.*

emerat. In ditiones autem illas ſibi ademtas, Leonſteiniis, jus aliquod ſibi reſtare, viſum poſtea eſt. Ludovicus vero *bello Bavarico* ſecutus partes Ruperti Palatini agnati (tanquam curator ejus conjugis) ab *Ulrico D. VVirtenbergico* comitatu Lœvvenſtein exuitur, eumque vix poſt bellum recipit, bona tamen parte mutilatum, & ut beneficium ducum agnoſceret. Excuſavit Ludovicum Maximilianus Imp. cujus diploma de anno 1510. monſtratur. Poſtea quoque pro Palatino tanquam equitatus dux variis in bellis arma geſſit. Dein etiam in Comitiis Norimberg. 1522. à Carolo V. & Imperii proceribus *ad bellum Turcicum conſiliarius* lectus eſt. Carolo V. electo, nomine collegii ſeptemviralis ei mandatum, ut Caroli legatis Moguntiæ eventum expectantibus nunciaret electionem. Obiit 1524. ſuſcepta prole ex *Eliſabetha Montfortia* conjuge priori, quæ 1505. partu interiit: nam altera *Sophia Backlina*, vidua *Conradi C. Tubingenſis* improlis fuit. Inter ejus liberos plures in infantia deceſſere, *Margareta*, *Catharina*, *Clara*, *Ioanna* moniales fuere, *Eliſabetha* Oſvvaldi C. Thierſteinii uxor. LUDOVICUS major natu comitatum fratri Friderico ceſſit, privatim acturus, & *Sulzbaci* 1536. deceſſit. WOLFGANGUS, rebus humanis exceſſit 1512. ſponſus *Eliſabethæ Hohenloicæ*. FRIDERICUS alter Ludovici filius, ſuſcepto à fratre Ludovico regimine propagavit ſtemma ex *He-*

Liberi.

Friderici Comes.

ex *Helena Kœnigseckia*, & mortuus est 1541. Ex ejus liberis FRIDERICUS ob eruditionem & prudentiam à Cæsare Ferdinando constitutus est *Cameræ Imperialis judex*. Obiit 1569. ἄπαις, ex *Amelia* f. Ernesti March. Badensis, quæ decessit 1594. Minimus natu autem ALBERTUS, eques *Hierosolymitanus* fuit, ac *Græciam*, *Syriam*, *Ægyptum*, & *Arabiam* perlustravit. Supremus equitum præfectus Philippo II. Hispaniæ regi in *Belgio* & *Gallia*, dein Regi *Galliæ* adversus *Condæum* militavit. Obiit 1587. A reliquis duobus duæ lineæ. *Friderici C.* *Albertus Comes.*

I. LEONSTEINIA.

WOLFGANGUS, natus 1527. In bello *Smalcaldico* duci Wirtenbergico se junxit, inde Caroli V. auspicia secutus est in *Gallicis* & *Belgicis* expeditionibus. Tandem ab *Archiepiscopo salisburgio* Dux militum constitutus. Mortuus 1571. Ex *Rosula de Hohenhovven*, quæ obiit 1581. duo filii, HENRICUS natus 1553. qui Joan. Casimiro Palatino in *Gallia* & *Belgio*, dein *Regi Sueciæ* adversus Danum militavit, ac obiit 1581. & WOLFGANGUS *jun.* natus 1555. qui Duci *VVirtenbergio* percarus fuit, vir miti & placido ingenio. Obiit 1596. relictis duobus filiis impuberibus ex *Anastasia Catharina VValdeccia* 1585. ducta, quæ 1620. mortua est. *Wolfgangus Comes.* *Henricus Comes.* *Wolfgangus Comes.*

Georg. Ludovicus Comes. GEORGIUS LUDOVICUS filius major *VVolfgangi jun.* natus 1587. cum fratre Joanne Casimiro academias *Germaniæ*, *Galliam*, *Angliam*, *Italiam* perlustravit; unde studiorum apparatus & linguarum perfecta notitia. Inde 1617. bello *Austriaco Venetis* 4000. Germanorum mari adduxit, cum terrestria itinera essent obsessa; unde ei à Republica honos habitus. Domum reversus 1621. rebus *Palatinis* mistus, 6000. militum præfecturam suscipit: ob quod Cæsareani *Scharfeneckum* exurunt,& quæ in his Rheni partibus erant, bona occupant. Obiit 1633. unica relicta ex *Elisabetha Iuliana Erpacensi* ducta 1620. (quæ dein Joannis Banerii archistrategi Suecicicon-jux decessit 1640.) filia MARCA CHRISTIANA, Venetiis nata, quæ *Gabrieli Oxenstiernæ* R. Suecici maresçallo nupsit. Cui jura sua in hæreditatem paternam & maternam servantur in pacificatione Osnabrugensi. JOANNES CASIMIRUS minor filius *VVolfgangi jun.* natus 1588. fratris in peregrinatione perpetuus comes. Inde in bello *Iuliacensi*, tum *Brunsuicensi* ordines duxit. Apud *Venetos* fratris supremus fuit legatus. Turbis *Bohemicis* 500. equites duxit, & plerisque præliis eo biennio interfuit, fidus Palatini in exilio Achates. Inde cum *Christiano Brunsuicensi* è Saxonia ascendit, & conflictu ad *Hæchstam*, cum aciem restaurare conatus inter ultimos se recipe-

reciperet, Mœno mergitur 1622. 10. Jun. Corpus demum prope *Bonnam* ad novum Batavorum propugnaculum *Pfaffenmuz* agnitum, extractum & sepultum. Uxorem habuit *Dudleam è Leceſtriæ* comitibus; cui viduæ bona dotalitia & hypothecata in pacificatione Osnabrugensi servantur.

II. WERTHEIMIA.

LUDOVICUS filius etiam Friderici natus 1530. fuit. Hic ex *Gallia* rediens, admodum juvenis Cæsareis auspiciis in bello contra *Albertum Brandenburgicum* mille equites duxit. Inde inter primos aulicos Ferdinandi Imp. allectus in perpetua *trium Imperatorum* gratia 54. annis floruit. *Consilii Imperialis aulici præses*, Caroli Archiducis in *Styria*, *Carinthia*, & *Carniola* produx. Plurimas imperii & imperatorum *legationes* obivit, maxima laude à Maximiliano II. obtenta. Semel à *Ludovico D. VVirtenbergiæ* comitatu exutus est. A conjuge *Anna filia Ludov. Com. Stolbergii* & *VValpurgis Comitissæ VViedanæ*, ducta 1567. accepit comitatus *VVertheimensem*, *Rupifortensem*, *Montacutensem*, *dynastias Breubergensem*, *Herbimontanam*, *Chaspirensem* seu *Chassepierream*. Jus ad Rupifortium & Herbimontium derivarem à Ludovici Stolbergensis matre *Anna Kœnigsteinia*, cujus mater Luisa è *Marcanis Rupifortiis & Herbimontiis* fuit. Quod *VVertheimium* Comitatum & dominium *Breuberg* attinet, res ita habet. *Ludovicus Comes.*

Ultimus è priori comitum Wertheimiorum familia *Michael*, qui obiit 1556. uxorem habebat *Catharinam Ludovici Com. Stolbergenſis* filiam; qua occaſione Ludovicus hic Stolbergius pro ſe & filiabus feuda imperii, Bohemica ac Herbipolenſia certa pecuniæ ſumma comparavit: Priora quidem pro tribus filiabus, quarum *Catharina*, alteris nuptiis *Philippo C. Eberſteinio*, altera *Eliſabetha Theodorico C. Manderſcheidio* tum *VVilhelmo Criechingenſi*, (qui Leonſteiniis multum negotii fecit) tertia *Anna Ludovico noſtro Leonſteinio* nupſit; Herbipolenſia vero tantum pro duabus prioribus, donec etiam iſta transactione huic acquirerentur. Priores vero cum ſine maſculis deceſſiſſent, jus omne ad Leonſteiniam devolutum. De bello quod adverſus illum geſſit Julius Epiſcopus Herbipolenſis ob comitatum Wertheimium vide Thuan. L. 138. p. 1251. Editum actorum volumen. Obiit Ludovicus 1611. Inter eos qui *formulæ Concordiæ* ſubſcripſere, ejus nomen comparet. Ex filiis Ludovici proles fuere LUDOVICUS natus 1569. qui in bello *Alſatico*, *Brandenburgico* militavit 1592. & in *Ungaria* Cæſari 1598. mortuus 1635. *Gertrudis Henrici Hermanni Domini à Burgmilchling* filiæ maritus. FRIDERICUS natus 1577. eruditione inſignis: In *Belgio* ſub Philippo C. Hohenloico meruit. A patre autem revocatus obiit 1610. WOLFGANGUS ERNE-

Ludovicus Comes.

Fridericus C.

ERNESTUS natus 1578. 1598. in bello *Turcico* patris voluntate stipendia fecit. Tum etiam in superioribus bellis. Decessit 1636. maritus *Dorotheæ filiæ Georgii Friderici C. Hohenloici*. A duobus autem duæ lineæ. *Virnenburgia*, & *Rupifortia*. Cæterum inter Ludovici filios illa divisio 1611. instituta est, ut Christophorus Ludovicus & Ludovicus Lœvvensteinium comitatum, Wolfgangus Ernestus & Joannes Theodoricus Breubergensem dynastiam dimidiam & Belgicas ditiones haberent, unde fratri Joannes Theodoricus dein succesſit: Wertheimia indivisa manerent. *Wolfg. Ernestus C.*

I. VIRNENBURGIA al. EVANGELICA.

CHRISTOPHORUS LUDOVICUS natus 1568. novam orsus lineam; quæ comitatum *Virnenburgium* præ reliquis eximium habet, ab uxore hujus *Elisabetha filia Ioachimi Com. Manderscheidii & Virnenburgici*, ducta 1592. De illo tamen comitatu in jure controvertendum fuit. Mortuus 1618. Ex liberis ejus ERNESTUS natus 1599. in bello *Germanico* ordines duxerat. Inde 1622. Parisiis dum saltu se exercet extinguitur. JOHANNES HERMANNUS natus 1601. in *Bohemia* stipendia fecit, cum autem morbo lethali correptus domum properaret, obiit 1620. Patris succesſor *Christoph. Ludovicus Comes.* *Ernestus C.* *Iohan. Hermannus Comes.*

Frider. Ludovicus Comes. fuit FRIDERICUS LUDOVICUS nat. 1598. Qui in pace Pragenſi prius excluſus amneſtia, reſtitutus eſt in pace Oſnabrugenſi in omnes ſuas dynaſtias, quæ tempore belli aliis ceſſæ, ſequeſtratæ, confiſcatæ fuerunt. Ob ſecundam conjugem 1638. ductam *Agnetem Mariam filiam Eberhardi C. Tubingenſis*, viduam *VVolfgangi Friderici Pappenheimii* controverſia Leonſteiniis cum aliis heredibus *Tubingenſibus*. Ex prima vero conjuge *Anna Hedvvige* f. *Ludovici Georgii C. Stolbergii*, 1622. ducta præter aliquot filias reliquit

Ludov. Erneſtus. LUDOVICUM ERNESTUM, nat. 1627.

Frider. Eberhardus. FRIDERICUM EBERHARDUM, nat. 1629.

Guſtav Axelius. GUSTAVUM AXELIUM, genitum 1632. Primo nupſit *Catharina Eliſabetha* f. *Erneſti C. VVitgenſteinii*, quæ iterum defuncta, alteri *Ottilia* f. *Ottonis C. Lippiæ*, tertio *Agatha filia Ludovici Eberhardi C. Oetingenſis*, vidua Laurentii C. Hofkirchii: quarum iſtæ maritos prole bearunt. Ex tertia conjuge *Sidonia* f. *Ioannis Friderici L. B. à Teuffenbach*, relicti ſunt præter filias

Albertus. ALBERTUS, natus 1647. &

Carol. Ludovicus Comites. CAROLUS LUDOVICUS, nat. 1653. Quorum illi *Carola Erneſtina* f. *VVilhelmi Com. Solmenſis* nupſit. Hi fratres quatuor regimen paternarum ditionum gerunt, duoque ex illis Lœvvenſteinii ſedem habent.

II. RUPI-

II. RUPIFORTIA vel CATHOLICA.

JOHANNES THEODORICUS natus 1584. filius *Ludovici*, linguis addiscendis & literis in *Germania, Gallia, Belgio* & *Anglia* vacavit. In Ungaria autem contra *Turcam* prælio inter *Hidvegum* & *Castrumferreum* fortissime pugnavit, adversis acceptis vulneribus. Quæ pro patre acta contra *Herbipolenses* ob comitatum Wertheimium vid. Thuan. L. 138. pag. 1251. In *Belgio* etiam auspiciis *Hispanorum* militavit, sed induciis factis post mortem Friderici à patre domum revocatur. *Spinola* autem in Palatinatum abituro, *Albertus* Archidux Johanni Theodorico 500. cataphractos attribuit, cum quibus se strenuè gessit, & inter alia tractum ab *Heidelberga ad Darmstadium* in potestatem redegit. A rege *Galliæ* etiam illi honestæ in militia conditiones oblatæ. 1631. bello Suecico in Belgium secessit 1637. Ei & filio ab Imperatore in literis commissa est custodia & præfectura castri *Breuberg*: quod aliquoties repetitum. Sed 1644. *Georgius Albertus C. Erpachius* castrum occupavit.[a] Obiit 1644. Eo & *Iosina Marcana*

Ioannes Theodoricus Comes.

[a] De ea controversia utrinque edita scripta. Ab Erpachiis: Gründliche und warhaffte Anzeigung der zwischen Erpach und Löwenstein enthaltenen Streitigkeiten.

cana ducta 1610. defuncta 1626. præter filias *Ioſinam VValpurgim*, quam Hermannus Comes Bergenſis è cœnobio abduxit, & *Dorotheam Catharinam*, Ferdinandi Comitis Manderſcheidii uxorem, atque alios filios genitus eſt 1616. vel 1615. cum *Ioanne Theodorico* juniore, n. 1623. qui tamen 1645. patrem ſecutus eſt, ſucceſſor

Ferdinandus Carolus C. FERDINANDUS CAROLUS Camerarius Ferdinandi III. & *aſſeſſor conſilii aulici Imperialis*, qui *pace Monaſterienſi* reſtituitur in ea, quæ agnatis *Georgio Ludovico* & *Iohan. Caſimiro* ſequeſtrata, confiſcata & aliis ceſſa fuerant, ſalvo jure *Marcæ Chriſtianæ* filiæ Georgii Ludovici. Deceſſit ..... Ab uxore *Anna Maria Furſtenbergica* ducta 1651. numeroſa ſuſcepta

Liberi. proles. Nati ſunt 1652. *Maria Anna*, jam uxor Wilhelmi Landgr. Haſſiæ, 1653. *Eleonora*, conjux Erici Adolphi Com. Salmæ & Reifferſcheidæ, 1654. *Erneſtina Barbara Dorothea*, 1656. *Maximilianus Carolus*, 1657. *Philippus Eberhardus Ioſephus*, Canonicus Argentinenſis, 1659. *Amalia*, 1661. *Franciſcus Leopoldus*.


SCIA-

tem. Ab altera parte: Information und Rettung Graf Ferdinand Carl und Graf Joh. Dieterichen / Grafen zu Löwenſtein / ꝛc. 1645.

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ PALATINO-BAVARICÆ.

Masculos præcipuos & annos emortuales exhibens.

Wernerus Comes Schirensis.



A C

A

Rudolphus C. Pal. Rheni. Elect. 1319.

Adolphus simplex El. 1327. — *Rudolphus El.* 1353. — *Rupertus El.* 1390.

Rupertus jun. El. 1398.

Rupertus Imperator 1410.

Rupertus Pipanus. 1416. — *Ludovicus Barbat. Elect.* 1436. — *Ioannes.* 1445. — *Stephanus.* 1444. — *Otto.* 1461.

Ludovicus manſuetus Elect. 1449. — *Fridericus Victorioſ. El.* 1476. *Sator Commit. Lœvenſteiniorum.* — *Rupertus Colon.* 1480. — *Christophorus R. Dan. Suec. & Norv.* — *Fridericus in Simmern.* 1480. — *Ludovicus in Zweybrück.* 1489.

Philippus Ingenuus El. 1508.

Ioannes. 1509. — *Alexander.* 1514.

B

Ludovicus pacif. El. 1544. — *Rupertus Virtuoſus* 1504. — *Fridericus II. Pius Elect.* 1556. — *Wolfgangus* 1558. — *Ioannes.* 1557.

Otto Henricus Elect. 1559. — *Philippus bellicoſus.* 1548. — *Fridericus III. Elect.* 1576. — *Georgius.* 1569. — *Richardus.* 1598.

Ludovicus Elect. 1583. — *Ioannnes Caſimirus adminiſtr.* 1592.

Fridericus IV. Elect. 1610.

Fridericus V. Elect. 1632. — *Ludovicus Philippus in Simmern.* 1655.

Fridericus Henricus. 1629. — *Carolus Ludov. El.* — *Carolus.* — *Rupertus.* — *Edoardus.* 1663. — *Ludovicus Henricus.* 1673.

B

Zweybrücken. *Alexander.* Veldentz.

Ludovicus. 1532. — *Rupertus,* 1544.

Wolfgangus. 1569. — *Georgius Ioannes.* 1592.

Neuburg. Zweybrück. Sponheim.

Philippus Ludovicus 1614. — *Ioannes.* 1604. — *Carolus.* 1600. — *Georg. Gustavus.* 1634. — *Georg. Io.* in Lützelstein. 1614

Wolfg. Wilhel. 1653. — *Augustus.* 1632. — *Ioannes.* 1635. — *Frid. Casim.* 1645. — *Ioan. Casim.* 1652. — *Georg. Wilh.* 1669. — *Christian.* 1654. — *Leopold. Ludovicus.* — *Georgius Otto.* 1635.

Philip. Wilh. — *Christian.* — *Philip.* — *Friderich.* — *Friderich.* — *Carolus.* — *A. Otto.* 1667. — *Christian.* — *Ioa. Carol.* — *Gustav. Philip.* — *Augustus.* — *Ioan. Wilh.* — *Iosf. & fratr.* — *Theodorus.* — *Augustus.* 1661. — *Ludovicus.* — *Gustav. Rex Suec.* — *Io-nes.* — *Ludovicus.*

Wilh. Suec. Ludovic. 1675. — *Carolus R. Suec.*

Adolf. Ioan. & fr. 1660.

C *Ludov.*

Ludovic. D. Bavar. Imperator.

Ludov. El. Brand. 1361. — *Stephanus Bav.* 1375. — *Wilh. C. Holland.* 1677. — *Ludov. Otto El. Rom. El. Brand. Brand.* 1366. 1379. — *Albertus C. Holl.* 1404.

Meinrad C. Tirol.

Ingolstatt. Landshut. München.

Stephanus. 1413. — *Fridericus.* 1393. — *Ioannes.* 1397. — *Wilhelmus.* 1417. — *Albertus.* 1399. — *Ioannes.* 1424.

Iacobe. 1435.

Ludovicus barbatus. 1447. — *Henricus dives.* 1450. — *Wilhelmus.* 1436. — *Ernestus.* 1438.

Albertus pius. 1460.

Ludov. Gibbosus. 1445. — *Ludovicus dives.* 1479.

Georg. dives. 1502.

Elisabetha. 1501.

Ioannes. 1473. — *Sigismund.* 1501. — *Albertus Sapiens.* 1508. — *Christophorus.* 1493.

Wilhelmus 1550. — *Ludovicus.* 1545. — *Ernestus Arch. Salisb.* 1560.

Albertus V. 1579.

Wilhelmus. 1626. — *Ernestus El. Colon.* 1612. — *Ferdinandus* 1608. *autor Comitum Wartenbergiorum.*

Maximilianus Elect. 1651. — *Ferdinandus El. Col.* 1650. — *Albertus.* 16...

Ferdinandus Maria Elect. — *Maximilianus Phil.* — *Maximil. Henricus El. Colon.* — *Albertus Sigism. Ep. Frising. & Ratisp.*

Maximilian. Eman.

FAMILIA

FAMILIA WITIKINDEA SAXONICA, IN QUA DUCES & Electores Saxoniæ, Marchiones Miſniæ, Comites Wethini, &c. *a*

TRaditio vulgaris gentem Sereniſſimam à quodam *Arthario* ſeu *Harterico* Anſerici filio *Rege Saxonum*, qui *Borbiſtam R. Gothorum* irrumpentem devicerit, & ſub cujus filio *Anſenrico* Chriſtus ſit natus, deducit. Inde ſucceſſione continua à patre in filium, *VVilkinum*, *Svertingum* (à cujus fratre *Hanefo Hanovera*) *Svertingum* 2. *Sivartum* vel *Sigfridum* (cui frater *VVilke* ſeu *Iulius*) principes, *VVitikindum* regem (qui *Gothos* expulerit Saxonia) *VVilkinum* ducem, *Marbodem* ſeu *Merobaudem* ſ. *Meyerbode*, *Bodonem* ſeu *Vodenum*, (cujus frater major *Luderus* bellis in Gallia celebris in Tarraconenſem Hiſpaniam arma tranſtulerit) *Vectam* ſeu *VVichtam*, (à cujus fratribus *Sigberto*, genitum Sighardum alterius Sighardi patrem, *Bodone* quendam Edelhardum: Maximum autem natu *Origo.*

a Conſulendi *Alb. Cranzii* Saxonia, *Dav. Chytrai*, Chron. Saxon. *Cyriaci Spangenberg.* Chron. Saxon. *Georgii Fabric.* Res Miſniæ & Orig. ſtirpis Saxon. *Wolfgang. Krauſii* Chr. Miſnicum cum add. Beutheri. *P. Albini Miſnica*, & inprimis ejusd. Neu Stammbuch deß Königlich und Fürſtlichen Hauſes Sachſen / cum contin. Matth. Dreſſeri.

natu *VVitgiſelum* ajunt Gallias & Hiſpanias infeſtaſſe, ac ſenem 369. extinctum eſſe) *VVittam* ſeu *Wittichium* vel *Vectum*, reges numerant. Ultimi filius *Witgislus* ſeu *Witikindus* pater aſſignatur *Hengiſto* & *Horſæ* ſeu *Horſto*, quorum expeditio 449. qua auxiliares *Britannorum*, hoſtes *Scotos* & *Pictos* ſuperarunt, dein adverſus ipſos Britannos converſi ſubjecere ſibi inſulam, & *Angliam* de ſuo nomine dixere, ſatis celebris eſt. Ex Horſto *Dietherum* natum ajunt, qui princeps Saxoniæ 460. obierit; eidemque poſteros in ſextam generationem adſcribunt. Non minus Hengiſto & Horſto fratres aſſignant *Edelbrechtum*, patrem Sigbrechti, qui autor regum *Friſiæ*, & Comitum Egmondiorum habetur, atque *Erckenbrechtum* ſ. *Erconem*, Degenbrechti patrem, Dietbrechti & Tanquardi avum. Ex *Hengiſti* autem filio *Ebuſo* ſeu *Otta* per filios, hinc *Iddam Northumbriæ* reges, in quibus *Oſvvaldus* ſanctis adnumeratus (ceciderat 642. adverſus *Pendam R. Merciorum*) & ultimus *Adelfredus* 783. à ſuis occiſus; inde *Wiffam Eaſtangliæ* reges, in quibus *Sigbertus Cantabrigienſis academiæ* fundator, & ultimus *Edmundus* à Danis 871. cæſus, eminent, ſed per alium Hengiſti filium *Otticum* ſeu *Oſcum* reges *Cantii*, in quibus *Ethelbertus* primus è Saxonibus 602. *Chriſtianam* religionem aſſumſit, ultimus *Edelvvolfus* ab *Egberto Weſt-Saxone* captus, deducere amant. Alius Hengiſti

Hengisti filius *Hadvvacker* seu *Andacharius* vel *Odoacer* in Germania stemma produxisse fertur, per illos posteros, *Hadvigatum*, (cujus frater *Svvardike* Westsaxones reges in Britannia severit) *Hildericum*, *Bodicum*, *Bertholdum*, *Sighardum* vel *Sigismundum* Saxonum reges vel duces. Ab hoc Sighardo alii stirpem auspicari malunt. Uti vero superiora maximè dubia, nulloque demonstrantur idoneo autore; neque enim si etiam singulorum nomina, quod Saxonibus præfuerint, extarent in historiis, Genealogica series adhuc probaretur: ita quæ etiam post hunc Sighardum Henetorum 633. victorem nectuntur gradus, non semper pari firmantur certitudine. Filium ei dant *Dietericum* R. à *Carolo Martello* 722. victum, & dein *Carolomanno* rebellem. Dieterico assignantur *Edelhardus*, *Bertholdus*, *VVernekinus*, bellis adversus *Carolomannum*, & *Pipinum*, Francos, celebres: eadem bella continuavere adversus *Carolum Magnum*, *Albion* & *Hermannus* Edelhardi, ac WITIKINDUS [a] Wernekini filius. Ex quibus tandem Albion & Witikindus potentiæ majori cessere, ad obsequium & fidem adducti 785. Bellum *saxonicum* Caroli M. quod 32. annos duravit, in historia ejus imperatoris est legere. [b] Frater

Witikindus.

a De hoc, & an recte Saxoniæ Dux vel Rex vocetur, lege differentem Clariss. Schurzfleisch. NN. ad M. Bojemi vit. Alb. Anim. p. M. 1. seq.

b - - - Cum jam gens aurea passim

Chri-

etiam Witikindi BRUNO nuncupatur, ex quo (tanquam gener *Welfi* genuisset *Ethiconem*, qui tamen verius Welfi filius fuit) nonnulli *Guelfos* comites *Altorfii* & Duces *Bavariæ*, ex Guelfis autem *Zollerio-Brandeburgicam* stirpem, alii ex eo *Imperatores Saxonicos* Ottones deducunt. Quo in ramo (*Imperatorum*) *Otto* Dux Saxoniæ filius

Christiadum, scelus elueret lustralibus undis:
Flore virens animi primum Witikindus & ævi
Defendit veteres ritus morenique sacrorum:
Per caput & sanctam solitus jurare coronam,
Sideraque & patria cultos formidine lucos
Mansuras, divis quas ipse sacraverat, aras.
In clypeo sonipes excussis liber habenis
emicat: & volucres hinnitu disjicit auras
Arduus, alta petens, juxtaque insigne paternum
Lucida dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.
Postremo castris toties exutus & armis,
Jam senior vita donatus abivit: & ultro
abluit antiquæ tandem contagia culpæ:
Nudatum patrio tingens in gurgite corpus,
Ipse salutiferi perfusum fluminis unda,
Cæsar ovans, dudum vindictæ oblitus & iræ
Carolus excepit gremioque amplexus amico est:
Et vanos divum jussit dedisscere cultus.
Lætitia fremuere urbes, septemque triones.
Usque adeo pulcrum est & nobile parcere victis:
Pulcriusindomitas quam bello subdere gentes.
Inde potens latè qua Lupia, qua pater errat
Albis aquis, Albis ducibus, bello inclutus Albis.
Quaque rapax tumido campos secat amne Visurgis,
Jura dedit, donec defectis viribus æger,
Immemor annorum, seniique oblitus in hostem
Dum ruit, humanos finivit morte labores.

P. Lotich. Secund. ap. Reusn.

filius *Ludolfi*, [a] nepos *Brunonis*, frater alterius *Brunonis*, à quo condita *Brunſuiga* urbs, *Henricum Aucupem* Imperatorem (quod axioma ſibi delatum pater recuſaverat) filium habuit, hic OTTONIS I. Imperatoris & *Henrici Rixoſi D. Bavariæ* pater eſt. Ex Henrico hoc præter HENRICUM II. Imp. *Marchiones ſaxoniæ* & *Thuringiæ* (ex quibus *Egbertus* à Saxonibus Henrico IV. oppoſitus eſt *Anticæſar* 1088.) comites *Northeimii*, *Brunſuici*, & aliqui *Saxoniæ Duces* (inter quos *Henricus Craſſus* generum & heredem comitatus habuit *Lotharium*, antea comitem *Supplinburgium*, dein Imperatorem) prodiere. OTTONIS I. (qui de Imperio optime, non æque autem de familia meritus eſt, cum præteritis agnatis *Hermanno Bilingio* Saxoniæ ducatum conceſſit) filius & nepos OTTO II. & III. cogn. *mirabilia mundi*, Imperatores; primogenitus autem Ottonis I. (ſed patri rebellis) *Ludolfus* poſt ſocerum Hermannum *Dux Sueviæ* fuit, ut & filius *Otto*: hujus ex filio *Henrico* nepos nunc ab aliquibus [b] demonſtratur fuiſſe CONRADUS SALICUS Imp. ex alia hucusque ſtirpe derivatus, pater, avus, proavus HENRICORUM III. IV. & V. Imperatorum. (Ex ejusdem Ludolfi poſteris nominant *Brunonem*, qui 994. ſub nomine *Gregorii V.* Papa fuit.) *Cæſares è Saxonibus.*

a Hunc *Ludolfum* primum Saxoniæ ducem nuncupatum & hereditarium ducatum poſſediſſe memorat de Saxonica hiſtoria præclare merens Schurzfleiſch l. c.

b Confer Dav. Blondell.

fuit.) Qui vero de *Ottonianæ* hujus lineæ origine aliter sentiunt, Witikindum *Wigberti* & *Witikindi junioris*, WIGBERTUM autem *Walperti* & *Brunonis* patrem constituunt. Hic BRUNO illis Ottonum dictorum fator est: De WALPERTO autem Duce *Angriæ* & Comite *Ringelheimii*, quique illi assignentur posteri, vidimus superius, p. 108. seq. in familia *Oldenburgica*. WITIKINDUS junior [a] *Witteberga* & *Wethini* conditor, *Soraborum* (*Sorbeck*) Burggravius, adversus quos *Carolo Magno* militaverat, & Dominus de *Budsez*, ex *Iuliana Rochlicensi*, *Dietgremum* [b] genuit, & juxta eorum, qui *Capetinos Galliæ reges* à Saxonibus arcessunt, sententiam *Witikindum III.* qui in Galliam profectus per filium *Robertum* regno huic dederit reges. [c] DIETGREMUS [d] pulsus Saxoniæ

Witikindus junior.

Dietgremus.

[a] Filius hinc patri generosus nominis heres
accepit veteres Mysos terrasque regendas,
Quas fluvio Plissina suo, quas utilis agris
irrigat & ripis formosus Elister amænis,
Saxosumque sonans spumanti gurgite Sala.
P. Lotich. Sec.

[b] Inter Witikindum juniorem & Dietgremum Albinus interjicit Fridericum, qui 840. interierit, cum severius imperaret, & nova imponeret vectigalia.

[c] Hanc Capetinorum ex Saxonibus originem viri docti argumentis non contemnendis refutarunt.

[d] - - Innocua populos in pace regebat;
Maxima cui divûm cultus abolere profanos
Cura fuit, censusque ideo *Tiagrinus* & ædes
Constituit, magnique adjecit ponderis aurum
Illis qui genus indocile ad meliora vocantes
Sacra propagarent lumenque errantibus essent.
P. Lotich. Sec.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [344] - 308
PUBLIC DOMAIN

Saxonia ab Ottone agnato duce, pater ex *Bossena Pleissensi Dietmari & Friderici.* FRIDERICUS, qui 876. adv. Normannos cecidit Marchionum *Brandeburgicorum* primorum (ex quibus *Sigfridus* ab *Henrico aucupe* illi ditioni præfectus creditur) aliquorum *Misniæ & Ostlandiæ* marchionum (inter quos *Eccardus* post Ottonis III. mortem infeliciter *regnum Romanum* affectavit, à Sigfrido C. Northeimio cæsus 1002.) & *Mersburgiorum* comitum sator fuit. DIETHMARO [a], quem, quod sibi à *Conrado Imperatore Gronæ* obsesso militibus callidi- tate metu incusso saluti fuerit, Henricus auceps restituisse bonis creditur, & *Willa C. Reveningensi & Nortringensi*, natus *Christianus C. Reveningensis*, dein *M. Lusatiæ*, à quo alii marchiones, & THEODORICUS, [b] pater DEDONIS II. [c] cui à matre *Inditha Mersburgica* filia *Bionis Comitis* agnata ille comitatus, præter

Friderici.

Diethmarus.

Theodoricus.

Dedo II.

a - - - Primis nemorum studiosus ab annis
Venatu tolerare famem brumamque solebat,
Cornigeros *Titmarus* agens in retia cervos.
P. Lotich. Sec.

b Marte potens gleba qui pingues ubere campos
Finibus adjecit patriæ, qua flumine pulcro
Advena fœcundos vester perlabitur agros:
Unde etiam seri titulum gessere nepotes.
P. Lotich. Sec.

c Hunc consanguineo pro Cæsare bella gerentem
Mirati stupuere Hunni, stupuere nivosum
Potantes Tanaim gelidique Borysthenis undas:
Omnia cum ferro tumidi prope flumina Salæ
Sterneret, ac caperent vix mæsta cadavera ripæ.
P. Lotich. Sec.

avita *Sorbeck*, *Wethin*, *Wittenberg*, *Budſez*, ei ab Ottone III. collatus. Cæſus eſt 1009. in prælio adverſus Wernerum March. ad VVolmerſtett.

Friderici C. Pal. Saxon. Filii Dedonis ex *Thetburga Brandeburgica* FRIDERICUS *Comites Palatinos Saxoniæ* ſevit (qui quatuor adhuc poſt primũ continua ſucceſſione *Friderici* nomen & dignitatem illam geſſere: Friderici autem V. filia *Sophia* hereditatem ad *Hermannum* Landgrav. Thuringiæ attulit) alter

Theodoricus. THEODORICUS [a] gener ex *Mathilde Eccardi M. Miſniæ* [b] Marchionatu *Landsbergenſi*, & comitatibus *Eulenburgico* ac *Seuſelicenſi* ab *Henrico II.* interceſſione *Kunigundæ Auguſtæ* auctus, 1234. in lecto ſuo confoſſus, filios habuit ex *Mathilde* præter alios *Dedonem Luſatiæ* poſt mortem agnati *Ottonis* & *Miſniæ Marchionem*,

Thiemo Marchio. Henrici IV. hoſtem, *Geronem C. Brenæ*, quorum proſapia brevi extincta, & THIEMONEM bellicum ducem Henrici IV. qui materno jure 1075. ab Henrico IV. deſignatus eſt Marchio *Miſniæ*, ſed cum Boemi obtinerent eam, & ipſe 1115. prælio Lotharii adverſus Henricum V. caderet, non obtinuit adminiſtrationem, quæ demum ad filium ex *Ita filia Othonis ducis*

a - - - - Patre ſub ipſo
Prima rudimenta & primos exegerat annos:
Virtutem primo patris miratus ab ævo.
Apenninigenam fractis hic cornibus Arnum
Contudit, exultans campo bellator aperto.
P. Lotich. Sec.

b Vel *Saxoniæ*, vid. Cont. Sam. Schurzfleiſch NN. ad Bojem. O. a.

ducis Saxoniæ Viſurgani, CONRADUM cogn. *Magnum* ſ. *Pium* devenit, qui confirmatus *Marchio Miſniæ* [a] 1126. à Lothario Imper. & 1136. poſt *Wiperti* cognati mortẽ, mortuus 1156. *Conradus marchio.*

[a] Celſæ opera Rixæ data Miſnia, ceſſit & inde
Conrado ob magnam Luſatis ora fidem.
P. Alb.

Marchio qui primus tecum (*cum patre*) Miſneidos oræ
Victor in Eridano campo atque Inſubribus armis
Auſonium multo complevit ſanguine Tybrim.
P. Lotich. Sec.

Conradus tenuit patrios illuſtris honores:
Qui forti multis pectore notus erat.
Hunc patruelis atrox *Kirchbergi* carcere clauſit:
Quod matrem dicto læſerat ille ſuam.
Flagravit magno veræ pietatis honore:
Armaque pro ſancta religione tulit.
Noſcere cum cœpit primùm *Pomerania* Chriſtum:
Vandalaque ad noſtram turba coacta fidem.
Tempore quo populis Lotharius intulit illis;
Cunctaque victrici contudit arma manu.
Liquerat Henricus dux vitæ lumina *Groicæ:*
Filius ille tuus, magne Viperte, fuit.
Ejus Conradus ditionem ſuſcipit, urbe,
Ad Moganum, præſens quando ibi Cæſar erat.
Addit *Rochliciam* conjux quoque Cæſaris arcem:
Quæ conjuncta illi ſanguine *Richſa* fuit.
Extulit ergo ſoli fines, ſpaciumque feracis,
A Niſſa lentum dives ad usque Salam.
Trans etiam alta venit, Conradi caſtra ſecutus,
Æquora, Dux *Syriis* Marte timendus agris.
Bellica cùm celſam quaterent tormenta *Damaſcum:*
Tunc ejus virtus maxima penè fuit.
Inde adiit *Solymas* etiam cum Cæſare terras:
Pertulit & dubiæ longa pericla viæ.

Arma-

per uxorem *Luidgardim* f. *Friderici stauffensis D. Sueviæ* pater ex filiis *Henrico Wethinensium*, *Theodorico Lusatorum*, *Friderico Brenensium*, *Dedone* pingui *Rochlicensium* fuit, qui omnes tamen rami intra paucas generationes defecere.

Otto dives. Solus OTTO [a] *dives*, à repertis argentifodinis,

Armaque *Sarmaticas* idem cum ferret in oras:
Amissas genero quò repararet opes.
Conradi stabilem firmat prudentia pacem:
Mitigat & magni damna propinqua mali.
Hinc sex eximios natos, totidemque puellas
Leuthardæ thalamis pignora clara tulit:
Distribuensque illis forti bona parta labore,
Claustra pius subiit religiosa senex.
Septimus Hermannus, qui præsul in urbe *Paberga*,
Filius, è patriis nil tulit ille bonis.
Ipse sepulcra tenet montis præcelsa Sereni:
Hic ubi sunt fontes Saxonis Hala tui.

G. Fabric. Chemn.

[a] Conditor hic Cellæ (Alten Cell) & Portæ instaurator opimæ
Sudetis coluit lauta metalla jugis.

P. Alb.

Otho civili præcinctus tempora quercu
Ditibus argenti venis ærisque scatentem
Fribergam & Philyres excelsam condidit urbem.

P. Lotich. Sec.

Saxonicas juvenis circumtulit arma per oras,
Ænobarbe tuæ pars *Otho* militiæ.
Restitit *Henrico*, cui vasta superbia nomen,
Vox eadem luctus, exiliumque dedit.
Post emptas propter Thuringi Principis urbes,
Ipse sibi proprio comparat ære malum.
Insidiis captus, *Wartbergaque* arce retentus,
Auxilio liber Cæsaris inde redit.

Arma

nis, *Fribergæ* conditor, *Friderici Imper.* adversus *Henricum Leonem* miles, à *Ludovico Landgr. Thuringiæ*, dein autem, quod minorem filium sibi prælatum Marchionem Misniæ pronunciasset, à filio *Alberto superbo* [a] captivus detentus, & mor-

Arma capit ſpretæ propter connubia natæ:
Se ſocians hoſti, dure Boheme, tuo.
Terror finitimis populis *Odacer*, es auſe
Supra fortunam multa ſubire tuam,
Hinc Otho compoſitâ civilia commoda pace
Curat; & amiſſas ſarcit & auget opes.
Argenti reperit Sudeto in monte *metalla:*
Nunc ubi *Freibergum* nomina clara tenet.
Lipſiacam firmis circumdat mœnibus urbem:
Collocat & multis ardua caſtra locis.
Impius hunc ſervat Dibeno in carcere natus:
Collectasque patri tollit avarus opes.
Aſt Otho crudeli facto, ſua membra dolore
Tabidus, haud annum pòſt ſuper ipſe fuit.
Cella tenet corpus, ſylvoſæ ad flumina Muldæ:
Hedvigis lateri proxima juncta viro.

G. Fabrit. Chemn.

[a] Quod patrem capis & quod fratrem pellere tentas
Alberte humani eſt id minime ingenii.

P. Alb.

Prætulit *Alberto Ditericum* mater, in iſto
Quod plus ingenuæ ſimplicitatis erat.
Hedvigis nato daret ut ſua regna minori,
Fœmineâ movit calliditate virum.
Ut juvenis tumidas injuria venit ad aures:
Conſilium, præceps ira, ſalubre rapit.
Collocat inſidias, ſpreta pietate, parenti:
Injicit & capto vincula dira ſeni.
Utque patrem natus cepit: ſic carcere clauſo
Eſt patruo, cuſtos additus ipſe nepos.

At

Theodoricus Marchio.

& mortuus 1189. per filium ex *Hedvige* f. *Alberti Ursi M. Brandeburgici* THEODORICUM

At tandem metuens Albertus Cæsaris iras:
Dimittit placitâ conditione patrem.
Ante tamen capti thesauros diripit omnes:
Et variâ abstrusas arte recludit opes.
Armis Cæsareum juvat auxiliaribus hostem,
Qui tenuit regni sceptra, Boeme, tui.
Ut Fratri eriperet, quæ pauca reliquerat antè,
Circumdat muros, *Leucopetræa*, tuos.
Nec cum Thuringo concurrere Principe solus
Abnegat, & liti ponere marte modum:
Sed ne conferrent æquato Marte duellum:
Flexit amicorum fidus utrumque favor.
Instruit hinc patrias externo milite vires;
Et revocat forti pristina bella manu.
Exutus toties *Hermanno* à Principe castris,
Committit trepidæ saucia terga fugæ.
Tum prius invisam cupiens acquirere pacem,
Trans Alpes subitum carpere cæpit iter:
Insubrum Cæsar cum ferret signa per urbes:
Teutonico frenans Itala colla jugo.
Spem veniæ postquam sibi comperit esse negatam:
Quæque patri tulerat, nunc quoque vincla timet:
Clam fugit è castris, uno comitatus amico:
Tectus & ad patrios pervenit inde lares.
Nulla tamen mentem frangunt adversa ferocem:
Seque putat cunctis hostibus esse parem:
Quodque nequit supplex, ardet virtute parare:
Aggrediturque suo robore majus opus.
Excelsis aliquot communit turribus urbes
Cæsareas audax nil metuendo minas.
Interea duri vexatur tormine morbi:
Nec patitur tangi putrida membra dolor.
Stramineo positus parvæ sub culmine villæ,
Indignans miseræ mortis adivit iter.

Ter

CUM [a] genus ulterius produxit. Hic quoque à fratre Alberto poſt patris fata vexatus, & ditione omni præter VVeiſſenfelſam dejectus, eas

Ter dena conjux ſequitur quem luce *Sophia*
Amborumque *vetus Cella* ſepulcra tenet.
G. Fabrit. Chemn.

[a] Multorum inſidias paſſus *Ditericus* iniquas:
Terra quod argenti patria dives erat.
Navigio rediit *Syrius* ut vectus ab oris:
Fugit Cæſareos abditus utre dolos.
Nempe quod auri eſſet non juſtus Cæſar amator:
Id docuit damnis, capte Britanne, tuis.
Externo tutus fuerat Ditericus ab hoſte,
Gratia ſed minime fratris amica fuit:
A quo Miſniaca pulſus violenter ab ora,
Vix ſcopulos tenuit, *Leucopetræa*, tuos.
Collectis generum *Thuringus* vindicat armis:
Bis pellens ab eo caſtra inimica loco.
Rhenano validas abducit milite turmas
Frater in exitium jam, Diterice, tuum.
Quas ſoceri tacito ſolertia diſſipat aſtu:
Vertit & in ſubitam neſcia terga fugam.
Tum primùm Alberti vires cecidêre ſuperbi:
Quem tulit heu tetrâ mors violenta lue.
Viribus Imperii mox ſunt graviore tumultu
Bella repentino mota furore Ducum.
Nec potuit generum Dietericus jure tueri:
Armis qui ſociam Cæſaris addit opem.
Tunc quando invadit Thuringica rura *Philippus*;
Circa *Album* ponens regia caſtra *lacum*.
Nocte fugam timido raptim rapiente Boëmo,
Ad partem princeps Cæſaris ipſe redit.
Lipſiæ defendens, pòſt facta rebellis, Othonem;
Quæ nimis hoſtiles improba fovit opes.

Saxoni-

eas iterum Henrici VI. & ſoceri ope recepit, fratrique ἄπαιδι demum ſucceſſit. Extinctus eſt 1222. ſ. 1221. cum venenum à *Lipſienſibus*, quos bello urſerat, corruptus medicus dediſſet. Uxor Theodorici *Iuditha* filia *Hermanni Landgravii Thuringiæ*, quod oculorum vitio deformior eſſet ab invito, ut ſoceri auxilio ſe tueretur, ducta, illam prætenſionem intulit: Cum ergo ultimus ejus gentis *Henricus* periiſſet 1249. Theodorici filius HENRICUS [a] cognomento

Henricus illuſtris Marchio.

Saxonicas Ditericus Aquas obſedit ad Albim:
Diruit & Lopenæ mœnia capta ſolo.
Lipſiacos etiam vertit fundamine muros,
Cogit & Imperii jura ſubire ſui.
Quod, Friderice, tenes Romani nomina Regis:
Magna ejus meriti pars Ditericus erat.
Amiſſam *Pegæ* Siffrido reddidit urbem:
Sed facti juſti præmia nulla tulit.
Tollitur hæc tetro virtus generoſa veneno:
Illi quod Medici perfida dextra dedit.
Communem in *Cella* tumulum cum conjuge *Iuttæ*,
Matura nondum morte peremtus habet.

G. Fabrit. Chemn.

[a] Illi cum ſuperas liquiſſet avunculus auras
Conditus extrema Ludovicus Japygis ora;
Pro meritis Cæſar Fridericus tradidit acres
Tyrigetum populos titulisque illuſtribus auxit.
Belliger hic clarum certamen equeſtribus armis
Edidit effigiem belli: clangore tubarum
Antra reſultabant late, montesque fremebant,
Vincentum plauſu pariter ſonituque cadentum.
Campus erat, virides claudebant undique ſylvæ,
Aureaque in medio diffuſis frondibus arbor
ſtabat: erant aurum rami, folia aurea ramis:

Aureus

gnomento *illustris* & munificus *Landgraviatum* sibi vindicavit, cumque eo *Palatinatum Saxoniæ* in domum suam postliminio reduxit. Bellum ob hanc

Aureus & cortex, at sola argentea radix.
Hunc circum nitidi pretium victoribus enses
& galeæ insignes cristis, viridesque coronæ.
Nec minus heroum per gramina mollia natæ
Candida virgineo quatientes corpora motu
ducebant choreas. Quas inter filia magni
Cæsaris in thalamos Alberti ducitur uxor
Margaris.

P. Lotich. Sec.

Hoc platanus frondes argentea principe gessit
auratas, ubi stat Norica structa domus.

P. Alb.

Munifici meritis tulit hic *Henricus* honorem:
Malleus atque alio nomine dictus erat.
Quem puerum rexit *Ludovicus* avunculus; atque
Pro patre defuncto munera patris obit.
Hic tamen arma movens *Saracenis* occubat urbe
Hydrunto, Hadriaci quam ferit unda maris.
Filius at sumpto, *Berchta* molimine, philtro
Infelix justum concidit ante diem.
Henricus Suevam frater percussus ad Ulmam,
Cum vita regnum deserit ipse datum.
Principibus spoliata piis *Thuringia* mæret:
Amissis dubitat, sitne habitura pares.
Exoritur miserum civili sanguine bellum:
Factio vix annis tollitur illa novem.
Adjuvat Henrici Deus & victoria causam:
Thuringasque parit Misnius acer opes.
Saxonas expellit, consanguineumque *Brabantum*;
Huic tamen *Hassiacum* linquit habere solum.
Ipse tuum *Brunsuiga* Ducem prope cepit Elistrum,
Suerini Comites, *Ascaniaque* Duces.

Henricus

hanc ſucceſſionem cum *Sophia Brabantina*, conſobrina, gerendum fuit: quod ita terminatum, ut Sophiæ filius *Henricus infans* dictus (*Haſſorum* conditor) *Haſſiam*, *Thuringiam* tenerent Miſnici; *confraternitate* [a] utriusque domus ob mutuam ſucceſſionem inita. Albertum Brunſuicenſem Haſſorum auxiliarem ſuperavit, & captum 8. ad Werram arcibus multavit. In Boruſſia 1237. contra infideles bellum geſſit. Idem ditiſſimus ex *Fribergenſibus* fodinis factus, *Northuſii* in *ludis equeſtribus* ingentem quercum argenteam ſolidam, aureis ornatam foliis exhibuit. Mortuus eſt 1287. Liberi Henrici ex prima conjuge *Conſtantia Leopoldi Ducis Auſtriæ* filia *Albertus degener*, *Theodo-*

Henricus terris hinc auctus, & inde metallis,
Clarus erat bellis, clarus honore togæ.
Non cum fortuna deerat ſapientia Cræſi:
Et populis animus ferre benignus opem.
Ut platanus quondam celebris fuit aurea Xerxis:
Regales cujus texerat umbra dapes:
Non minus audita eſt Henrici *argentea quercus*:
Quam *Northuſa* equiti ponit in urbe ſuo.
Pervenit ad canam tranquilla pace ſenectam:
Multorum lacrymis nec ſine, raptus obit.
Cum tribus hic natis, totidemque uxoribus, urnam
Concordem ad tumulum patris avique tenet.

G. Fabr. Chemn.

[a] Negat Limn. Jur. publ. 4, 8, 161. anno 1262. plus quam mutuæ defenſionis pactum concluſum, ſed confraternitatem 1373. inter Fridericum Strenuum & Haſſos ſecutam. Conf. eund. T. V. addit. p. 302.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [354] - 318
PUBLIC DOMAIN

Theodoricus ſapiens & extertia (ſecunda *Agnes* f. *V Venceslai R. Bohemiæ* non niſi filias duas moniales genuit) *Eliſabetha Maltitia Fridericus rigoroſus* ſeu *Clemme*. Hic ἄπαις, deceſſit 1316. iſte 1283. mortuus filium *Fridericum Theut*[a] habuit, ſed bello adverſus Miſnenſem Epiſcopum geſto 1291. veneno interemtum & orbum. ALBERTUS cogn. *degener*[b] autem ſtemma- *Albertus degener Marchio.*

a Pontificum cupidis dum non indulgeo votis,
Proh mihi dant ceraſis toxica miſta necem.
P. Alb.

b Conf. Schurzfleiſch. D. l. P. 3. b.

Degenerem à pravis te moribus illa vocarunt
ſecla, quibus dederas plurima damna tuis.
P. Alb.

Auſtriaca *Albertum* peperit *Conſtantia* patri:
Quàm ſatus hac vellem non foret iſte domo.
Educat aſt herbas interdum terra nocentes:
Triticeos lolium ſæpe moleſtat agros.
Ipſe ſuos fratres injuſtis expulit armis:
Quorum facta viris annumeranda bonis.
Horum alter nomen *Sapientis*, at *Exulis* alter,
Morum ac fortunæ ſigna notamq; tulit.
Cæſaream thalamis pepulit, virtute puellam
Illuſtrem, cui dos *Pleiſena* terra fuit.
Pellicis infames illi præponit amores:
Ter pater è cujus corpore factus erat.
Nec minus in proprios ejus dementia natos
Sæviit, & potuit quæ mala ferre, tulit.
Miſnenſem Regi ditionem vendit *Adolpho*:
Tollere captum optat te, Friderice, nece.
At non legitimè prognatum, ſperat *Apici*,
Thuringo dominum te dare poſſe ſolo.
Verùm nobilitas hunc libera ferre recuſat:
Nec probat inſani facta nefanda patris. Hinc

ſtemmatis eſt continuator : qui cum *Margaretam Friderici II. Imp.* filiam cum dote *Altenburgi* & terræ *Pleiſſenſis* haberet conjugem, fœminam prudentiſſimam, ita tamen, cum adoleſcens optimis moribus fuiſſet, in pellicem *Cunegundam ab Eiſenberg* exarſit, ut veneno vitæ uxoris inſidiaretur ; inde mulioni autor, qui collum ei contorqueret, tanquam à malo dæmone id factum. Sed ab ipſo mulione monita, fuga ſibi conſuluit, & brevi poſt 1270. mortua eſt Francofurti in monaſterio. Cum autem in *Miſnia*, *Oſterlandia* & *Luſatia* patruo, à quo ne flagitia patris ſpectarent, & periculo eximerentur, educati, ſucceſſiſſent Margaretæ filii *Fridericus* & *Dicemannus*, easdem pater ſibi aſſerebat; tum civitates, quas in verba filii *Ludovici*

Hinc *Oſtrolandis* irati Cæſaris arma
Infert, ne natis ſpes foret una ſuper.
Sed prius in rebus *Fridericus* cognitus arctis,
Bella parat, populis promptus adeſſe ſuis.
Ille bonus captum dimittens antè parentem,
Accepit nullas pro pietate vices.
Poſt iterum ſocrus *Alheidis*, itemque novercæ
Indicio, Albertum depulit arce ſua :
Exiliumque patri viridem prope dicit *Hieram* :
Urbs ubi præcelſum ſuſtulit alma caput.
Albertus patitur, dederat quæ damna propinquis,
Et duram toleret, vix habet, unde famem.
Hoſpitium & tumulum dedit illi *Erfurdia* : nam non
Majorum ad cineres additus iſte cinis.
Illius ad *Mœnum Francorum* conditor uxor
Margaris, exilio nobilitata ſuo.

G. Fabrit. Chemn.

Ludovici Apitii ex *Cunigunda* ſuſcepti jurare volebat, non niſi legitimis fidem dare, cauſatæ, obſequium negant. Captus à filiis pater cuſtoditur: ſed interventu *Rudolphi Imper.* dimiſſus, *Brandeburgicos* & *Anhaltinos* adverſus filios incitat, unde cruentum exarſit bellum, quod 1290. compoſitum. Albertus re deſperata ditiones vendit *Adolpho Imper.* 94000. floren. qui tamen bello ſuſcepto contra filios, clades accipit & infert; ſucceſſor *Albertus Auſtriacus* non felicius egit adverſus Marchiones, ut horum demum cauſa vinceret. Pater vero, qui Cunigunda extincta Adelheidem Caſtellæ Comitem, ultimi Com. Arnshaugii viduam duxerat, tandem *Erfordiæ* in monaſterio agens vitam privatam, in ſumma rerum egeſtate deceſſit 1314. Ex filiis *Dicemannum* multis geſtis præclarum *Philippus C. Naſſovius* per ſicarium Lipſiæ in nocturnis ſacris natalitiis 1307. ſuſtulit: FRIDERICUS [a] cognomento à matris morſu, cum fugiens

Friderico admorſus Marchio.

X

Miſniacæ genti ſuus es, *Friderice*, Camillus:
Libertas armis reddita pulchra tuis.
In cunis placido ſervaris numine, cum te
Deſerit *admorsâ* mater amica genâ.
Nec minus infenſi fugiſti vincula patris,
Aſcaniæque Ducum, Cæſareosque dolos.
Non meditata tuo capiti nocuêre venena:
Impiaque à collo ſica repulſa tuo.
Scilicet ut patriæ juvenis daret iſte ſalutem:
Propitii ſenſit tot benefacta Dei.
Quem patruus primo format *Ditericus* ab ævo:
Militiæ monſtrans & grave Martis opus.

Affini

fugiens valediceret, *admorsus*, vel ob bella strenue adversus patrem, qui eum toto anno captivum tenuit, principes Anhaltinos, Johannem & Wolde-

Affini jubet *Henricus* quem ferre *Boemo*,
Contra Sarmatici spicula Regis, opem.
Inde *Narisci* feliciter occupat arcem:
Plauensi reddens jura vetusta *Vodo*.
Immanem invitus contra capit arma parentem:
Lansberga captum quem super arce tenet.
Reddere Tanbergum qui cùm promitteret (illud
Spiritus abstulerat) carcere liber abit.
Misnia Romano tum vendebatur *Adolpho*:
Terra metallifero nobilitata solo.
Pene subacta fuit crudeli tota Suevo:
Qui fuit in castris miles, Adolphe, tuis.
Thuringâ *Brubergus* erat pellendus ab ora:
Annis vexârat quattuor omne solum.
Nec non in Misna *Fribergum* signa bis octo
Menses, ad muros sæva volare videt.
Sexaginta homines de nobilitate trucidat
Cæsar: id ut captum proditione fuit.
Liberet ut reliquos, tunc oppida proxima Muldæ
Tradit, & è patria Marchio cedit humo.
Occidit interea fato miserandus Adolphus:
Nomen ab amisso fers, Friderice, solo.
Accipit imperii partas *Albertus* habenas:
Ac reparat validâ tristia bella manu:
Curaque *Milmobeo* mandatur maxima rerum:
Qui nova Thuringis signa movebat agris.
Dum flagrant magni dubio certamine motus:
Wartberga natus cepit in arce patrem.
Milmobeus castris exutus pellitur hostis:
Vinclaque jam gestat, qua tulit arma, manu.
Protinus ad *Luccæ* parvam concurritur urbem:
Sanguineis flavus manat Elister aquis.

Hoc

Woldemarum (à quo captus per insidias sed iterum liberatus, eundem vicissim captivum abduxit) Brandeburgios, duosque Imperatores Adolfum & Albertum (celebris clades *Suevorum* ad *Luckau* 1307.) gesta *fortis* (der Freudige) post-

Hoc illo nobis libertas reddita campo:
Misnensi Suevus latro necatur humo.
Hinc spoliis victor rediit Fridericus opimis:
Dum fratrem Cæsar sternit, Adolphe, tuum.
Iste ferebatur *Dicemanni* causa perempti:
Infelix aras qui cadit ante sacras.
Differtur terras Friderici fama per omnes:
Notus & externis cœperat esse plagis.
Illum olim petiit cum forti *Insuber Hetrusco*:
Magnanimo cupiens credere bella viro.
Francus adhuc sævit Thuringos miles in agros:
Alberti præerat stirps inhonesta patris.
Tum quæ Cæsareas Aquilas est turba secuta,
Cogitur Imperii jura subire novi.
Isidis urbs supplex post cunctas ultima venit:
At fortem colit hinc officiosa Ducem.
Amittis *Zuencæ*, Friderice, ad mœnia natum:
Quem tulit ex alto missa sagitta loco.
Hinc capis, extruxit quam Rex *Lotharius* urbem:
Quæque suum *veteri* nomen ab *arce* tenet.
Mox sentit populosa tuas *Erfurdia* vires:
Quæ pulsata acie terque quaterque tua.
Nulla diu rebus constat fortuna secundis:
Junctaque habet dulcis semper amara lepor.
Lusatiæ populis dum vult succurrere præceps:
Ad ripam capitur Redera rubra tuam.
Est referenda viris *Pleissensis* maxima terræ
Gratia: turba suo fida reperta Duci est:
Quorum opera liber, captos intercipit hostes:
Consulit & thalamis *Elisabetha* tuis:

Wal-

poſtea ditiones, patre intra Erfordiam concluſo, feliciter rexit: In compenſationem damnorum & expenſarum urbes imperiales *Aldenburgum*, *Cygneam* & *Chemnitium* 1308. ſubegit. Tabe extinctus interiit 1326. Ei autem à conjuge ſecunda (prior Agnes duciſſa Carinthiæ 1293. extincta *Fridericum Claudum* [a] genuerat, qui 1315. ſagitta confoſſus eſt.) *Eliſabetha Arnshagia* novercæ filia, quæ 1359. deceſſit, obtigere *Iena*, *Neuſtatt* & alia. Filius admorſi fuit FRIDERICUS [b] *ſeverus* vel *gravis* vel *macer*

Fridericus gravis Marchio.

Waldemarique illo dimittit honore nepotem:
Arbiter ut poſthac pacis utrinque foret.
Burchardum, bello quem Magdeburga fugârat;
Reſtituit populi Pontificisque malo.
Hic aufertur enim nodoſæ verbere clavæ:
Plebs ſentit diras, Roma ſevera, tuas.
Expellit totas porro regione latrones:
Creverat illorum bella per ipſa furor.
Hoſtibus ipſe ſuis terror, ſed cura ſuorum,
Ac patriæ fido notus amore parens.
Liquit humum, morbi conſumptus tabe triennis:
Iſidis & tumulum poſſidet urbe ſuum.
Servat eum juxta conjux, & nata ſepulcrum:
Cara magis nullo corpora juncta loco.

G. Fabrit. Chemn.

a Dum crepera arma fremunt ante arcis mœnia Zvvencæ
pectus ab obſeſſo miſſa tibi haſta ferit.

P. Alb.

b Tu *gravis* & propter mores *Friderice* vocate:
Rurſus ab exili corpore, dicte *Macer*.
Provida quem tenerum rexit prudentia *matris*:
Imperio quoniam non ſatis aptus erat.

Henri-

macer dictus: cui cum delata esset adversus *Carolum IV.* dignitas *Imperialis*, 1347. acce-

X 3 ptis

Henricus Nigri ut *montis* Comes occidit armis;
Plauensis Misnam pace tuetur humum.
Inde *Trifurdenses* quoque *Wangenheimius* hostes,
Arcet Thuringo non sine clade solo.
Prima gravis flavo junxit socia arma *Britanno:*
Cui bene rex meritò nomen equestre dedit:
Ardua cùm patriæ cæpit moderamina terræ:
Servasset pacis tempus in omne bonum.
Sed non passa fuit violento *Erfurdia* facto:
Commovit damnis quæ nova bella suis.
Venit ut hostis, abit factus Fridericus amicus:
Restituitque urbis penè ruentis opes.
Reddita cum felix illo victoria campo:
Quo miseræ dederant saucia terga fugæ.
Conservat socios: proprios ulciscitur hostes:
Asserit & læsum seditione decus.
Guntherum Nigri cognomina *montis* habentem
Cepit, & est sedes passus habere Patris.
Cum prece *Vinario* tendenti supplice dextram,
Eripit id tantum, quod lavat *Orla*, solum.
Quique tenet *montis* de nomine nomen *acuti*
Arcem aliqua retinet conditione suam.
Viribus audacter nimium *Stolbergius* usus,
Perdidit ultori cæsus ab ense caput.
Ignibus heu miseræ perierunt mœnia *Salzæ:*
Mille homines letho flamma inimica dedit.
Culpa Moguntino fuit hæc in milite: clausit
Obsessas querulis civibus ipse fores.
Evertit validis *latronum* viribus arces,
Unster & ad ripas, Salaque lenta tuas.
Pectore *Cæsareos* excelso sprevit honores:
Quos favor & virtus cognita sæpe dedit.
Augustæ thalamis auctus tamen ille puellæ,
Quæ de *Bojorum* stemmate nata fuit. Ma-

ptis 10000. argenti marcis cessit.[a] *Orlamundensem* autem comitatum, comite Hermanno ob fastum pulso, sibi addictum, illi ad dies vitæ iterum concessit. Dimidiam etiam partem *Salzensis* ditionis emit. Latrociniis inservientes arces diruit. Idem cum *Schvvarzeburgiis* & *Erfordiis* bellum habuit. Decessit 1349. Fuere ei ex *Mechtilde Ludovici Bavari* Imp. cujus studio Edoardi R. Angliæ adversus Gallos militavit, filia, quæ 1346. excessit, plures filii: Ex quibus LUDOVICUS *Archiepiscopus Moguntinus* & *Magdeburgensis* (ut verò Moguntinam simul sedem tenere posset, non nisi administrator Magdeburgicus dici voluit) atque *Episcop. Halberstadiensis* ac *Bambergensis*, cum choreas in bacchanaliis 1381. Calbæ duceret, conclavi corruente vel incendio orto & scala lignea rupta periit: SIGISMUNDUS administrator *Mersburgensis*, BALTASAR [b] Landgravius *Thuringiæ*, bellica fortitudine clarus, & Edoardi III. R. Angliæ adversus Gallos miles, equitum albo adscriptus, emtione ab abbate Fuldensi

Filii.

Magnanimos linquens natos, in flore juventæ,
Bis quater emensus lustra caduca, perit.
Haud positus procul est *Mathilde* à conjuge Cellæ;
Cui tumulum ante suam fecera: ipsa necem.

G. Fabrit. Chemn.

a Conf. Schurzfleisch. l.c. O.2.

b Stellatos domuit, Voidorum diruit arces,
Multos ad justum compulit officium.

P. Alb.

Fuldensi *Gerstungam*, ut vacans feudum comitatum *Kevernburg*, ab uxore *Margareta* f. *Catharina* Norimbergensi defuncta 1377. matre FRIDERICI *pacifici* [a] qui 1440. ἄπαις decessit (altera uxor Baltasaris *Anna* f. *VVenceslai Electoris Saxoniæ*, vidua Friderici Brunsuicensis electi Cæsaris nihil liberorum tulit) *Hilperhusam*, *Heldburgum* & *Eisfeld* acquisivit, & 1406. vita excessit. Alius frater WILHELMUS *cocles* [b] emtione *Ilenburg*, *Coldiz* & *Risenberg* in

a Simplicitas est digna quidem, Friderice, favore:
Sed Tua simplicitas pene nociva fuit.
P. Alb.

b Marte ferox juvenis, patriam colit inde, suisque
longæva partas pace relinquit opes.
P. Alb.

Hannibal est celebris, nec non Sertorius armis:
Hic quamvis oculo captus & ille fuit.
Nec nocuit forti facies fœdata WILHELMO:
Cui celso invictum pectore robur erat.
Germanis juvit propellere finibus hostem:
Quum ferus *Alsatiam* perderet *Anglus* humum.
Insubrum magnam cum Cæsare pergit ad urbem:
Virtute egregiis ne minor esset avis.
Ipse vicem reddens, inopinis undique flammis
Est *Erfurdanum* depopulatus agrum.
Urbs ea Misniacis immiserat urbibus hostes:
Furtivo curans tecta cremanda modo.
Affuit & Socero; cui rex injusta *Bohemus*,
Fortunæ infensus Principis, arma tulit.
Sagaque ut induitur pro libertate *Moravi*:
Munitam cingens obsidione *Pragam*.
Sic fuit illa statim deponere sumpta paratus:
Ut Regis subiit pectora pacis amor.

Inde

Bohemia, belli jure *Pirnam* & *Kœnigſtein* ſuis adjecit: 1407. moriens ex *Eliſabetha Iodoci M. Moraviæ* filia nullis relictis liberis: inprimis vero FRIDERICUS [a] cognomento *ſtrenuus* Catha-

Fridericus ſtrenuus Marchio.

Inde domi juſtis moderatus legibus urbes:
Cum vulgi auxit opes utilitate ſuâ:
Extenditque modis fines ditionis honeſtis:
Contulit & patrio commoda mille ſolo.
Miſnia Phœbæos urbs quà reſpectat ad ortus:
Tecta ejus ſervat frigidus oſſa lapis.
ELISABETHA ſui lateri eſt conjuncta mariti:
Illorum caruit prolis honore domus.

G. Fabrit. Chemn.

[a] *Strenuus* à factis *Fridericus* nomine dictus,
Imperium ſolus bis duo luſtra gerit:
Externis fratrum dum virtus anxia bellis,
Majorum quærit laude tenere decus.
Ipſe domi *Ruſſum Plauenſem* bella moventem,
De patriis victum cedere cogit agris.
Hermundurorum veteres ſubière Nariſci
(Vixerat illa diu libera turba) jugum.
Cattorum ſuperat fiſum virtute Tribocum:
Fuldæ tuas celebrat qui ſacra propter aquas.
Hermannumque animis *Beichlingum* vana tumentem
Efficit officii mox meminiſſe ſui.
Saxoniam magnis ingreſſus viribus, arces
Brunſuigi ferro vaſtat & igne Ducis.
Obſidet *Embeccæ* dum mœnia: fulmine miri
Tormenti retulit territus inde pedem.
Tunc viſa eſt noſtris imitatrix fulminis oris
Machina in humanum dira reperta genus.
Albertus damnis motus, precibusque ſuorum,
Obſidibus firmat fœdera facta datis.
Sed violenta fides incommoda cuncta novavit:
Juraque læſa alia ſunt ſtabilita fide.

Cingitur

Catharinæ[a] *Hennebergicæ* f. *Henrici* ſuæ uxori *Coburgenſem* principatum debuit, familiæ illatum; Eum ipſa à matre *Gutha* filia Hermanni M. *Brandeburgici* obtinuerat. Hic *Carolo IV.* in oppugnandis *Ruthenis* aſtitit: nec minus adverſus *Adolfum Naſſovium* Archiepiſcopum Moguntinum fratris adverſarium, ac *Erfordiam*, quæ ejus ſequebatur partes, arma geſſit; urbe obſeſſa, donec Imperator authoritatem ſuam interponeret. Latrocinia idem compeſcuit,

X 5 rece-

Cingitur infeſtis poſthæc *Erfurdia* ſignis:
Quæ ſtuduit rebus, Præſul Adolphe, tuis:
Audax quæque datum Fridericum ferre recuſat:
Impediens bello ſe furioſa ſacro.
Quattuor ingenti eſt obſeſſa ſub agmine menſes:
Igne videns agros, igne micare domos.
Carolus adveniens in caſtra hoſtilia Cæſar,
Arma jubet cives ponere, & arma Duces.
Auget opes partas Fridericus, comparat agros
Dum *Sangershuſi* pinguia rura ſoli.
Accipit à Soceri montanum morte *Coburgum*:
Francia Miſnenſi ſubdita terra Duci.
Luſtra novem felix, & tres exegerat annos:
Magnanimum cum mors ſuſtulit atra virum.
Conditur in Cella poſtremus: juncta fidelis
Unanimi conjux eſt *Catharina* viro.

G. Fabr. Chemn.

[a] Cyriac. Spangenb. Chron. Henneb. L. 5. c. 11. memorat Fridericum III. quoties avos & avias pingi curaret, adjeciſſe: Lieber mahlet mir die Henne nur luſtig und wacker / denn ſie iſt eine gute Henne geweſen. In ejus Epitaphio:

Oderat hæc luxum, nec pulchra monilia geſſit;
Indelibatæ ſimplicitatis amans.

Wilhelmus dives Marchio.

receptaculis prædonum arcibus eversis. Eo nati WILHELMUS [a] cognomento *dives*, cum fratre

a Me duce stagnanti quam flumine perluit Unster
è dubia in stabilem est terra recepta fidem.
P. Alb.

Marchia quæ veteris refert cognomina *Brenni*,
Cujus adit vitreis rura Viadrus aquis;
Valdemaro dominis admisso paruit illis:
Quos dedit haud unâ sors variata vice.
Primum *Bojus* habet Princeps: Rex deinde *Bohemus*:
Tum *Marcomanno* venditur illa Duci.
Hinc ad Misnensem precio delata WILHELMUM:
Æqua viris solitum ponere jura suis.
Illius invictam furiosa *Bohemia* dextram,
Non uno sensit Marte fugata loco.
Nam cum fratre *Pragam* Friderico cinxerat armis:
Quam versurus erat, si licuisset, humo.
Nam Sigemundus eos jussit decedere Cæsar:
Pro cujus bellum movit uterque bono.
Brixia quàm non segnis erat, & *Thabora* novit;
Regia quoque sita est tuta Corona, Lapis.
Frater ut Ensiferi tuus est Ducis auctus honore:
Saxoniæ capiens, Cæsare dante, solum:
Sponte Viadreâ, fuerat quæ vendita, terrâ,
Ne status Imperii diminuatur, abis.
Fœdus & ipse novas, iterum cum Principe *Catto*:
Quod Patruus paulò fecerat antè tuus.
Quum pro communi sociarunt arma salute;
Et *Stellatorum* vim pepulêre manum.
Magnus erat bello, sed major pace WILHELMUS:
Anteferens Marti dulce quietis opus.
Misnia quam felix fuit hoc sub Principe tellus:
Hostis enim vidit nullius arma sui.
Pleissensi, fato functus, tumulatur in urbe:
Quæ clarum *antiqua* nomen ab *arce* tulit.

Ipse

fratre *Georgio* [a] (qui mortuus 1411.) *Kœnigsbergam* à *Schvvarzenburgico* comite, dein à *Iodoco M. Moraviæ* marchiam *Brandeburgicam* 1410. quæ redemta biennio post ab Imper. Sigismundo, emit, & obiit 1425. & FRIDERICUS [b] cognomento *bellicosus*; Hic acta in castris pueritia, dein etiam plurima fortiter gessit: in Franconia contra factionem conjuratorum, qui se stellares nominabant: in Borussia pro Conra-

Fridericus bellicosus D. Saxon. Elect.

Ipse carens natis, fratri bona parta reliquit:
Quicum egit placidos & sine lite dies.

G. Fabr. Chemn.

a Magnificus princeps & justis strenuus armis
& pius & patriæ cura Georgus erat.

P. Alb.

b Secula bis septem post incunabula Christi,
Et rapidis ibant bis duo lustra rotis:
Electoris honos gladio cum duplice, quando
Ad Dominos venit Misnia culta, tuos.
Hoc decus emeruit rebus FRIDERICUS honestis:
Mars *Hussitarum* cum popularet opes.
Namque *Sigismundus* tulit istud Cæsar in illum:
Stirpis *Anhaltinæ* deficiente domo.
Fortiter Imperii quod bella tulisset in hostes:
Et præstans animis justitiaque foret.
Ac licet in gravibus FRIDERICUS viveret armis:
Immemor Aoniæ non tamen artis erat.
Hanc ex *Pragensi* veluti extulit ille ruina:
Inque tuos posuit, *Lipsia* pulchra, sinus.
Christus, ut ante decem bis, binaque secula, & annos
Bis binos, totidem lustraque natus erat.
Qui fovet ac placidè Musarum castra tuetur:
Utilius princeps nil agitare potest.

G. Fabrit. Chemn.

Conrado ordinis Teutonici magiſtro: in Thuringia, cum comites Schvvarzeburgium, Heldrungium, Honſteinium licentia inſolentes, compeſceret: in Miſnia cum Vicethumium Gribenſteina ejiceret: Quibus & aliis non clarum modo nomen meruit, ſed & novum axioma domui intulit. Cum enim *Saxoniæ ducatum* Otto I. Imperator *Hermanno Bilingio* præteritis agnatis contuliſſet, ille extra *VVitikindeam ſtirpem* in variis hucusque hæſerat; nam continuatus quidem in Hermanni poſteritate, donec *Magnus* ſine maſculis moreretur: Collatus hinc *Lothario Supplinburgio*, qui poſt id Imperator, ab hoc autem conceſſus genero *Henrico Superbo*, ex Guelfico-Ateſtina gente (unde hodierni Brunſuicenſes) qui reliquit filio *Henrico Leoni*, dein ſententia *Frtderici Barbaroſſæ* Imperatoris proſcripto. Fridericus ob hoc ducatum *Bernhardo Aſcanio Alberti Urſi* filio conceſſit, in cujus poſteritate manſit, donec *Albertus* ultimus 1422. orbus decederet. Demum 1423. Poſonii, etiamſi Alberti agnatus *Ericus D. Saxoniæ inferioris*, tum & *Ludovicus Elector Palatinus* & *Fridericus Elector Brandenburgicus* eandem ambirent dignitatem, ille etiam ab *Epiſcopo Bambergenſi* inveſtituram Archimareſcallatus impetraſſet, Friderico noſtro, ob majorum merita, & operam adverſus rebelles *Bohemos*, inprimis in *Brixienſi* prælio navatam, tum quod ob viciniam ditioni

ditioni defendendæ maxime idoneus haberetur, ab Imperatore *Sigismundo* investito[a] ducatus electoratu auctus rediit ad Witikindeos. Solennis investitura Budæ 1425. peracta[b]. Adjectum onus ut 20000. aureos *Friderico Electori Brandeburgico*, qui ditionem *VVittebergicam* mox occupaverat Cæsaris autoritate, sumtuum nomine penderet novus Elector. Idem *Lipsiensem* academiam 1409. cum *Praga* adfluerent studiosi, unde hæc tanquam illius colonia est, & literarum in Misnia instauratarum mater, instituit. Mortuus est 1428. Ejus ex *Catharina Brunsuicensi*, quæ 1442. senio cœca mortua est, præter filias *Annam* Ludovici pacifici Landgr. Hassiæ (extinctam 1463.) & *Catharinam* Friderici II. Elect. Brandeburgici (ductam 1441.) conjuges, filii inprimis tres fuere: SIGISMUNDUS[c] *Episcopus Herbipolitanus* (pro quo frater Fridericus cum Franconibus bellum habuit) Administrator Mersburgiensis qui

Sigismund. Episc. Herbip.

a Justitiam translationis ostendit & diploma investituræ exhibet Limn. Jur. publ. 3, 10, 2. seq.

b Conf. Hortled. 1, 4, 9. p. 1126.

c Felix hic molli nisi captus amore fuisset:
Namque ideo fratris vincla tulisse ferunt.
P. Alb.

Sigismundus Francis dominans gladioque stolâque,
Fraternum propter conditur hic tumulum.
Ipse resignavit munus, cui viribus impar,
Et placida ingenii simplicitate fuit.
G. Fabrit. Chemn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [369] - 333
PUBLIC DOMAIN

Fride-vicus II. Elect. qui 1457. in exilio deceſſit. FRIDERICUS[a] *placidus* natus 1412. ſucceſſor patris, & WIL-

[a] Nomen ut Elector patris FRIDERICUS habebat:

Æmulus in dotes ſic quoque patris erat.
Contudit hoſtiles audaci Marte *Bohemos:*
Et rutilo triſtes diſpulit ære minas:
Marchiacamque manu ſtravit victrice cohortem:
Quæ [male] Saxonicam depopulabat humum:
Et, quæ munierant foſſis & mœnibus hoſtes,
Æquavit viridi caſtra direpta ſolo.
Ingentes Friderici animos dextramque potentem,
Luſatia in timidis anxia ſenſit agris.
Senſit & in tremulis memor Albis, & horruit undis:
Qua ruit ad muros, *clara Puella*, tuos.
Senſit & adverſis frater *Guilielmus* in armis:
In quem bella quidem ferre coactus erat.
Bella quidem ſenſit cum fratre coacta: ſed illa
Sunt avibus tandem conciliata bonis.
Frenaque per longam FRIDERICUS avita quietem
Inde tulit, placidæ ſuccubuitque neci.

Epitaphium ejusdem.

Stemmatis antiqui Princeps inſignis honore
Enſiferi, hanc tumbam pace ſepultus habet.
Ad *Satium* forti congreſſus Marte *Bohemo*,
Te Leo terribili fecit abire jubâ.
Ille truces cogit quoque vertere terga *Polonos*;
In *Brandeburgos* & movet arma Duces:
Tum *Francos* ſuperat ſignis felicibus hoſtes:
Cumque ſuo bellum flebile *fratre* gerit.
Amittit plagio natos, recipitque: tuetur
Ipſe Magiſtratum, qui jubet ipſe, DEUS.
Compoſitis placidè rebus componitur ipſe:
In patrioque tenet debita buſta ſolo.

G. Fabric. Chemn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [370] - 334
PUBLIC DOMAIN

WILHELMUS[a] Landgravius *Thuringiæ*, natus 1425. Hi duo quos pater triduo ante mortem ad concordiam alendam hortatus erat, inter se ob al- *Wilhelmus Landgr. Thur.*

a Cæsareis virtus castris perspecta WILHELMI,
Extulit illius non sine laude decus.
Extremos ipsum juvit tolerare labores:
Ferret ut in patriam commoda tanta suam.
Restitit insano non fracta mente *Bohemo*,
Vastanti ripas, Albis, utrinque tuas.
Passa fuit nunquam majorem Misnia cladem:
Quàm tunc turba furens cædeque & igne dedit.
Adjuvat iratos quorundam perfidus ardor
Nobilium coluit quos fera turba Duces.
Austria si posses, vel tu Grimma edere vocem:
Nota omni populo nomina fœda forent.
Vbius indomitum Præsul quum Marte Sicambrum
Hostem, de *Susti* pellere vellet humo:
Noricique suis quum trudere finibus urbis
Albertus validâ Francicus arma manu:
Adjungens forti socias cum milite vires,
Duxit adoratam turpe negare fidem
Quis tibi tam miti bellum furiale WILHELME
Suaserat, in fratrem quum ruis ense tuum?
Quos vix expuleras prius è regione *Bohemos*:
Turba ferox signis militat illa tuis.
Agmina jam campis stabant discordia fratrum:
Non passus peragi est hoc Deus ipse nefas.
Miles ait fidâ Friderico voce: quid horres?
Intorto hoc frater, si cupis, ære cadet.
Non cadat, iste refert; Fratris mihi parce saluti:
Exposita est telis cætera turba tuis.
Pervenit ut fratris hæc vox in castra WILHELMI,
Consilii cœpit pœnituisse sui.
Colloquium poscens; Germani ut pendet in ulnis,
Blanditiisque preces addit, amicus abit.

Non

ob alterius fratris *Henrici* 1435. extincti hereditatem *Vicethumiis* instigantibus bellum gessere, in quo *Bohemi & Marchici* Wilhelmo astitere. Ubi vero Wilhelmus fratrem in ipsius cædem non consensisse intellexit, [a] pietate ejus motus post breve colloquium in pacem consensit, & ex eo vixere fratres conjunctissimè.[b] Idem Wilhelmus ob uxorem *Annam filiam Alberti II. Imperat.* (cui socero suo adversus *Bohemos* astitit) *Lucenburgensem ducatum* [c] sibi vindicaverat, sed pulso duce *Ernesto Com. Gleichio* 1443. *Philippus Bonus D. Burgundiæ* ab *Elisabetha Lucenburgia* dicta *Gærlicensi* sumtus *manburnus* vel protector excluſit eum. Cum iterum 1453. fortunam tentasset *V Vilhelmus* capta *Theodonisvilla* Burgundus per Crojum altera

Non lux fausta magis fuit his regionibus illa,
Propitio miseris civibus orta DEO.
Firma fuit posthæc Charorum gratia fratrum:
Gratia consiliis non violanda malis.
Dotem *Silesias* Augustæ conjugis Urbes,
Post mortem Alberti Cæsaris, ense petit.
Urbe tenet tumulum cum fratre WILHELMUS eâdem:
Ac prope dilectum conditur Anna virum.

G. Fabric. Chemn.

a Cum balistarius se Friderico obtulisset certo ictu fratrem ejus ferire, respondit. Schieß wie du wilt/ triff nur meinen Bruder nicht.

b Dissedit placido calidus cum fratre Wilhelmus,
Non sine vi, sed amor carior inde fuit.

P. Alb.

c Conf. Zype. hiat. Cassan. obstruct. L. 1. c. 16. p. 105. ubi perperam eum vocat Brunsuicensem.

v. p. 525

altera vice ipsius copias ejecit. Itaque cum fratris *Ladislai* hereditate novum jus accepisset Anna 1458. *Carolo VII. Regi Galliæ* Wilhelmus ducatum cum dependentiis 50000. scutis vendidit, qui armis vindicare habuit in animo. Successor *Ludovicus XI.* in gratiam Burgundi jure suo cessit, & 1462. Wilhelmus cum conjuge pretio itidem addixere Philippo, acceptis 120000. ducatis. Cum autem ob eandem uxorem ab aliquibus destinaretur Rex *Bohemiæ*, tranquillitati publicæ amorique Austriæ domus jus suum remisit; sed cum hac neglecta *Georgius Podiebradius* admotus esset regno, *Silesiam* obtinuit, quam tamen deinde Georgio jam confirmato etiam cessit, & ipso cum fœdus pepigit, filia etiam *Anna* istius filio Henrico D. Munsterbergio elocata 1459. (mortua est 1460.) 1461. Wilhelmus in Palæstinam profectus, 64. equites auratos, quos Hierosolymis ipse creaverat, [a] reduxit, & aliquando monasticam ingredi meditatus est. Prædonibus etiam summè infestus, ab illorum insolentia provinciam puram servare studuit. [b] Demum rebus humanis exemtus est 1428. Ex conjuge *Anna Austriaca* 1462. extincta, præter supra dictam *Annam*, *Margaretam* genuit

a Schurzfleisch. NN. ad Bojem. vit. Alberti.

b Wann Hertzog Wilhelm seine Sporen zu Weymar angürte / höre man sie zu Würtzburg auff dem Marckt klingen. Dann er alle Plackerey und Rauberey abgeschafft. Spalat. ap. Hortled. 1,4,23. p. 1514.

Joanni Electori Brandeburgio 1476. vel 1474. nuptam, & 1511. mortuam: Ex altera *Catharina de Brandenſtein* nullos. FRIDERICUS placidus, in Bohemos pro Alberto bellum geſſit, eosque ad Satium, dein Sebritiam fudit, nec non copias Polonicas diſſipavit. Bellum illaturus *Friderico Com. Beichlingio, Archiepiſcopo Magdeburgico*, cum hunc audiviſſet, nihil ad bellum ſe parare, ſed DEO cauſam commiſiſſe, conſilium omiſit, dicens, *alius inſaniat, ut contra eum bellum ſuſcipiat, quem Deus defendit.*[a] Demum 1416. vivis exceſſit. Filii ex *Margareta Auſtriaca* Friderici III. Imp. ſorore ducta 1431. (quæ dein 1486. mortua eſt) fuere, præter eos, qui immaturi deceſſere, *Erneſtus* & *Albertus*, ille togata, hic ſagata virtute clarior, & licet natura & ſtudiis diſſimiles ſemper tamen concordes, linearum duarum conditores. Hos 1455. *Conradus Kauffungus* olim Friderici aulæ magiſter & belli dux, concepto in herum, qui lytron, quod *Bohemis*, adverſus quos auſpiciis ejus pugnans captus, ſolverat, reddere nollet, odio, ex arce *Aldenburgica* coqui proditione noctu abduxit, ſed cum *Albertum* duceret, in ſylva à carbonariis captus eſt, & ſocii vitæ incolumitatem pacti ultro alterum reddidere: Supplicio expiatum ſcelus, at veſtes principũ rei memoriæ *Ebersdorfii* ſuſpenſæ. Tum filias etiam Fridericus genuit 1435. *Æmiliam*, quæ

Fridericus II. Elect.

[a] D. Luth. T. 5. Altenb. f. 178. a.

quæ Ludovico duci Bavariæ nupsit, & 1502. extincta est, 1436. *Annam* Alberto Elect. Brandeburgio 1458. sociatam & 1512. extinctam, tum *Hedvigem* abbatissam Quedlinburgiam, mortuam 1511. Huic cum obedientiam negarent cives, 1477. fratres auxilio sorori veniunt, urbem diripiendam militi dant, & Rolandi statuam libertatis insigne evertunt. [a]

I. LINEA ERNESTINA.

ERNESTUS [b] natus 1441. patris successor & princeps prudentissimus cum *Iohanne Bran-* *Ernestus Elector.*

a Mich. Bojem. vit. Alb. anim. a. 4. b. & NN. Cl. Schurzfl. ad illum locum.

b Functus ut ad manes ierat Fridericus avitos;
Filius imperii sceptra decusque capit.
Teutonici ERNESTUS mensuram nominis implet:
Ut plerumque suum nomina pondus habent.
Sed velut in reprobos erat ille severus & acer:
Sic placidos erga mitis & æquus erat.
Castorei lapidis terras, *Serraque* Ducatum
Finibus adjecit Marte potente suis.
Et, *Medii* qui nomen habet, circumdedit *urbem*:
Quæque *Sal* ad Salæ flumina pura coquit:
Quas hic non obsedit iners: sed utramque coegit,
Hæc faceret partes, & simul illa suas.
Nec minus oblatæ complexus munera pacis
Innocuâ dignas pace reliquit opes.
Namque suis passim sublimia castra per oras
Struxit, & impensa regia tecta gravi.
Felici genuit Fridericum semine, falsi
Vindice quo cecidit frausq; dolusq; Papæ: *H. M. Epita-*

Brandenburgico tres reges *Caſimirum Poloniæ*, *Vladislaum Bohemiæ*, *Matthiam Ungariæ*, diſcordes *Vratislaviæ* reconciliavit, ac ita à Germanię cervicibus externum militem arcuit. Idem cum fratre (cum quo conjunctiſſime [a] vixit, & pleraque communiter egit, imò non niſi anno ante mortem ditiones diviſit) *ducatum Saganenſem in Sileſia* à Johanne duce ultimo 55000. aureis Ungaricis emit: Et à Dominis de Biberſtein

Epitaphium ejusdem.

ERNESTUS pacis tranquillæ maximus auctor,
A patria atque domo depulit omne malum.
Arma tamen nunquam ſumpſit, niſi juſta: Nariſcis
Prima tulit, terris altera, Zeche, tuis.
Germanis etiam placidè dimovit ab oris:
Caſtra Sileſiaco qui poſuêre ſolo;
Pannona Mathian & te Caſimire Polonum;
Iſte potens ſcutis, arcubus ille ferox.
Sacrificos etiam luxu & levitate rebelles,
Officium cogit cum pietate ſequi.
Officiis clemens, atque integritate ſeverus,
Ære ſub hoc cineres, oſſaque tectus habet.
ELISABETHA decus ſexus, probitate, pudore,
Juſtitiâ, Erneſti Principis uxor erat:
Quæ tumulo, à cari tumulo diſjuncta mariti,
Sed vivens fido pectore juncta fuit.
Eximiæ prolis mater: quia divite partu
Tres Electores, lumina clara, tulit.

G. Fabrit. Chemn.

[a] Præbet fraternus amor exemplum pietatis;
Qua magis eſſe nequit principe digna pio.
Hos tenuit domus una viginti atque amplius annos,
Unanimas, ſemper grata aderat pietas.

M. Bojem. vit. Alb. Anim.

ſtein dominia *Storckau* & *Beskau* atque Soraviam oppignorata accepit, quæ dein 1510. redempta. [a] Religionis gratia *Romam abiit*, & Sixtum IV. Pontificem ſalutavit, ab eo aurea roſa donatus. *Ruthenum* Dominum, ſuis gravem armis petiit, Plaviam, Olſniciam, Adorfum cepit. Tum ut potiſſimum filiis diæceſes tranquilliores redderet, Quedlinburgum, Halam, Halberſtadium, Erfordiam, partim armis, partim legibus coercuit. Demum 1486. Coldicia in arce à ſe extructa, teſtamento *Sigismundo Com. Gleichio* liberis dato curatore, mortuus eſt. Uxor *Eliſabetha* f. *Alberti D. Bavariæ* biennio eum præceſſerat. Mater *Chriſtinæ* natæ 1462. & Joanni Regi Danorum 1478. nuptæ, quæ 1521. deceſſit, *Margaretæ*, quæ Henrico D. Lunæburgio 1487. nupſit, atque 1528. deceſſit, tum 4. inprimis filiorum. Ex quibus ALBERTUS natus 1464. Electoratum *Moguntinum* ſed brevi tempore geſſit, vicennis mortuus 1484. ERNESTUS natus 1466. *Magdeburgenſis archiepiſcopus* ab anno 1476. dein etiam *Adminiſtrator Halberſtadienſis* & fratrum in condenda *VVittebergenſi academiæ* adjutor fuit. 1478. cum Halenſes dicto minus obedientes haberet, à patre & patruo civitas obſeſſa & ad obſequium reducta eſt. 1486. etiam Halberſtadienſes ab iisdem in ordinem obſidione redacti ſunt. Moriens 1513. ſibi ſola

Albert. Elect. Mogunt

Ernestus Archiep. Magdeburg.

[a] Hortled. 1, 2, 3. p. 805.

ſervatoris ſui opera ſufficere teſtatus eſt. Reliqui duo *Fridericus* & *Ioannes* poſt patrem geſſere electoratum. FRIDERICUS III. [a] *ſapiens* dictus

Fride-ricus III Sapiens Elect.

a Filius armorum patriam formidine ſolvit:
Felicesque petens *Solymos*, & nobile buſtum,
Vicit iter durum pelagi, & Curetida terram,
Gortynam, Gnoſonque, & in æquore Cycladas alto,
Phœbeamque Rhodon, vidit, gentesque beatas.
Phœnicum, Syriæque hortos, quà Tigris & ingens
Labitur Euphrates, cœlo gratiſſimus amnis.
Ille etiam dubiis, magno pro Cæſare, rebus,
Threicium *Auſtriacis* avertit mœnibus hoſtem,
Regnatorem Aſiæ, Thracasque, Getasque trahentem,
Et magnas Orientis opes: Cùm Norica Saxa,
Et tremerent latè Nymphæ Iſtrides, Iſtrides undæ,
Illum *Aponus* vidit, celſæque Antenoris arces
In ferrum ruere, & *Patavi* proſternere muros.

P. Lotich. Sec.

Aurea felices vivebant ſecula gentes:
Quum regeres noſtras, Dux FRIDERICE, plagas.
Bella alii ferro, ſed tu ratione regebas:
Et ſine vi victi ſæpe dedêre manus.
Ingenio claros meruiſti ſæpe triumphos:
Militeque haud ullo fixa trophæa tibi.
Et pacis ſtudio florere, atque artibus urbes
Contigit auſpicio, Dux FRIDERICE, tuo.
Namque tuo ſumptu flavum ſchola condita *ad Albim* eſt:
Ut vitæ verum traderet illa modum.
Hìc Evangelii primùm doctrina renata,
Deterſo cœpit pura nitere ſitu.
Et cum Germani ſumpſiſſent arma tyranni
Contra Evangelium, ſanctaque juſſa Dei:
Doctores tibi cura pias defendere ſoli,
Et Chriſti latè ſpargere dogma fuit.

His

dictus est, *a* & *Vitebergensem* arcem condidit [b]. Cum in *Palæstinam* 1493. iter suscepisset,

Y 4 ex ma-

His tibi pro meritis gratâ præconia voce
Posteritas omnis, virque puerque canet.

Epitaphium ejusdem.

Pacis amans tutæ FRIDERICUS munera pacis
Auxit: qui gelidi rex bonus Albis erat:
Quamvis oblatos contempsit *regis* honores:
Romani custos armiger Imperii.
Saxoniæ columen, murusque & Teutonis oræ:
Instituit celebris clara Lycea Scholæ.
Unde sui Christo primùm revocantur honores:
Unde venit pulchris artibus omne decus.
Annos Imperii post tres, septenaque lustra,
Sublatus terris sidera lætus adit.

G. Fabr. Chemn.

a De ejus studio in regimine & re œconomica vid. D. Luth. Haußpostill. S. T. f. 511. a. Wann der edle theure Fürst deß Morgens auffgestanden ware / muste man ihm die Register lesen / und wann er schon reiset / ist er deß Abends nimmer zu Bette gegangen / er hätte denn zuvor selbst angehöret die Rechnung der Außgab / und was man verzehret hat. Solches hat er gethan nicht allein an frembden Orten / sondern auch in seinen eigenen Städten. Der sahe seinen Amptleuten und Schössern genau auff die Hauben / und glaubet keinem weiter / denn er ihn sahe. Confer Luth. T. 6. Alt. f. 186. Quod in tempore quodvis dicere & agere noverit T. 7. f. 370. a.

b Ejus elogia ap. Reusn. *Princeps pietate & prudentia præstantissimus: Iustitia atq; animi magnitudine nulli secundus: Sapientiæ domicilium, consiliorum thesaurus, legum defensor, controversiarum finis, Imp. Romani columen, patriæ monimentum, morum speculum, decus principum, disciplina ducum, & juxta nomen suum, dives amator pacis: Ecclesiarum deniq; & scholarum nutritius optimus.*

ex manuum ejus ſoliditate & robore Sultanus dicitur generoſum ortum auguratus. Cæterum ipſe cum fratre 1501. *VVitebergenſem* academiam erexit, impetratis ſeq. anno privilegiis. Philippum Palatinum Maximiliano Imperatori reconciliavit. Erfordiæ plebem tumultuantem contra ſenatum placavit. Cum B. *Lutherus* opus *reformationis* (de quo Friderico pridem in ſomnio aliqua viſio oblata) in Saxonia orſus eſſet, ejus defenſionem elector 1518. eatenus ſuſcepit, ut neceſſitas *Romam* eundi in gratiam ipſius Luthero remitteretur, & à *Cajetano Cardinali* audiretur. Miſſa quidem *aurea roſa* & aliis blanditiis ab eo avertere principis animum tentavit Pontifex, ſed aulæ Romanæ ſe ob patrocinium purgare Elector conatus, 1521. ex Wormatienſibus comitiis, in quibus Fridericum de Thun conſiliarium ſuum, ne opprimeretur, ei præſto eſſe juſſerat, redeuntem *VVartpurgi* aſſervare, & dein non impedire ſatis habuit, nondum publice ejus doctrina introducta. Sibi poſt Maximiliani mortem delatum *imperium a* ſuffragio ſuo ad *Carolum V.* transferre maluit, cum vero magna ob hoc pecuniæ vis offerretur, nec recepit ipſe [b], & à ſuis ne teruncium quidem accipi voluit. [c]

De-

a Luth. T. 2. Alt. f. 62. a.

b Welches ihm hernach wol mag bedencken gemacht haben / dieweil Gottes Wort ſo wenig ſchutz gehabt. Spalat. ap. Hortled. 1, 4, 23. p. 1509.

c Sleid. L. 1. p. 26.

Demum tumultu ruſtico jam orto 1525. princeps pius[a], cælebs, diuturnis calculi doloribus excruciatus, quorum aliqui in pulmone, tres in felle reperti,[b] accepto in utraque ſpecie ſacramento & omiſſa unctione [c] moritur, cum ad 30. comitia Elector inviſiſſet, ſucceſſore fratre JOANNE, [d] nato *Ioannes Elector.*

Y 5

a Ioh. Roſinus edidit 1602. exempla pietatis illuſtris, ſeu vitas Friderici ſapientis, Joannis & Joannis Friderici.

b Luth. T. 2. Alt. f. 903. a.

c Luth. T. 3. Alt. f. 912. a. qui ejus funus etiam concionibus duabus honoravit T. 2. Alt. f. 889. a. ſeq.

d Cui dedit excelſum fortis *Conſtantia* nomen,
JOANNES, orâ ſidus in Albiaca.
Virtutes aliæ cedant: huic unica laus eſt,
Pro ſummo fortem bella tuliſſe DEO:
Quam Conſtantino ſimilis Magnoque, pioque,
Ante ſtetit vultus, *Carole Quinte*, tuos:
Aſſereretque unum te cauſam, Chriſte, ſalutis:
Cœlorum Domino ſubjiceretque caput.
Agreſtum ſedat patriæ inter viſcera turbam;
Inque ipſo rerum turbine raptus, obit.
Angelicis moriens exceptus leniter ulnis,
Fertur ad æthereæ mœnia celſa domus.

De eodem.

Funere ſublati poſt fata noviſſima fratris,
Tradita ſunt regni frena gerenda mihi:
Tempore quo ſævit toto Mars impius orbe:
Ruſtica gens dominis quum tulit arma ſuis.
Tunc ego Germanis ſedavi incendia terris:
Aſſerui & regnis dogmata pura meis.
Vindelicis oris ad Cæſaris ora vocatus,
Salvificæ fidei jura profeſſus eram.
Talibus atque aliis factis odia aſpera movi:
Invicta ſuperans omnia damna fide.

Sic,

nato 1467.[a] cui cognomentum *Conſtanti* vel *bono* datum. Ipſe adoleſcens, in *Ungaria* Maximiliano militans 1490. primus *Albæ Regalis* mœnia conſcenderat. Eidem in Italia operam addixit. Cum vero fratri, cum quo hactenus commune habuerat regimen, & conjunctiſſime vixerat, ſucceſſiſſet,[b] ob *religionem* tamen (nam quo ſucceſſit anno, *viſitatione Eccleſiaſtica* inſtituta, præfecerat Eccleſiis miniſtros, & *VViteberga* 20. Dominica Trinitat. vernacula lingua primum curaverat *miſſam*, ut vocant, celebrari) & quæ ſecutæ ſunt offenſas alias ei nunquam à Cæſare collata principatus inſignia. Sub initio regiminis *ruſtici* rebelles ejus auſpiciis 1525. ad *Franckenhuſam* cæſi, *Th. Munzerus* captus. Cum 1528. ex *Ottonis Paccii* delatione *Epiſcoporum* molimina crederentur, ipſe & *Philippus Haſſus* arma ſumunt, quæ ut ponerentur, Epiſcopi 100000. aureos dependere coacti: Eodem quoque cum aliis adverſus decretum *Spirenſe* eſt *proteſtatus*.[c] In Comitiis *Auguſtanis* 1530.[d] Cæſari ad ſacra eunti, ex offi-

Sic, quibus inviſus fueram, ſum denique amatus:
Et laudem ingenua de pietate tuli.
Quisquis amat Chriſtum, ſubeat mala multa neceſſe eſt:
Sed tamen hoc ipſo vindice victor erit.
G. Fabrit. Chemn.

a Hunc numerum contra Genealogiſtarum communem ſententiam tuentur prolegomena Bibl. Vinar.

b Ipſi ob religionem nunquam collata inſignia principatus dicit filius ap. Sleid. L. 18. p. 544.

c Sleid. L. 6. p. 171. *d* Sleid. L. 7. p. 183.

ex officii (ad cujus actionem, non tanquam ad cultum divinum vocabatur) ratione, gladium prætulit, dein obtulit *confessionem* à se & reliquis subscriptam, & ejus *apologiam* adornari curavit. Sed graves minæ, inprimis per *Ioachimum I. Elect. Brandeburg.* ei denunciatæ. Cum vero *eodem anno* vocaretur *Coloniam* ad *Regis Romani* creationem, nec ipse comparere, nec postea *Ferdinandum* approbare voluit, quin potius per filium in contrarium protestatus est.[a] Interea *Smalcaldiæ* suos convocat, & *fœdus* percutit[b] ad defensionem mutuam: *Helvetios* vero 1531. eodem comprehendi desiderantes admittere negat.[c] Seq. anno vivendi finem fecit. Uxores duas habuit, *Sophiam Megapolitanam* 1500. ductam & in partu *Ioannis Friderici* 1503. extinctam: inde duxit 1513. *Margaretam Anhaltinam*, quæ 1521. mortua est, mater *Mariæ* natæ 1515. conjugis Philippi D. Pomeran. quę ducta 1536. 1583. fatis concessit, atque *Ioannis Ernesti* in lucem editi 1521. Hic JOHANNES ERNESTUS, cum ex tutela fratris egressus commune regimen cum eo aliquandiu gessisset, dein 1542. partem *Fran-*

Confessio Augustana

Ioannes Ernest. Dux.

a Sleid. L. 7. p. 203.

b Quæ contra illud fœdus vel pro eo dici poterant. vid. ap. Goldast. Polit. Imp. P. 31. p. 1373. Ob hoc Carolus V. Joanne Friderico victo Smalcaldiam exscindere decreverat, nisi Mauritius intercessisset. Cl. Schurzfleisch. NN. ad Bojem. vit. Alb. anim.

c Sleid. L. 8. p. 215.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [383] - 347
PUBLIC DOMAIN

Franconiam nactus est, & *Coburgi* habitavit, bello autem *Smalcaldico* Cæsari *Vvitebergam* tradidit, ut fratris vitæ consuleretur.[a] Decessit 1553. nulla sobole suscepta ex *Catharina Brunsuico Grubenhagia* ducta 1542. quę dein Philippo C. Schvvarzburgio in Leutenberg nupsit, & 1581. defuncta est. JOHAN. FRIDERICUS[b] patris

Ioannes Frider. Elector.

a Thuan. L. 4. p. 188.

b Quem manibus dicas, pedibusque & mente *quadratum*;
Crede mihi toto rarus in orbe vir est.
Judicio Christum Princeps constante professus,
Talis JOANNES Dux FRIDERICUS erat.
Qui Dux Saxoniæ, Romanæque arbiter aulæ,
Et Patrem & Patruum nomine reque refert.
Hic etiam exemplo vertit te, *Carole* Cæsar;
Iustificam moriens fassus es ipse fidem.
Cedite Pontifices, damnati membra draconis;
Efficit in Sanctis facta stupenda DEUS.

Ioh. Stigelius.

Epitaphium ejusdem.

Non minor & Patre, & Patruo, fortissimus heros,
Qui Patris & Patrui nomina magna tulit.
Qui bene de Patria, de Religione merendo,
Inter honoratos primus honore Duces.
Arma ferens capitur; sed mens liberrima semper,
Atque Deo toto pectore nixa fuit.
Redditur hic patriæ, vinclis exutus ab ipso
Victore: ô victo, Carole, pene minor.
Uxoris tumulum vix clauserat: ipse repente
Consortis sequitur funera mœsta piæ.
Quantus erat, nunc regna tenens cœlestia tantus,
Lætatur merito maxime Christe tuo.

G. Fabrit. Chemn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [384] - 348
PUBLIC DOMAIN

patris fuit ſucceſſor.[a] Is eum pridem negotiis adhibuerat, unde in *Colonienſi* conventu ejus fuit legatus, & electioni *Ferdinandi* contradixit 1531. Anno 1533. cum *Rangonum Epiſcopum Rhegienſem* in cauſa concilii Papa miſiſſet, Elector iterum ſuos Smalcaldiam convocat, & legato omnium nomine, quale concilium deſiderarent, exponit[b]: ſimilia ibidem poſt biennium *Vergerio* reſponſa; & 1537. articuli, qui *Smalcaldici* ex eo appellantur,& concilio *Mantuam* indicto exhibendi fuerant,communi nomine à Beato noſtro ſcripti ſunt. Seq. etiam *Antinomi*, qui turbas dederant, cum *Islubius* autor ab eodem in viam revocatus eſſet, compreſſi. Cum autem Ferdinandum nollet agnoſcere *Romanorum regem*[c], 1534. tractatui *Cadamico* illa conditio addita, ut eum agnoſceret Elector, demum res plane compoſita 1544. 1538.dignitatem *Burggraviatus Magdeburgici*, cum oppido *Gommern* Magdeburgenſibus à priori Electorali familia oppignorata, ſoluto pretio reluit.[c] Seq. anno mortuo patrueli *Georgio Saxone*, ejus fratri *Henrico* obtinendæ hæreditati auxilio fuit: hoc vero extincto

a Ei vitio verſum quod nimium addictus indulgeret nobilitati, de quo etiam pater queſtus erat. Luth. T. 5. Alt. f. 154. b.

b Sleid. L. 8. p. 229. L. 9. p. 253.

c Sleid. L. 9. p. 247. Etiam 1538. conventu Francofurtenſi nondum voluit agnoſcere. Sleid. L. 12. p. 342.

d Hortled 1,4,9 ſeq. 1,5,5. p. 1984.

tincto *curatelam* liberorum ſumma fide & benevolentia geſſit. [a] Sed brevi poſt 1542. cum altero ex illis *Mauritio* ob *VVurzen* opidum, in quo uterque ſibi jus colligendi pecuniarii ſubſidii adverſus Turcam arrogabat, ei natæ lites, ut parum abeſt ad arma deventum eſſet: Bellum quidem mediantibus *Landgravio* & *B. Luthero* compoſitum, ſed offenſio altiores egit radices. [b] Eodem anno ipſe & *Landgravius* pellunt Henricum *Brunſuicenſem*, qui *Goslariam* & *Brunſuicum* urbes ſocias vexare non deſinebat: eundem 1545. capiunt. Cum vero 1546. undique de *Cæſaris armis* fama ferret, ipſe quoque & *Landgravius* ſe parant, & inſtituti rationes ſcripto divulgant. [c] Hinc bellum illud, quod *Smalcaldicum* vocant, quod ipſi à Cæſare proſcripti ei miſſis literis (an *nomen Cæſaris* Carolo tribueretur, diſputatum: Elector negabat [d]) per nobilem & tubicinem denunciant. Prope *Ingolſtadium* caſtra adverſa, & plures velitationes; neque tamen ad decretoriam pugnam res devenit. Cæſari auxiliares copiæ à *Pontifice* miſſæ, aliæ ex Belgio duce *Burano Comite* adductæ, quas adunari reliquo exercitui, Smalcaldici non prohibere potuerunt. Cum interim

Bellum Smalcaldicum.

Mau-

a Sleid. L. 12. p. 364. L. 18. p. 560. 561. Thuan. L. 2. pag. 115.

b Sleid. L. 14. p. 402.

c De his Sleid. L. 16. 17. & 18.

d Tributum tamen. Goldaſt. Polit. Imper. P. 31. pag. 1383.

Mauritius & *Ferdinandus Saxoniam* invaſiſſent (licet *Bohemi* in partes ſolicitati ægre operam ſuam præſtiterint, ſed dein omnino negaverint, viciſſim Electori petenti ab auxiliis ferendis ſe difficultate temporis excuſarent.[a]) Elector ad ſua revocatus eſt, & in itinere aliquot Pontificios male multavit. Redux vero ordines *Miſniæ*, datis ad ipſos literis, graviter tanquam perfidos increpat, inde ſuis recuperatis, Mauritium omni ditione, *Lipſia*, quæ fruſtra obſeſſa, & *Dresda* exceptis, exuit; *Magdeburgicam* & *Halberſtadienſem* diœceſes transactione cum præſule *Ioanne Alberto* inita, in partes trahit; *Albertum Brandeburgicum* à Cæſare ſubſidio miſſum capit *Rochlicæ*; ſed quod magno errore non in Mauritium recta duceret, quem poſt tantam cladem aut facile debellatum iri, ſi reſtitiſſet, aut tota Miſnia ceſſurum apparebat, victoriæ fructum amittit. Additus alter error[b], quod *Tumshirnium* in Bohemiam, *Mansfeldium* in Saxoniam inferiorem attributa ſingulis exercitus parte dimiſit, unde factum eſt, ut Cæſar in *Miſniam* irrumpens ſine pugna transmitteret *Albim*, & Johannem Fridericum, qui *VVitebergam* properabat, ad *Mulbergam* nactus ad prælium cogeret, quo victus & ad ſylvam Lochanam captus eſt,[c] ac *Alf. Vivi* in cuſtodiam datus,

a Sleidan. L. 19. p. 572. 575.

b Thuan. L. 4. pag. 204. ubi exemplum Ticinenſis prælii.

c Sleid. L. 19. p. 576. Thuan. L. 4. p. 180. 185.

datus, non sine *Germanorum* in *Hispanos* invidia.[a] Inde ad Wittebergam, capitis damnatus, sententiam constanti animo suscipit.[b] Verum intercedentibus *Brandeburgico* & ipso *Mauritio* illa his conditionibus mutatur, ut in *perpetuum Septemviratu cederet*, *VVitebergam & Gotham* (hæc ultima reddita sed munitione exuenda) *traderet*, *in custodia maneret*, *ditiones ejus præter Gotham & reliqua Thuringiæ*, *Mauritius acciperet*.[c] Ut de *religione* aliquid concederet, nulla ratione potuit impetrari. Ita *VVitteberga* tradita, ei autem ut sub custodia octiduum in ea commorari liceret, permissum, ob quod custodes summa liberalitate remuneratus est, in ista etiam fortuna pristinam animi magnitudinem servans. Cum ejus *Electorale* axioma *Mauritio* sobrino conferretur, ipse spectavit, & ut feliciter eo frui possit, precatus est.[d] *Interimisticam formulam* ut reciperet, ne à captivo quidem obtineri potuit, cum quævis potius tolerare esset paratus: Imo etiam scripto ad suos constans animi propositum testatus est, ne aliquando de se alia proditurus crederent.[e]

Captivi depositio.

Uti

a Inusitatæ magnitudinis ocream, quam ei post pugnam detractam dicebant, legatus Cæsareus Hispanica ostentatione ap. Regem Galliæ, ad quem missus, produxit victoriæ ostentandæ. Thuan. L. 4.

b Thuan. L. 4. p. 187. animi tranquillitatem incredibilem commendat.

c Sleid. L. 19. p. 578. Thuan. L. 4. p. 189.

d Sleid. L. 20. p. 624. Thuan. L. 5. p. 234.

e Conferatur ejus gravissima oratio ap. Sleid. L. 20. p. 632. L. 21. p. 640. Thuan. L. 5. p. 229.

Uti & ob hoc durius habitus est.[a] Ne etiam ob illam orthodoxia aliquod pateretur damnum, Academiæ *Ienensis* jura 1548. impetravit, sed ea demum post decennium introducta. Ita in Cæsaris comitatu otium lectioni sacrorum librorum impendens circumducebatur, sed illa constantia & animi singulari fortitudine nullum periculum, *impasti licet irruant leones*, reverita, magnum sibi apud omnes conciliavit amorem.[b] Cum vero 1552. à *Mauritio Carolus Oeniponte* ad fugam compelleretur, is *Iohannem Fridericum* toto jam quinquennio captivum dimittere voluit, ne hostis ad suam gloriam hoc referret: sed ipse ultro[c] in comitatu mansit, & Cæsarem secutus, non prius discessit, quam Augustæ, ubi ille humanissimis verbis eum dimisit. Cum ad sua rediisset[d], res hæc. *Liberatio.*

Z *Mau-*

a Sleid. L. 20. p. 633.

b Sleid. L. 21. p. 640. Epistolam quam semestri ante liberationem Oeniponte ad D. *Achillem Pyrmenium Gassarum* medicum Augustanum scripsit, quibus si possibile esset plus simplici vice mori, quam in rebus fidei à verbo Dei recedere testabatur, edidit sub titulo Fürstliche Helden-Schrifft / de literis & pietate optime merens Theoph. Spizelius 1665. & notis illustravit. Idem allegat Joh. Forsteri Tractatum von der Gefängnüß und Erledigung H. Johan. Friderichs / ut & Th. Srybari Leben H. Joh. Friderichs.

c Sleid. L. 24. p. 767. *Liber factus nihilominus Cæsarem quocunq; iret comitatur.* Ita & Thuan. L. 2. p. 459.

d Ei reduci Philip. Melanchthon in præfatione in IV. Tom. Luth. gratulatus est & constantiam prædicavit.

Mauritium movit, ut tanto promtius ad conditiones deſcenderet.[a] Hujus dein & ipſius legati convenere liti dirimendæ, quæ orta quod in literis & moneta *Electoris nomen* & *inſigne* uſurparet, ac permittente Cæſare iterum *Gotham* communiret, nec tamen aliquid effici potuit. *Mauritio* vero mortuo, in conventu ordinum Lipſiæ electoratum iterum repetiit, adverſus *Auguſtum*, cui à Cæſare ſimultanea cum fratre data erat inveſtitura: Tandem uterque reconciliati, *Daniæ rege* intermedio. Conditiones illæ, ut *Auguſto electoratus*, *Miſnia* & *oppida metallica* cederent, reditura eo ſine liberis extincto, viciſſim ille quasdam redderet præfecturas.[b] Cum ab *Alberto Brandeburgico*, ne ſuæ ditioni noceretur, obtinuiſſet; *Henricus Brunſuicenſis* eum criminatus tanquam illius adjutorem, minas intentavit: ſed res demum transactione compoſita. Ut doctrina *Lutheri*, cujus Islebiæ extincti corpus à Mansfeldiis obtentum Wittebergæ ſepeliri curaverat,[c] diligentius cuſtodiretur, qui pridem plures ipſius libros ut ſcriberentur promoverat, ut juxta ſeriem annorum, quibus ſcripti eſſent, in tomos colligerentur atque ederentur Jenæ, G. Rorario & Joanni Aurifabro mandavit.[d] Tandem

vir

a Thuan. L. 10. p. 487.

b Sleid. L. 25. p. 816. Thuan. L. 13. p. 611.

c Luth. T. 9. Alt. f. 1580. b.

d Præfat. Aurif. ad T. 8. Jen. a. 5. f. b.

vir utique magnus, [a] *constantiæ & invicti animi etiam ab ipsis hostibus, ad hæc comitatis, prudentiæ, liberalitatis regiæ laudem consecutus, post varias vitæ ærumnas & adversitates, quibus tota vita conflictatus est* (dicitur in nascentis dorso crux aurea fulsisse [b]) *tranquillitatis portum in morte* 1554. cum undecimo ante die *Sibyllam Cliviam* [c] conjugem fidelissimam, (1527. ductam conciliatoribus Wilhelmo C. Nassovio,

a Magnus utique vir & qui vel inimicorum testimonio, comitate, liberalitate, prudentia & animi invicti fortitudine excellentissimos Principes æquans, in eo multis præponi meruit, quod adversam fortunam constantia sua omnium judicio superavit. Thuan. L. 4. pag. 187.

b Theod. Hæping. de not. gentil. §. 5. n. 15.

c Dum pia vota facit capto pro conjuge Princeps
Inclyta, *Iuliacæ* stella SIBYLLA domus.
Cum prece, cum gemitu quem nocte dieque requirit,
Et queritur tardos ire relicta dies:
Facta sui compos tandem sanctissima voti:
Sponte optat, viso conjuge, læta mori.
Mira fides, & mirus amor! mora parva, relanguens
Extremum fati sustinet ipsa diem.
Conjugis ipse suæ morientis lumina condit
JAN-FRIDERICUS: amat lætus & ipse mori.
Ah miserum, cur me mea conjux deseris, inquit:
Tam sine te potero vivere, quàm sine me.
Pars animæ sum magna tuæ: simul ipsa recedis,
Tecum animæ unà abiit pars quoque magna meæ.
Compositis ergo rebus, sanctissimus heros,
Consortem undecimâ luce secutus, obit.
Sic quos dissociat; sociat mors rursus Olympo,
Et tumulo, tantus ne moriatur amor.

G. Fabr. Chemn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [391] - 355
PUBLIC DOMAIN

Philippo C. Solmensi, Wilhelmo C. Neuenario) à qua *Clivensis prætensio*, amisisset, *invenit Thuan.* L. 4. p. 187. L. 13. p. 612. Cognomentum ei dant *Magnanimo*, *invicto* vel *crasso*. Ejus Epitaphium tale perhibent: [a] *IOHANNES FRIDERICUS D. G. Electus Martyr Iesu Christi, Dux afflictorum, princeps confessorum fidei, comes veritatis, signifer S. crucis, exemplum patientiæ & constantiæ, hæres vitæ æternæ, obdormiscens in Christo migravit ex hac miserrima vita in cœlestem patriam. Vinariæ, 3. Martii, Anno cIↃ IↃ LIV.* [b] Desponsata ei fuerat *Catharina Austria-*

a Ex Zach. Rivand. Chr. Thuring.

b Pectore magnanimo similem tibi nulla tulerunt
Secula, nulla ferent: dulcem profundere vitam,
Et fortem, cara pro religione, cruorem
Promptus eras: mortemque Dei pro laude paciſci.
Commotus nunquam præsentis imagine lethi.
Scilicet accensum divino pectus amore,
Non vis ulla domat ferri, non fulminis ignes:
Qualiter ipse pater vitæ, Sol lucis origo,
Sol oculus mundi, cœca sub nocte laborat
Interdum, victis mox nubibus aureus exit.
Macte animo Germano, & macte ingentibus ausis:
Sic etiam dilecte Deo, quod mille probatum
Tentatumque modis, reducem fidissima conjux
Vidit, & in cara Domini cervice pependit
Ante obitus: dulcem nati vidêre parentem:
Et nunc in patria cineres tellure quiescunt.
At veteres inter proavos cœtusque piorum,
Spiritus exultat liber, fruiturque perenni
Lætitia, æternisque bonis discrimina pensat.
Salve magne Pater patriæ, tua gloria vivet,

Donec

Auſtriaca ſcriptis 1519. conditionibus, ſed ob religionem dein ſponſalia reſciſſa.[a] Ex filiis ejus duo ἄπαιδες JOHANNES ERNESTUS natus 1534. 1553. ante patrem & JOHANNES FRIDERICUS III. natus 1538. cum adverſa valetudine fere ſemper conflictatus fuiſſet, cæteroqui patri conſtantia ſimilis, 1565. deceſſerunt. Ab hujus morte inter fratres lites ortæ. A reliquis duæ lineæ.[b] *Ioannes Ernestus Dux. Iohan. Fridericus Dux.*

I. GOTHANA.

JOHANNES FRIDERICUS II. nat. 1529. patri in bello *Smalcaldico* adfuit, & in *Mulbergenſi* prælio vulnere in capite accepto *VVittebergam*, mox matris & patrui conſilio *Gotham* ſe recepit. Cum patri mortuo ſucceſſiſſet, in conventu *Naumburgico* cum *VVirtebergico* inprimis *invariatam Aug. Confeſſionis editionem* & *Articulos Smalcaldicos*, quæ concilio exhiberentur, *Ioannes Fridericus Dux.*

Donec in occaſum roſeo volventur ab ortu
Sidera, donec erunt latices Aganippidos undæ.
P. Lotich. Sec.

a Sleid. L. 6. p. 157.

b Illi duo Joannes Fridericus & Joannes Wilhelmus alter 13. alter 14. annos nati 1543. orationibus latinis declamarunt præſente tota academia. Unde B. Lutherus præfationem præfixit, & eos commendavit, de felicitate temporum & filiis, parenti & publico gratulatus. Extat præfatio T. IV. Jen. Lat. f. 780. a.

c Cum fratribus confraternitatis pactum cum Hennebergicis inivit. Limn. Jur. publ. 4, 8, 173.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [393] - 357
PUBLIC DOMAIN

tur, ursit.[a] Cum autem fratris *Joh. VVilhelmi* ditiones ipso petente aliquandiu gubernasset, dein *fratrum minimo* cum hoc successisset, conventum ut alternis gubernarent. Nec minus vero dissidia orta, cum Joannes Fridericus qui primus præfuerat cedere nollet.[b] Præcipua demum principis calamitas ex eo,[c] quod cum sociis *Ernesto Mandesloo*, *VVilhelmo steinio*, *Hieron. Brandensteinio*, *Davide Baumgartnero*, aliis reliquiis *Albertinæ* factionis, *VVilhelmum Grumbachium*, illum Germaniæ Catilinam, qui per sicarios *Melch. Zobelum Episcopum Herbipol.* ante octennium sustulerat, & ante triennium urbem illam diripuerat, *proscriptos* 1566. dehortante licet *Augusto* (cui percussores immissi dicuntur, sed intercepti) & aliis principibus, susciperet & protegeret: ipse ob hoc proscriptioni simul involutus. Cum multa ut ad meliorem mentem princeps rediret, legatis qui noxios dedi postulabant, missis, tentata essent, neque proficerent, *Augusto electori* executio cita mandatur, qui 1567. ante *Gotham* repente comparet, subditosque fidei sacramento solutos *Iohanni VVilhelmo* addicit. Tandem incolæ civitatis arma corripiunt, & proscriptos comprehensos ad obsessores mittunt. Ipsi principi capto, duræ scribuntur leges, quibus

a Thuan. L. 28.

b Thuan. L. 39. pag. 441.

c Thuan. L. 39. & 41.

bus & liberi à ſucceſſione excluſi. [a] Conjurati, cum *Chriſtiano Brukio* ſ. *Pontano* cancellario homine faſtuoſiſſimo, qui de totius imperii ſtatu mutando, & Johanne Friderico *Cæſare creando* conſilia agitaverant, ac multis vaniſſimis promiſſis, additis magicis mediis, & adducto proſtibulo, tanquam *Eliſabetha R. Angliæ* eſſet, ejus nuptiarum avida, principis excœcatum animum obſederant, ad ſupplicium rapti. Arx *Gothana* deſtructa decreto comitiorum. [b] Princeps *Viennam* (facta uxori abeundi & pretioſa ſecum aſportandi poteſtate, quæ tamen maritum in captivitatem ſecuta) ductus per varios anfractus in triumpho, poſthæc *Neoſtadium* cuſtodiendus mittitur. Variorum principum pro eo interpellantium Cæſarem precibus non aliud potuit obtineri, quia publica imperii cauſa ſit, quam ut laxius haberetur. In captivitate fides uxoris ſecundæ (nam prior *Agnes Haſſiaca* Mauritii Electoris vidua 1555. nondum ſemeſtri poſt nuptias exacto interierat) *Eliſabethæ Palatinæ* ductæ 1558. (mortua eſt 1594.) carceris moleſtias nonnihil lenivit. [c]

a Thuan. L. 41. p. 555.
b Conf. tamen Limn. Jur. publ. 8, 4, 239.
c Ejus elogium ita cecinit Mart. Holzheuſer M. D.

Quatuor es caſto Dominos enixa cubili,
ex quibus atra duos mors tulit ante diem.
Pura ſalutiferi coluiſti dogmata verbi
& Chriſti paſſa es nixa cruore necem.

Te,

Demum mortuus est in arce Steyr, ubi tandem custoditus erat 1595. Filii cum FRIDERICO, qui puer 1563. decessit, JOHANNES CASIMIRUS natus 1564. & JOHANNES ERNESTUS natus 1566. in gratiam 1570. comitiis *Spirensibus* recepti, & pars reddita ditionum patriarum, *Erfurti* ob hoc instituto conventu. Ille *Coburgi* magno aulæ splendore habitavit, ubi præter *gymnasium Casimirianum* quædam alia magnificè extruxit; Prima conjux *Anna Augusti Electoris* filia ducta 1585. ob adulterii suspicionem carceri addicta, & variis locis custodita 1613. decessit; in ejus autem locum in thorum assumta 1599. *Margareta Lunæburgica*, cujus propinquis non parum benefecit, defuncta demum est 1643. *Conventui Lipsiensi* cum 1631. interfuisset, biennio post improlis decessit. Hic (*Ioannes Ernestus*) *Marcsulæ*, dein *Isenaci* sedem habuit, ubi mansit, etiam cum fratri succederet. Cæterum simplicioris genii princeps, & *Electori Saxoniæ* gratissimus. Ex duabus conjugibus *Elisabetha Mans-*

Ioannes Casim. Dux.

Ioannes Ernest. Dux.

Te, pudor extinctam placidæque modestia vitæ
nunc plangunt, thalami tollit ad astra fides.
Nam cum sors dominum rapuisset iniqua, vacillans
mens erat in dubio quod faciendo sequar.
An maneam? innata hoc sobolis scio cura requirit.
an sequar? hoc poscunt fœdera firma thori.
Vicit amor Domini, sequeris vestigia tristis
longa viæ, sobolem patria terra fovet.

Extincta Neostadii, sepulta Coburgi.

Mansfeldia apud patrem captivum ducta 1591. mortua 1596. & *Christina Hassiaca* ducta 1598. extincta 1658. ἄπαις, lineam terminavit 1638.

II. VINARIENSIS.

vid. pag. 357.

JOHANNES WILHELMUS, natus 1530. eo ipso die, quo pater literis Cæsaris ad comitia Augustam evocabatur, bello *Smalcaldico* à patre ut domi res curaret relictus est, & *Fribergam* ad conventum Mauritianorum misit, his persuasurus, ut contra Ferdinandum pro ratione fœderis hæreditarii jungerent arma.[a] Parente capto cum matre ad Caroli V. castra per medios hostes profectus est, ut pro illo deprecaretur, atque Wittebergam & alias ditiones victori permisit. A religione autem nec minis nec blanditiis abstrahi se passus est. Inde à patre, mortuo Mauritio, in Belgium ad Cæsarem missus, ut electoratum ipsius nomine peteret. 1558. Cum Cæsari operam suam sagatam vel togatam obtulisset, nec reciperetur, *Galliæ regi* se addixit,[b] & copias adduxit adversus *Hispanos*, Henrico II. 4000. & adversus Condæanos[c] 1568. Carolo IX. 5000. equites

Ioannes Wilhelmus D.

Z 5

a Sleid. L. 18. p. 547. *b* Thuan. L. 20. p. 934.

c Publico scripto testatus est, non se id egisse, ut opprimeret Evangelicos, sed ut coercerentur qui Evangelii prætextu adv. regis autoritatem abuterentur.

equites. Inde ob ſucceſſionem minoris fratris cum majori, cui bis regimen propriarum ditionum in quaternos annos à 1557. ad 1565. obtulerat, controverſia fuit.[a] Res mediatione *Friderici Elect. Palatini* 1565. compoſita, ut in ſexennium dividerentur provinciæ, paucis exceptis præfecturis, qua diviſione *Iohanni VVilhelmo* ceſſit *Coburgum*. Verum non longe poſt 1567. ei ſubditi fratris univerſi, juramento ſoluti ob *Grumbachium* (huic Johannes Wilhelmus aurem præbere recuſaverat) à Johanne Friderico receptum, addicuntur: ac ipſe una cum Auguſto *Gothanam obſidionem* urſit.[b] Cum arx *Grimmenſtein* diruenda, fruſtra deprecatus eſt. (Poſtea tamen fratris filiis paterna reddidit) Eodem anno cum *Carolo M. Badenſi* delectus pro *rege Galliæ* egit, & copias eo miſit.[c] *Anno ſeq.* ipſius & Electoris Auguſti autoritate colloquium *Altenburgi* de Juſtificatione, Neceſſitate bonorum operum ad ſalutem, libero arbitrio, adiaphoris, inter *Thuringicos* & *Miſnicos Theologos*, quibus *Interimiſtici* fermenti aliquid adhærebat, celebratum, & in 5. menſes protractum, donec hi confeſſionem minus ſinceram electori ſuo diſputationi finiendæ mitterent. Unde invectivarum & inter ipſos principes odiorum ſemina. Deceſſit demum princeps

a Thuan. L. 39. p. 441.
b Thuan. L. 41. p. 547. 553.
c Thuan. L. 42. p. 591.

ceps 1573. *a* relictis ex *Dorothea Susanna Palatina* 1560. ducta, quæ 1592. decessit, præter filiam *Mariam* natam 1571. abbat. Quedlinburgiam, extinctam 1610. filiis duobus: unde lineæ separatæ.

I. ALTENBURGICA.

Frider. Wilhelmus Administr.

FRIDERICUS WILHELMUS [b] natus 1562. major è filiis *Iohannis Wilhelmi*, in divisione *Altenburgicam* ditionem nactus est. Dein 1591. cum *Iohanne Georgio Brandenburgico* admotus tutelæ *Christiani II. administravit* electoratum: ac initio mox celebrato Torgæ ordinum conventu, in ditionibus orthodoxiam *à refor-*

a Justus Lipsius ejus mortem oratione prosecutus est.

b Ejus elogium insigne ap. Georg. Fabritium.

Si quis adhuc meminit *Friderici* Principis ora;
Grande viri nomen cui *Sapientis* erat:
Hîc videt exemplar; Princeps hic exprimit illum
Ingenio, vultu, moribus, officio.
Luce potens mentis, normam custodit honesti:
Virtutem reputans Principis esse decus.
Et pietatis amans, divini oracula vérbi,
Servari in populo pura sonante studet.
Justitiæ custos, veri sincerus amator:
Consilio meditans res moderante gerit.
Castus amat Musas, & doctas provehit artes:
E quibus emergit fontibus omne decus.
Vive tuis animis jam nunc quoque major & annis,
O Patriæ Princeps dulce future decus.
Tu FRIDERICUS eris; quo sceptra tenente redibunt
aurea de veris secla renata bonis.

à Reformatis labefactatam magno Zelo reduxit, evocato ad id opus è *Marpurgensi* academia *Ægidio Hunnio* & *visitatione Ecclesiastica* universali instituta. Aliqui doctores dimissi: Cancellarius *Nicolaus Crellius* post decennii carcerem non ob religionem sed alia scelera capite plexus est. Ob quæ tanquam cum *Cæsare* & *Pontificiis* conspirasset adversus Reformatos, immerito traductus est. *a* Ab ordinibus trium in Electoratu episcopatuum obtinuit, ut tres Electorales principes eligerentur Christianus II. ad Misnensem, Joan. Georg. ad Mersburgensem, ad Naumburgensem Augustus. *b* Feliciter deposita *administratione* decessit 1602. *Theologorum* summus fautor & scriptorum *Lutheri* assiduus lector. Ei ex secunda conjuge *Anna Maria Palatina* 1591. ducta, 1643. mortua (prior *Sophia VVirtenbergica* 1583. ducta, 1590. moriens non nisi *Dorotheam Sophiam* 1587. & *Annam Mariam* 1589. editas reliquit, quarum illa 1645. abbatissa Quedlinburgia decessit, hæc 1626.) præter filias *Annam Sophiam*, natam 1598. Carolo Friderico D. Monsterbergio 1618. nuptam & 1641. extinctam, tum *Dorotheam* 1601. genitam & 1633. Alberto agnato elocatam 1675. extinctam, filii nati JOHANNES PHILIPPUS, (lucem vidit 1597.) cui, cum natu minor esset patrueli *Iohanne Ernesto Vinariensi*, controversia nata de sedis prærogativa

Io. Philippus Dux.

a Ap. Edv. Sandis relat. de stat. relig.
b Rittershus.

tiva. (Pro *Altenburgicis* dicitur 1607. pronunciatum à Cæsare, sed Vinarienses in contrarium protestati.) Inde 1631. in conventu *Lipsiensi* fuit; demum mortuus 1639. unica ex *Elisabetha Brunsuicensi* 1618. ducta & 1650. mortua filia *Elisabetha Sophia* nata 1619. uxore ERNESTI D. *Saxoniæ* agnati relicta: FRIDERICUS natus 1599. *venationi* apud *Iohan. Georg. Saxoniæ Electorem* præpositus, in obsidione *Budissinæ* legionem duxit: hinc *Hispanicis* auspiciis delectus instituturus à re pecuniaria, in qua Hispani eum frustrati, laborat, itaque *Christiano Brunsuicensi* se cum addixisset, prælio Statloensi capitur, sed in gratiam electoris dimissus, jam Dani miles, 1625. ad *Nienburg* cadit. JOANNES WILHELMUS n. 1600. Saxonicarum Electoralium in *Silesia* copiarum dux 1632. excessit; & nat. 1603. FRIDERICUS WILHELMUS. Hic fratrum minimus, sed eorundem, & postea *Iohannis Ernesti* patruelis ex parte heres, auspiciis *Electoris* agnati in Lusatia 1634. exercitum duxit, inde ditionibus regendis incubuit. Ex Tomis *Lutheri* Germanicis Jenensibus, Wittebergensibus, Islebiensibus unum opus concinnari curavit: quod ipsius autoritate nec exiguo sumtu studio *Ioannis Christfridi Sagittarii* confectum atque Altenburgi typis 1664. publicatum est, insigni in Ecclesiam Evangelicam beneficio. Demum 1669. rebus humanis exemtus est.

Friderici Dux.

Ioannes Wilhelmus D. Friderici Wilh. Dux.

Post

Post sterile matrimonium *Sophiæ Elisabethæ Brandenburgicæ* 1638. initum & 1650. morte diremtum, ex altera uxore *Magdalena Sibylla agnata* ducta 1652. præter *Christianum*, qui 1663. puer extinctus, atque *Ioannam Magdalenam* 1656. editam, & *Ioanni Adolpho agnato* nuptam, filiam, 1657. genuit FRIDERICUM WILHELMUM, qui parenti successit, sed perbrevi regimine, utpote qui 1672. morte sua lineam hanc clausit. Successio delata est ad *Ernestum* gradu propiorem, certæ tamen præfecturæ, quas occupaverant, Vinariensibus fratribus concessæ sunt.

Friderici Wilhelmus D.

II. VINARIENSIS.

vid. pag. 363.

JOHANNES natus 1578. tutore *Augusto*, dein *fratre* adolevit; Cæterum *Vinariam* & alia in divisione nactus, administrationem fratri ad 1598. concessit. Sed 1603. eandem suscepit, & biennio post vita excessit, octo ex *Dorothea Maria Anhaltina* 1593. ducta (quæ liberorum educationi cum tutoribus summam adhibuit diligentiam & 1617. mortua est) filiis genitis. Ex his JOHANNES ERNESTUS natus 1594. literis & armis egregie ornatus, magnique animi princeps, *a* 1615. suo fratrumque

Ioannes Dux.

Ioannes Ernest. Dux.

a Et res novas jure quodam suo usurpare visus, cum ereptum familiæ septemvirale fastigium ægrum animi urgeret,

trumque nomine, qui tutela egressi in idem consensere, regimen suscepit. Militarem operam suam *Palatino* 1620. Pragæ, *Batavis* (à quibus *confessioni Augustanæ* liberum exercitium impetravit) 1621. Hagæ, inde *Danis* 1625. adduxit adversus Cæsarem, sumto legato *Fuchsio*. Seq. anno *Osnabrugam, Furstenaviam, VVidenbrugam* illis auspiciis capit: Mox in *Silesia* multa occupat, facta cum *Mansfeldio* per Marchiam eruptione. Tum in *Ungariam* pergit, & *Bethlemo* jungitur; sed cito interveniente discordia rursus separantur. Nec multo post 1626. ipse *Martini fani* in Ungaria mortuus, proscriptionem morte sua antevertit. FRIDERICUS natus 1596. studiorum & itinerum fratris comes, dein 1622. ad *Floriacum*, ubi *Mansfeldius*, cui militabat, & *Brunsuicensis* cum *Cordubensi* conflixere, cecidit. ALBERTUS natus 1599. *Isenaci* habitavit post *Iohan. Ernesti* agnati mortem, ad mortem usque suam, quæ eum 1644. evocavit, nullis ex *Dorothea* agnata relictis liberis: unde fratres duo superstites successere. JOHANNES FRIDERICUS natus 1600. Palatinis militavit, inde *Mundæ* à Tillio obsessæ illaturus subsidia capitur, traditurque Electori, mox fratribus in custodiam. Extinctus 1628. FRIDERICUS WILHELMUS, non nisi sedecim ætatis annos explevit.

Friderici Dux.

Alberti Dux

Ioannes Friderici Dux.

Frider. Wilhelmus D.

geret, nec cum spe voto, avita recuperandi transigitur, nisi aut repetere amissa aut resarcire liceat. Epit. R. German. an. 1627.

explevit. 1603. exordium 1619. finem vitæ sortitus. BERNARDUS natus 1604. inprimis fortissimi ducis superiori bello famam & *Magni* nomen obtinuit. Hic cum in *Hollandia* prima tyrocinia posuisset, dein in exercitu, quo *Durlacensis Marchio* Comitem *Schlickium* ingressu *Holsatiæ* prohibere conatus erat, cum equitibus Holsatis & Scotis se gessit fortissime. Hinc post *Danicam pacem* 1631. conventui *Lipsiensi* interfuit. Inde auspiciis *Gust. Adolfi R. Sueciæ* militare cepit, & 1632. in oppugnandis hostilibus castris ad *Norimbergam* egregia fortitudinis specimina edidit, equo cui insidebat confosso. Inde à rege in Bavariam redituro in Franconiam dimittitur. In prælio *Luzensi* cornu sinistrum duxit, & virtute sua victoriam, cum rex cecidisset, servavit. Hinc ab *Oxenstierna* dimidia pars exercitus ejus ductui demandata. Unde seq. anno diœcesin *Bambergensem*, ipsam *Bambergam*, *Cronacum*, *Hochstett*, occupat, & fraternis copiis auctus Cæsareis irrumpentibus Norimbergam versus obviam it, inde Donavverdam, ubi *Hornio* jungitur. Damna illata *Iohan. VVerthio*, & *Aicha*, *Dachavia*, *Monachium*, *Landsberga* (hanc demoliri placuit) *Neoburgum* capta. *Ingolstadium* frustra tentatum. Sed *Crazius* ad eum transfugit. Paulo post Bernhardus *Francofurti* nomine *Coronæ Suecicæ* creatur perorante Sleupnero *Dux Franconiæ*. *Feriano* duce ex Italia adventante, prope Memmin-

Bernardus D.

Dux Franconiæ.

Memmingam *Hornio* ille jungitur. Hoc vero illum in Alsatiam sequente, ipse *Ratispona*, & aliis in *superiori Palatinatu* ac *Bavaria* (in subsidium etiam ab *Austriæ superioris* incolis vocatus) potitur. 1634. Post alia gesta, cum *Fridlandii* actiones observaturus in Palatinatu superiori egisset, Bavaris irruentibus cedit, & prope *Augustam*, iterum accedit *Hornio*. Quædam feliciter capta, sed in *Ratispona*, quam *Lars Kage* strenue 465. eruptionibus factis defendit, liberanda sero veniens frustra fuit, tum licet accessissent Bircofeldiæ & Crazii copiæ, nec non delectus Durlacenses atque Wirtenbergici, prælium ad *Nerolingam* infelix commissum, quo Hornius captus. Ipse Bernardus tamen copiis *Rhingravii* & fratris, inde *Forceani* auctus prope Francofurtum vires recepit, & hosti denuo caput obvertit. *Anno seq.* cum hinc inde Cæsareos vellicasset, *Gallassio* cum exercitu numeroso appropinquante, Lauteram, tum Bipontum, inde *Metim* recedit, sed à Cardinali *Vallettano* subsidiis firmatus, revertitur, & *Moguntiam* obsidione liberat, atq; Gallassium ad Rhenum retrahit. Cum vero *pace Pragensi* partes ab aliis desererentur, in *Austrasiam* redit, & passim inde carpit hostem, ac *Lucenburgenses* infestat, *Hispanis* ad *Theodonisvillam* cæsis. Hinc nova militia *regis Gallici* auspiciis suscepta, 1636. & copiis auctus *Tabernas* obsidet, capit: in *Burgundia Condæum* obsidione *Dola*

Præl. Nerolingæ.

pulsum confirmat, *Gallassium* insequentem multis afficit damnis, eoque digresso *Ionvillam* occupat. In eadem *Burgundia* anno 1637. non pauca acta. Ad Rhenum autem castra prope *VVittenvveyer* oppugnantem *VVerthium* rejicit, sed demum *Kenzinga* frustra obsessa in *Delspergiam* vallem (de cujus restitutione cavit Helvetiis) retrocedere cogitur, suis reficiendis. *Sequens annus* circa *Brisacum* occupatum eum tenuit: quod ad *Reinfeldam* (unde paulo antea non sine strage, amissis Joh. Philippo Rhingravio, captis Erlachio, Canovvskio, Bernholdo, pulsus) insigni victoria captis *VVerthio*, *Savellio*, qui custodes fefellit & elapsus est, *Sperreutero*, *Enckenfortio*, potitus, & jam *Brisgoiæ* potens, obsidere cepit. Huic cum undique auxilio adfluerent, ad *VVittenvveyer Gazium*, in Alsatia *Lotharingum* profligat, per Rosam *Horstium* commeatus illaturum fugat: *Gœzium* & *Lamboium* castra obsidentis adortos repellit. Tandem cum *Gœzius* ob *Longavillei* adventum perceptum, etiamsi jussus, rem tertia vice tentare noluisset, *Reinachius* præsidii præfectus fame compulsus Bernhardo Brisacum dedit, in quo 135. tormenta reperta; & sic InVICto [a] fortIs CeCIDIt brIseIs aChILLI, IVngItVr & tanto DIgna pVeLLa VIro.[b] Anno

Brisaci occupatio.

a Bisselius.

b *Brisaci possessio Gallos & Vinariensem, dum eam uterq; ad se trahit, non obscura simultate distraxit, illis plus in auro, quod à se suppeditatum, isto plus in virtute, qua*

Anno 1639. in *Burgundia* multa iterum capta (ob *Pontarlinum* crudelius habitum male audiit apud nonnullos [a]) tum per alios duces *Rosam*, *Ehemium* hostis frequenter damno affectus. Tandem ipse intellecto Bavaros ex Suevia appropinquare, è Burgundia, in qua Ehemium reliquit, in Alsatiam redit, sed eodem anno correptus morbo *Neoburgi* ad Rhenum, *VVilhelmo Ottone Com. Nassovio*, *Erlachio*, *Rosa* & *Ehemio* exercitus curam habere testamento jussis, qui tot periculis bellicis defunctus nunquam vulneratus fuerat, cum multis crederetur in Cæsaris brevi rediturus gratiam, extinguitur.[b] Brisaci cum diu extincti corpus asservatum esset, demum magnificis exsequiis illud fratres avito monumento intulere. Hi Vinarienses fratres ἄπαιδες. Duo WILHELMUS natus 1598. & ERNESTUS natus 1601. duarum linearum *Vinariensis* & *Gothanæ* conditores fuere. *Ille* WILHELMUS post mortem majoris fratris *Iohannis Ernesti* 1626. voluntate *Wilhelmus D.*

Aa 2 reli-

qua rem confeciſſet, pretii jurisque ineſſe autumantibus: evocatus ille quidem ſæpe in Gallias magna præmiorum ſpe, ſed pro ſtulto reputans, qui ſuæ poteſtatis eſſet, alienæ ut fieret, nihilo ſecius tamen Galli miles at non ſatelles eſſe perſeveravit. Epit. R. Germ.

a Epit. rer. Germ.

b Savelli/ Götz und Werth/ die können davon ſagen/
Und wer noch weiters will / mag den von Altring fragen/
Und den von Hohenembs/ den Ludwig/ Iſolan/
Und den von Saintmartin ruffich zu Zeugen an.

reliquorum fratrum ſuſcepit *regimen*. 1629. de *regimine communi*, quod ſemper penes majorem natu, ſine linearum prærogativa eſſet, peculiaris diſpoſitio inter fratres facta eſt. Antea hic Wilhelmus 1623. prælio *Stattloenſi* captus à Tillio & *Neoſtadium* miſſus, ſed ſeq. in gratiam Electoris à Cæſare dimiſſus erat. Cum 1631. in *conventu Lipſienſi* fuiſſet, dein *regi Sueciæ* acceſſit. Hujus auſpiciis *Erfordia* regi adducta. Dein 1632. *Goslaria* ſtrategemate, *Gœtinga* vi, alia in *Eisfeldia* deditione capta. Rege extincto *fratri* ad *Bambergam* novas adduxit copias, & alio exercitu collecto in *Thuringia* & *Franconia*, ubi *Herbipolenſem* Epiſcopatum occupat, ſe continuit. Poſt *Nerolingenſe* vero prælium fratrem novo milite denuo firmavit. Tandem *Pace Pragenſi* accepta Cæſari eſt reconciliatus: & ex eo ſuis ad mortem usque, qua abreptus 1662. præfuit. Ex *Eleonora Dorothea Anhaltina* ducta 1625. præter *Wilhelminam Eleonoram* natam 1636. 1653. extinctam, *Dorotheam Mariam*, natam 1641. Mauritii agnati conjugem 1675. mortuam, & *Fridericum* natum 1640. defunctum 1656. filios ſucceſſores genuit quatuor 1627. *Ioannem Erneſtum*, 1632. *Adolphum Wilhelmum*, 1634. *Ioannem Georgium*, 1638. *Bernardum*. Ex his JOHANNES ERNESTUS *Vinariæ* habitat, & una cum fratribus, Altenburgica linea extincta, portionem principatus aliquam à patruo obtinuit. Uxor *Chriſtina Eliſabetha*

Ioannes Erneſt. Dux.

betha Holſatica ducta 1656. patrem eum fecit 1657. *Annæ Dorotheæ*, 1658. *VVilhelminæ Chriſtianæ*, 1660. *Eleonoræsophiæ*, 1662. *Wilhelmi Erneſti*, 1664. *Ioannis Erneſti*. ADOLFUS WILHELMUS *Suecis* in Dania militavit, & *Iſenacum* habitationi ſuæ ſortitus eſt, ſed 1668. fatis conceſſit, nullis relictis liberis ex *Maria Eliſabetha Brunſuicenſi*, quæ quatuor filios genuerat, ſed omnes præmortui. Poſthumus vero natus 1663. *Wilhelmus Auguſtus*, ſed idem patris fata 1671. ſecutus eſt. JOHANNES GEORGIUS Electoris Brandeburgici auſpiciis in Boruſſia militavit, multa fortitudinis laude, ſagitta etiam venenata à Tataris periculoſe vulneratus. Nunc prius in Imperii exercitu deſtinatus militari imperio, quod in ſe ſuſcipere renuit, in Cæſaris exercitu locumtenentis Campi Mareſcalli dignitate præclarè fungitur. *Iſenacenſem* ſucceſſionem ſortitus *Marcſulæ* ſedem retinere maluit. Uxorem duxit 1661. *Ioannam Erneſti Com. Saynii & Witgenſteinii* filiam, Joannis Landgravii Haſſiæ viduam, Comitatus Saynii cum ſorore Manderſcheidia heredem: quæ adverſus patruos comitatũ obtinuere. Manderſcheidio unico quem iſta reliquerat filio nuper mortuo, inter ſorores hujus & materteram principem de ſucceſſione diſceptatum, ſed res compoſita. Geniti his parentibus 1662. *Eleonora Erdmuth Luiſa*, 1663. *Fridericus Auguſtus*, 1665. *Ioannes Georgius*, 1666. (cum *Maximiliano Henrico*,

Adolf. Wilhelmus D.

Ioannes Georg. Dux.

rico, qui biennis deceſſit, gemellus) *Ioannes Wilhelmus*, 1662. *Luiſa* (quæ annicula obiit) 1669. *Friderica Eliſabetha*, 1672. (ſed brevis ævi) *Erneſtus Guſtavus*. BERNARDUS *Ienam* quam incolat ſortitus eſt, & conjugem habet *Mariam Tremolliam Henrici D. Thoarſii* filiam, quæ præter præmortuos filios duos *Wilhelmum*, & *Bernardum*, atque filiam *Carolam Mariam* 1668. editam, recentius filiolo eum beavit. Hic (ERNESTUS,[a] ex Joannis filiis antepenultimus) *Gothanæ* lineæ autor eſt. Matris & hac mortua majoris natu fratris cura educatus, mature pietati ſeriæ adſuevit, nec non regendi artibus, ut jam 1621. nomine fratrum majorum ditiones prudenter gubernaret. Poſt Lipſienſe Evangelicorum fœdus legionem equeſtrem auſpiciis Guſtavi Adolphi Sueciæ regis conſcripſit, & expeditionibus ejus, non ultima pars, interfuit: cum Lycus ſuperandus eſſet, quo loco Tillius occubuit, vadum juſſus primus reperit, & fluvium trajecit, ita tamen artubus frigore læſis, ut in ſeram ætatem malum ſentiret. Poſt alia fortia geſta in prælio Luzenſi, rege jam occiſo, ei præcipue laus tributa eſt, cujus ductu *Pappenheimii* imminentes victoribus recentes copiæ repreſſæ ſint, & dux ille ceciderit. Inde fratris nomine *Herbipolitanum* epiſcopatum rexit, & Evangelicam doctrinam

Bernardus D.

Erneſtus D.

[a] Pleraque iſta ex Chriſtfürſtlicher Lebenslauff Hertzog Ernſten. ed. Gothæ 1675.

ctrinam ibi introducere cæpit, atque ita politiam administravit, ut Episcopus aliquando, se non melius potuisse, fateretur. *Pragensi* pace subsecuta militarem vitam reliquit, & initio Fratri in regimine astitit. 1634. ut controversiæ cum Altenburgica domo majori ex parte componerentur, plurimum promovit. 1638. Coburgum nomine communi regendum accepit, donec 1641. secuta divisione *Gotham* sortiretur, cui morte fratris 1645. medietas *Isenacensis* principatus, 1660. pars Comitatus Hennebergici, & demum 1672. tota hereditas *Altenburgo-Coburgia* (nisi quantum hujus, nepotibus ex fratre concessum) accessit. Regimini harum ditionum, quod difficillimis temporibus suscepit, ad exemplum aliorum principum præfuit, non politica prudentia quam œconomica industria minorem laudem promeritus. Gothæ arcem *Fridenstein*, quo nomine vetus *Grimmenstein* commutatum, 1643. extruere, & quadriennio post incolere cæpit. Dein eandem urbem 1655. muniri fecit: & post duo incendia ita instauravit, ut quam lateritiam invenerit, marmoream reliquisse diceretur. Rem scholasticam, uti primum fundamentum est salutis publicæ, sua cura non indignam judicavit, & consultis studiorum horum peritis, ita ordinavit, ut in toto principatu inquilinorum & domi educatorum jam nullus reperiatur, quin saltem legendi scribendive compos. In aliis

etiam ut methodus docendi, illis omissis, quæ in spem oblivionis discuntur, sola necessaria traderet, solicite studuit. Biblia præstantium Theologorum notis seu glossis illustrari præcipue curavit, quæ *Vinariensia* cognominari solent. Aliis etiam scriptis piis suo jussu in lucem editis profectum in doctrina pietatis plurimum juvit. Tum quicquid ad informationem juniorum & provectiorum, emendationem morum, totius Evangelicæ Ecclesiæ profectum, pauperum sustentationem servire videbatur, multa diligentia & prudentia, legibus, ordinationibus, aliorum requisitis consiliis, fundationibus è suo ærario largissimis, instituit, & consiliorum suorum fructus vidit, aliis etiam sequelæ factus exemplum. Ortis in Evangelica Ecclesia dissidiis, & imperii etiam, qui observantur, defectibus, pro virili sua mederi studuit, si consiliis obsequentes plures invenisset. In politica administratione, quicquid salus publica & justitia exigebant, studiosè curavit. Opes insignes, non oneratis ultra modum subditis, sed parsimonia & prudentia, cui Deus benedixit, collegit, nec minus usibus publicis, cum opus erat, impendit. Aulam ita composuit, ut ab aliarum moribus differens, sed imitatione omnium digna esset, pietatis, modestiæ, sobrietatis, probitatis exemplis. 1647. Dissidia inter domos Hassiacas ob causam successionis Marpurgensis sua prudentia composuit.

Demum

Demum annis, curis & laboribus effætus princeps ad quam se diu paraverat mortem 1675. invenit. Non immeritum elogium ejus cecinit non nemo: *Eusebie, pietas, virtus, tria numina, nomen dicite quod vestris par queat esse tholis?* *Dicitis*, ERNESTUS: *Sic verè dicitis, unum hoc laudum vestrarum nomina nomen habet.* Ex *Elisabetha Sophia* agnata 1636. ducta, suscepta est egregia proles, in qua ad pietatem, virtutes & literas formanda totus fuit post publicas curas reliquas pater. Ex 18. liberis, novem præmortui, inque illis JOHANNES ERNESTUS, nat. 1641. postquam diligentia studiorum multa indolis egregiæ specimina dedisset, & magnam Germaniæ partem peragrasset, 1657. variolis extinctus, & quæ uno morbi genere præcesserant, sorores *Sophiam* & *Ioannam*, eodem mense secutus est. Supervixere totidem parenti, nati, 1640. *Elisabetha Dorothea*, (1666. *Ludovico Landgravio Hassiæ* nupta) 1646. FRIDERICUS, 1648. ALBERTUS, 1649. BERNARDUS, 1650. HENRICUS, 1653. CHRISTIANUS, 1654. *Dorothea Maria*, 1655. ERNESTUS, 1658. JOANNES ERNESTUS. Ex quibus *Fridericus*, in Argentinensi academia studiis incubuit, inde Gallias & Italiam peragravit, semel gravi vitæ periculo in Belgico limite defunctus. Aliquot mensibus ante mortem parens regimen suo nomine administrandum ei commisit, inde cum fratribus

Fridericus Dux & fratres.

ei ſucceſſit: è conjuge *Magdalena Sibylla agnata*, ducta 1669. 1670. *Annam Sophiam*, 1671. *Magdalenam Sibyllam*, (quæ 1673. iterum obdormivit) 1674. *Dorotheam Mariam*, 1675. *Fridericam* genuit. *Albertus* poſt peregrinationes Suecicæ militiæ ſe addixit, & Colonellus legionem duxit, ſed ea ſe abdicavit, jam ſponſus *Mariæ Eliſabethæ Brunſuicenſis* viduæ Adolphi Wilhelmi patruelis. *Bernardus*, 1671. *Mariam Hedvigem Landgraviam Haſſiæ* ſibi junxit, ex ea filiis natis 1672. *Erneſto Ludovico*, 1673. *Bernardo*, 1674. *Ioanne Erneſto* (qui tamen iterum deceſſit) beatus. *Henricus* inter copias Saxonicas pro imperio arma adverſus Gallos geſſit, nunc maritus ..... Landgraviæ Haſſiæ.

II. LINEA ALBERTINA.

vid. pag. 33..

Alber-tus Dux

ALBERTUS [a] cognomento *Animoſus*, *Rolan-*

[a] Ejus vitam deſcripſit *Mich. Bojemus*. Iterum edidit & animadverſionibus illuſtravit Celeberr. *Conr. Sam. Schurzfleiſch.* 1676.

Ut nunquam dejectus equo jocularibus armis
hic fuit: in bello nunquam ita victus abit.

P. Alb.

Nomen ab invicta cepit virtute *Rolandi*
Albertus, quod ei caſtra dedêre ſeni.
Bis ſex annorum puer, altâ raptus ab arce eſt:
Pleiſena fœcundos quà fluit inter agros.
Ipſe *Paläſtinas* adoleſcens ivit ad oras:
Viſere relligio tunc loca multa fuit.

Cimbro-

Rolandus [a], *dextra Imperii* [b], Friderici placidi filius, natus 1443. novam lineam cepit. Hoc cum

a Ita dictus à militibus Belgis ob corporis dignitatem.

b Ita eum appellat Innocentius IIX. Pontifex in diplomate.

Cimbrorum neptem *Regi* deduxit: & inde
Lubecæ gratus civibus hospes erat.
Illius admonitu legem sanxère pudicam:
Atque maritali consuluere toro.
Mox legit in celebrem quoque Cæsar avunculus aulam:
Primus ubi Juvenum strenuitare fuit.
Pannonium æquavit virtute & pectore Regem:
Hannibali Fabius cui reputatus erat.
Germanis captâ minitatus vincla Viennâ;
Cœptum Matthias hoc Duce liquit opus.
Signa annos ter sex victricia movit in hostes;
Pro populis pugnans, *Maxmiliane*, tuis.
Quas Dux *Menapius* terras subduxerat armis;
Rursus ei faustâ victor ademit ave.
Littoreos forti cum *Flandro* cogit *Holandos*,
Teque subire suum, flave *Brabante*, jugum.
Inde tua externas accessit gloria gentes;
Dexteraque Imperii dictus es esse manus.
Optavit votis viduata *Bohemia* Regem
Hunc sibi, post mortem, *Pogiebrade*, tuam.
Maluit ast alii intactam servare coronam,
Tradita quàm cupidâ sumere sceptra manu.
Illius auspiciis primùm caput extulit altum,
Urbs in *Sudeto* dives & ampla solo.
In pede Peliaci quæ nunc jacet inclyta montis;
Fossus ubi argenti messe ditescit ager.
De qua magnificam *Misnæ* quoque condidit arcem;
Quæ de colle tuas prospicit, Albis, aquas.

Præmia

cum fratre 1466. ab Imperatore insignibus principatus ornatus est, & in avunculi aula biennium hæsisse dicitur. Cum fratre sororem abbatissam *Quedlinburgensem* adv. inobedientiam civium armis defendit: tum in *Halensibus* ac *Halberstadiensibus* in ordinem redigendis cum eodem fecit: etiam iidem *Erfordienses* vexarunt

Præmia post belli casus, vitæque pericla
Dat regimen *Phrysii* Cæsar habere soli.
Quod sibi dum sumptis bellator vindicat armis,
Conatu medium concidit inter opus.
Infestâ Phrysiam Lachesi, sublatus ad Embdam,
In patriam, ut debet, non redit inde suam.
Spectat in occasum qua parte urbs Misnia solis:
Conjuge cum ZEDENA contumulatur humo.
Quem pater ante locum Fridericus legerat, atque
Cæsaris Austriaci, mater amica, soror.

Epitaphium ejusdem.

Saxoniæ Dux magnanimus, virtute vel armis,
Fridrici Augusti tyro neposque fuit.
Qui Phrysios, Flandrosque leves, glaucosque Britannos,
Terribili lituo sæpe fugavit atrox.
Extitit hic terror Gallis, acrique Sicambro:
Ejus & expavit Belgica terra jugum.
Victor ab Oceano, Zephyris luctantibus, amplas
Exuvias retulit, signaque capta Ducum.
Victor ab aurora prostravit Pannonas armis:
Regis & Hungarici sæpe refregit opes.
Et vos, ô Phrysios, ob captum tristia natum
Ferre jubet, vestros depopulatus agros.
Illius ad cunctas pervenit gloria terras:
Dictus & Imperii dextra fuisse manus.
Pro tantis meritis ingratus nil dedit orbis:
Præmia sed novit justa referre Deus.

G. Fabrit. Chemn.

xarunt ob ea, quæ ab Alberto degenere in præjudicium filiorum vendente in Thuringia multa emerant, donec in tutelam & patrocinium principum reciperentur. 1475. cum adversum *Carolum Burgundum Novesium* obsidentem 80000. armatorum exercitus Imperii moveret, Albertus labarum gessit, & fortiter dimicavit. 1471. *Elbogenses* Caspari Schlickio clienti suo rebelles obsidione compescuit. 1476. *Romam*, dein in *Palæstinam* more ejus seculi profectionem instituit, comitibus *VVilhelmo C. Hennebergio*, *Sigismundo princ. Anhaltino*, *Ernesto C. Mansfeldio*, *Gunthero C. Schvvarzenburgio*, *Ernesto Dom. Schænburgio*, *VVenceslao Schlickio*, & aliis illustribus, atque nobilibus, civibus & ministris plurimis. In itinere & reditu à plerisque Germaniæ, aliquibus etiam Italiæ, proceribus multo cum honore habiti, eodem anno finiente post iter novimestre reversi sunt. 1487. Fridericus Imperator avunculus cum lacrymis & amplexibus exoravit, ut adversus *Matthiam Huniadem* fortissimum Ungariæ regem, qui Austriæ Viennam & alia occupaverat, bello se præfici pateretur. Cum nec auxilia nec pecuniæ submini strarentur, unde ex suo furiosos milites sedaturus 30000. numûm numeravit, desertus ad conditiones tamen æquas Matthiam adegit, fassum, hunc solum obstare, ne in media Germania castra figeret. Imperator vero quia conscius sibi male erat,

erat, qui adeo inermem contra pacta gentibus ferociſſimis objeciſſet, & ſpe auxiliorum deſtituiſſet, & quia non erat unde belli impenſas ſolveret, eum ne quidem ad conſpectum ſuum admiſit. Nec tamen minus poſtea etiam de domo Auſtriaca optime mereri perrexit, ut hæc ei multum ſuæ conſervationis debeat. *Maximiliano R. Romano*, 1488. à *Brugenſibus* capto advolat, ordinibus ditionis ſuæ fere adverſantibus, ſed jam reſtitutum libertati reperit. Ab Imperatore autem ei cura filii, nepotis Philippi, cujus tutelam Gandavenſes ſibi vindicabant, & ditionum, tum belli imperium demandatur, Flandris cum hoſte Gallo conſilia agitantibus. Sed Albertus aſtu & improviſo *Dammum* occupat, *Bruxellas* obſidet, ob ſtipendia non ſoluta tumultuantem militem ſedat, *Arſchotum* ob inſolentiam & ludibria invadit, (quæ & igne incertum unde orto conflagravit) reliquos *Lovanienſes* & *Bruxellenſes* ut ſe & ſua regi dederent cogit. Unde eum reducem 1491. in ſolenni principum conventu Norimbergæ Imperator prædicat. Tunc etiam aurei velleris equitibus aſcriptus eſt. Cum ſuos inviſiſſet, in Belgium reverſus *VVordam* à Montfortiis defenſam obſidet, & poſt menſem quartum capit, *Monfortium* ſubjugat, *Friſios* qui Harlemum vaſtarant cædit, *Ziriczeam* vocatus ſe confert, *Gandavvenſes* ad obſequium cogit, & quam Philippus Ravenſteinius in ſextum menſem

tuitus

tuitus erat, *Sluſam* deditione ſubigit. Atque ita ad Maximiliani obſequium omnia reducit. Inde tanta fortitudinis ejus in Belgio celebritas, ut quem Saxonem dicerent, animoſum dicere vellent Belgæ. 1495. Ut in Italiam ſequeretur Imperatorem, & ſe ducem omnium nomine contra publicum Imperii hoſtem Gallum deſignari pateretur rogatus, onus ſuæ ſenectuti impar recuſavit: ſumtus vero in bella Belgica factos repetiit, & in agro Mediolanenſi ipſum Imperatorem de iis convenit, ſed demum Alberto defuncto inter filios transactum eſt. 1499. Alberto, cum Georgio Bavariæ, Wilhelmo Juliaci & Joanne Cliviæ ducibus, demandata expeditio in *Carolum Geldriæ* ducem: Pace facta Albertus gubernationem *Friſiæ*, quam hereditarius Imperii vicarius regeret, [a] in compenſationem laborum, & ſumtuum (qui 350000. aureos Rhenanos æquabant) ab Imperatore, conſiliariis etiam diſſuadentibus & δῶρον ἄδωρον cenſentibus, ſuſcipit. [b] Suo vero nomine Henricum filium præficit gubernationi, cumque à Friſiiis rectorem pati non ſolitis hic obſideretur, eum ſuperveniens & hoſtibus

a In diplomate 1498. ea verba ap. Schurzfl. *Albertum Saxonem cognatum noſtrum præclare de parente noſtro Friderico & nobis ipſis noſtroq; filio, Philippo Burgundiæ duce totaq; imo Germaniæ communi patria, pace belloq; merito gubernatorem Friſiæ cum nomine Poteſtatis damus.*

b De rebus Friſicis & quæ Albertus in Friſia & Groningenſi ditione. Thuan. L. 109. p. 1393.

ſtibus diſperſis liberat. Inde *Græningam* aggreditur, ſed morbo correptus 1500. Embdæ extinguitur. Porro qui bello & armis valuit, non minus pacis & legum, quas ſubditis utiles, ſumtuarias & alias, tulit, juſtitiæ atque adminiſtrationis publicæ laude floruit, & totius Imperii dignitati atque ſecuritati ſtuduit [a]: initio communem cum fratre *Dresdæ* domicilium habens, dein *Torgæ* ſedem ſibi ſumſit: ditiones cum fratre communes habuit, niſi quod 1485. paulo ante Erneſti mortem *diviſio* inſtituta, ſed ut in ſingulis Provinciis ſingulis fratribus certæ urbes obvenirent: alia communia manerent. Uxorem duxit 1459. *Zedenam* ſ. *Sidoniam Georgii Podiebradii R. Bohemiæ* filiam: quo mortuo à *Bohemiæ* Proceribus honeſta legatione ad capeſſenda *regni* gubernacula invitatus eſt [b]: cum accipiendi oblata vel repudiandi rationes eſſent, cum 5000. equitum in Bohemiam venit, operam ſuam in tuendo regno & fidem offerens, nec in totum ſe Bohemis credens, à quibus cavere monitus erat. Inde poſtea etiam inſidias eorum agnoſcens ad ſua rediit. Eidem 1483. Imper. Fridericus *expectativam* ducatuum *Juliacenſis* & *Montenſis*, ſi *VVilhelmus* ſine maſculis decederet, contulit, quod jus triennio

a Dixiſſe fertur: Wenn er wuſte dem H. Reich auß ſeinen Beſchwerungen und Nöthen zu helffen zur Wolfahrt/wolte er ſich treulich gern laſſen hencken. ap. Hortled. 1. p. 1514.

b Celeberr. Schurzfl. NN. ad Bojem. in fin.

triennio post *Maximilianus* etiam ad *Ernesti* extendit lineam. Ex *Sidonia Bohemica*, quæ vidua in arce Taranda vitam solitariam egit ad annum 1510. quo mortua est, præter filiam *Catharinam*, natam 1468. & nuptam *Sigismundo D. Austriæ* 1484. & *Erico Duci Brunsuicensi* 1500. filii superfuere tres, nati GEORGIUS 1471. HENRICUS 1473. FRIDERICUS 1474. *Fridericus* [a] ex his cum quondam Senis studia excoluisset *Magister Ordinis Teutonici* in *Prussia* fuit, & primus post transactionem 1446. cum *R. Casimiro* factam fidem dare regi recusavit, usus auxiliis & consiliis *Maximiliani Imper.*; cum vero parum proficeret, ad fratrem Georgium se recipere, quam regi extraneo obstringi maluit. Ubi Rochlicii decessit 1510. GEORGIUS [b] literis Lipsiæ in juventute egregie excultus est: quibus dein ex usu

Fridericus M. Ordin. Teuton.

Georgius D.

Bb pruden-

[a] Ornavit studiis quem docta *Hetruria* pulchris.
Frugiferos Blandus quà fluit inter agros:
Inde *Borussiacas* pervenit Rector ad urbes:
Teutonicæ capiens cingula militiæ.
Tradere sed renuens sævo sua jura *Polono*:
Exilii, patriam deligit ipse, locum.
Quodq; putant felix, Majorum ad busta quiescit:
Post septem vitæ lustra peracta suæ.

G. Fabr. Chemn.

[b] Dedita bellorum studiis tibi prima GEORGI
Ætas, audacem quum sequerêre Patrem;
Fert socio *Phrysias* Burgundo signa per urbes,
Præmia pro patrio justa labore petens.

Saxoni-

prudentia acceſſit, poſt patrem rexit ditiones avitas. Ab eo etiam mature regimini admotus, cum belli gratia abeſſet domo. *Friſiam* autem

Saxonicis eadem reparat robuſtior armis
Bella, nec auſpiciis non gerit illa bonis.
Græningos implet flammis hoſtilibus agros:
Evertit captum ſæva per arma *Thamum.*
Non animus præſens, non defuit ardua virtus:
Sed cæptis magnis ſors inimica fuit.
Omnibus ad pacis converſus viribus artes,
Depoſuit duri flebile Martis opus.
Aurea reſtituit Saturni ſecula: nulla
nec tormentorum cura, nec enſis erat.
Donec in arma feros Alecto movit *agreſtes:*
Plurima qui furiis damna dedêre ſuis.
Hos prope *Francorum* dictam de nomine *ſedem*
Stravit: ſanguineas *Vipperis* egit aquas.
Perſolvit meritas itidem *Molhuſia* pœnas:
Et vetus amittis Jus *Smalachalci* tuam.
Maſſiliam peteret cum Cæſar Carolus urbem:
Miſit ei lectâ nobilitate manum:
Thraciaque adjuvit propellere finibus arma
Auſtriacos, *Turcâ* depopulante ſolum.
Jura domi populis, & leges condidit æquas:
Ac placidâ rexit pace quietus humum.
Egerat ille ſui ſatis ævi tempora felix:
Si ſpectes cunctas, quas habet orbis, opes.
Hoc miſer heu nimium, quod paucis perdidit annis
Omnem ſpem ſtirpis progeniemque ſuæ.
Tum ſuper ipſe dies non multos vixit; & acris,
Creditur extincto cauſa fuiſſe, dolor.
Miſnenſi Princeps hic ultimus urbe ſepultus,
Conditus ad Patris eſt natus uterque latus.
Barbara Sarmatici Caſimiri filia Regis
Juncta prius thalamo, jungitur & tumulo.

G. Fabrit. Chemn.

autem toties rebellem cum fratre Henrico acceptis 200000. aureis *Carolo V.* permisit. Sub eo 1497. *Annæberga* civitatis formam induit. In reformationis negotio *B. Lutherus* non alium infensiorem hostem habuit illo. [a] Ejus auspiciis 1519. colloquium inter *B. Patrem* nostrum & *Eccium* de potestate Pontificis *Lipsiæ* habitum. [b] Sed nec istud, nec literæ, quibus ille 1525. ad Evangelii agnitionem hortabatur, (Responsoriæ [c] autem infestum animum renudabant) quidquam profecere, apud eum, qui à Papæis totus obsidebatur. [d] Novum Testamentum tamen, tanquam ab Hieronymo Emsero versum, quod tamen reipsa cum Lutherana versione idem erat, publicari fecit, & sua præfatione commendavit. [e] Anno 1529. ipse quoque suspectus *Electori* & *Landgravio*, etiamsi genero, de consiliis Evangelii opprimendi redditus est ab *Ottone Paccio*. [f] Quamvis autem cum agnatis alterius lineæ transegerit, ne quis ulli clientum vel subditorum ob religio-

a Conf. D. Luth. T. 2. Altenb. f. 86. b. 224. a. T. 3. f. 152. a. 334. a. T. 4. f. 463. a. 628. b. 635. b. T. 5. f. 446. a. 561. b. 709. a. 804. a. T. 6. f. 2. seqq.

b Sleid. L. 1. p. 30. 31.

c Sleid. L. 6. pag. 144. 145.

d Bonus princeps sed qui ἄγελαι ἢ φέρεται τε ὑπὸ τῶν σοφιστῶν. D. Matt. Luth. epist. ad G. Spalat. 1. epist. 150. p. 242.

e Luth. T. 4. Alt. f. 438. b.

f Sleid. L. 6. p. 164. 165.

nis causam molestiam faceſſeret, [a] non tamen ſervavit, & inprimis *Iohanne Electore* mortuo, 1533. acerbius domi in *Lutheranos* inquirere cæpit, juſſo ut omnes paſchate proximo ſymbola & confeſſionis teſſeras ſenatui exhiberent. [b] Eos qui mandato non paruerant, Lutherus epiſtola ſcripta ad conſtantiam, & ut diſcrimen capitis ſubire malint, hortatus eſt. Unde hi ejiciuntur. Georgius autem, quod à Luthero *diaboli apoſtolus* nuncupatus ſit, & ſubditorum inobedientia confirmata, apud Electorem conqueritur. Purgavit ſe Lutherus, & exules ſcripto eſt ſolatus. 1536. *Iohannes Fridericus* Septemvir ad ſocios de perſecutione ea retulit, ſe conſilio & ope juvari deſideran. Viciſſim Georgius 1538. *fœderi Norimbergenſi*, quod *Sacrum* vocabant, nomen dedit. Tandem cum paulo antea defuncto ultimo *C. Leiſnicenſi Hugone*, ditiones Miſniæ accreviſſent, Georgius viduus *Barbaræ Caſimiri R. Polon.* filiæ 1496. ductæ, quæ 1534. deceſſerat, & ex ea etiam filiarum pater *Magdalena*, quæ Joachimo II. Electori Brandeburg. 1524. nupta 1534. deceſſit, & *Chriſtinæ*, 1505. natæ, 1524. Philippo Landgravio nuptæ, & 1549. extinctæ, præter alios immatura ætate defunctos, amiſſis
Ioannes Dux. filiis 1537. JOHANNE [c], & qui ob ſimplicitatem

a Sleid. L. 10. p. 288.
b Sleid. L. 9. p. 235.
c Indolis ..... trahens generoſæ infuſa *Ioannes*
Semina, juſtitiæ ſemper amator erat:

Pactorum-

tatem vix aptus regimini 1539. FRIDERICO [a], (quorum iste *Elisabetham Hassiacam* 1525. hic paulo antea, *Elisabetham Mansfeldiam* *Fridericus Dux.*

Pactorumque tenax, fucos fraudesque perosus,
Ingenuos mores rettulit ille patris.
Candorem ipsius tiro tironis amavit
Carolus, Augusti qui modo sceptra tenet.
Cæsar avus comitem hunc adjunxerat ipse nepoti:
Ergo etiam mores senserat esse bonos.
Sed res humanas fortuna incerta fugaxque
Arcanâ fati vertere lege solet.
Jam regno matura virum sua fecerat ætas:
Imperiumque illi publica vota dabant.
Interdumque levans curarum fasce parentem,
Dicendi juris grande subibat onus:
Jam pater officii nato cessurus honorem,
Optabat meritâ posse quiete frui:
Occidit ille prior florentibus integer annis:
Quæque dolent, genitor fata superstes habet.
Ergo invisa suo solvens funebria nato,
Tecta sub hoc mœstus condidit ossa solo:
Utque illum æternæ digneris munere vitæ,
Assiduis precibus maxime Christe rogat.

Andr. Francus Camit.

[a] Moribus innocuus, præclaro stemmate Princeps,
Qui nivea placidus *simplicitate* fuit:
Illâ luce diem vidit, quâ milite multo
In Phrysios genitor de patria ivit agros.
Uno qui vixit tantummodo mense maritus:
Postque ævi septem lustra, reliquit humum.
Ante patrem moritur: qui nulla prole relictâ,
Post etiam vitam finiit inde suam.
Scilicet ex omni nil cuiquam parte beatum est:
Fata manent juvenes, credite, fata senes.

G. Fabrit. Chemn.

diam 1539. duxerat, sed uterque prole carebat) moriens 1539. fratrem & fratris filios relinquere heredes coactus est. Ea quidem adjecta conditio, ne quid in religione mutaretur, sin, ut ad *Cæsarem* & *Ferdinandum* ditiones devolverentur. Nobilitas vero & populus conditionem juramento confirmare prius negaverunt, quam Henrico communicatæ essent, priusquam vero redirent, qui hoc nomine fuerant missi, extincto Georgio propositum fuit irritum. HENRICUS [a] ille post patrem, cujus

Henricus D.

[a] A patriis *Syrias* terris accessit ad oras:
Hospes & *Hesperium* venit ad usque fretum.
Scilicet ut sanctis Henricus ponere terris,
Pro veteri posset relligione pedem.
Multa solo poterat memorare pericula, duro
Sæpius acta sibi tempore, multa mari.
Evasit *Frisium* patria virtute furorem:
Quum *Franica* rupto fœdere, captus erat.
Nec secus ac patiens illa omnia vicit Ulysses,
Ausu magnanimo, consilioque bono.
Redditus ac patriæ divino numine terræ,
Saxa tenet *montis Neritos* alta tui.
Tum *Fribergensi* sedem sibi collocat arce:
Tranquillusque datæ munera sortis amat.
Hoc condi cæpit *Marianus* principe *collis*:
Laude metalliferis urbs celebrata jugis.
Debita defuncto natus moderamina fratre;
HENRICUS patriæ factus amore parens:
Eximium veræ meruit pietatis honorem:
Quod sanctæ instaurat relligionis opus:
Hospitiumque piis aperit doctoribus, atque
Excipit excelsi dona benigna Dei.

Heroes

cujus *locum tenens* fuerat, in *Frisiis* debellandis frustra fuit occupatus, & in urbe Franekera de vita periclitatus, verum subitaneo ipsius adventu liberatus, ut cum fratre demum jus Austriacis venderet. *Palæstinam* etiam & *Galliciam*

Heroes inter magnos animasque beatas,
Æthereil fulgens sideris instar erit:
Quando sua in sanctis ornabit munera Christus:
Præmia pro meritis digna cuique ferens.
Tempore commissas non longo rexit habenas,
Jam factus multa debilitate senex.
Fribergum sedes fuerat gratissima vivo:
Nunc quoque defuncti corporis illa domus.
Quum prope sex teneri sublati morte nepotes
Præproperâ, tumulis nomen inane tenent.
Hic Mausolei stat mole erecta, nitensque
Marmore, Mauricii splendida tumba Ducis.
Salve sancte senex, cœlestibus addite templis,
Præsenti cernens lumine dive Deum.

Epitaphium ejusdem.

Jactatus variis terraque marique periclis,
HENRICUS patriæ gloria summa suæ:
Filius Alberti, Dux Saxonis inclytus oræ;
Electorque tuus, Dux Friderice, nepos.
Qui Tartessiacum potaverat hospes Iberum,
Jordanisque suum laverat amne caput.
Phrysia cui mortem statuit: quam jure regebat,
Et gladio: patriâ tradita regna manu.
Post ea pacificus vivens, tibi primus apertas,
Christe, suis terris præcipit esse fores:
Hospita quam regum Regi dat tecta benignus,
Submittens uni sceptra suosque DEO.
Nunc inter superos æterno splendet honore,
Salve omni populo commode, sancte senex.

G. Fabrit. Chemn.

Compoſtellam proficiſcens peragravit. Patre mortuo *VVolckenſteinæ* & *Freibergæ* habitavit. Cum frater *Luthero* infenſiſſimus eſſet, ipſe eidem impenſius favit, & non tantum 1538. *Smalcaldico* fœderi nomen dedit, ſed & cum Georgii hereditas ſibi ea conditione à nobilitate & populo offerretur, ſi *religioni Pontificiæ* adhæreret, eam oblationem diabolicæ *Matth.*4,8.9. ſimilem credidit. Nihilominus ditiones, cum Elector & alii Smalcaldici ex propinquo auxilia oſtentarent, facile fuit occupare. Mox *religio purior* introducta, facto per *B. Luthero* à *Lipſia* principio, ubi in Pleiſſenburgo arce ſermonem ſacrum habuit. [a] Deceſſit 1541. Ex *Catharina Megapolitana*, 1512. ducta quæ 1561. deceſſit, ſuſcepit filias *Æmiliam* 1532. Georgio M. Brandeburgico nuptam, quæ 1591. mortua eſt, *Sibyllam* Franciſco D. Saxoniæ infer. 1540. junctam, & *Sidoniam* 1545. Erico D. Brunſuicenſi copulatam, 1575. extinctam. Filii autem præter *Severinum*, qui 1533. undecennis Oeniponte, ubi cũ regiis liberis educabatur, vitam cum morte commutavit, fuere duo MAU-

Mauritius D. RITIUS [b] & AUGUSTUS in tutela agnati Electoris

a Luth. T. 7. Altenb. f. 297. a.

b Nomine *Mauritius* Victoris mole ſub iſta
Conditur, Alberto plus memorandus avo.
Saxonica ambobus de ſtirpe parentibus ortus:
Saxonis oſtendit fortia corda Ducis.
Pannonium Turcæ primùm obvius ivit ad Iſtrum:
Vertit & in turpem Thracia terga fugam.

Qualis

Electoris à patre relicti. *Ille* natus 1521. Cæsari militavit in *Vngaria* adversus *Turcas*, ubi equo confosso cataphractus ministri nobilis *Ioh. Ribisch* vulnera pro ipso excipientis fide, & super-

 venientis

Qualis in arma ferox rueret, bis *Gallia* sensit,
Gallia divitiis nobilis, ampla viris.
Brunsuigum sedat pius absque cruore tumultum:
In vincla ut captas Dux dedit ipse manus.
Cæsaris auspicio tulit *Electoris* honores:
Pax è Germano cum fuit acta solo.
Saxonis urbs, castæ quæ nomen adepta *puellæ*,
Quâ nulla ad ripas fortior, Albi, tuas:
Mauritii, menses bis septem, signa volare
Non trepidè, circum mœnia clausa videt.
Dissipat interea collectos forte latrones,
Albiacis quà se condit *Havelus* aquis.
Liberat ut socerum, posthac capit arma coactus:
Officio potuit plus pietatis amor.
Cepit *Erenburgi* conscenso vertice montem:
Et celer ad *Pontem* pervenit, *Oene*, tuum.
Cæsareas Aquilas ibi vertere terga coegit:
In pulso sed quàm Cæsare mitis erat?
Ejus Cæsareum vicit clementia pectus:
Vincere quum posset, maluit esse pius.
Armaque sumpta feri convertit in agmina *Turcæ*:
De collo pendens Dacia pressa tuo.
Jam pro communi dum vult pugnare salute:
Et patriæ fidam ferre pararet opem:
Nomine Victoris decoratus ab hoste fugato,
Oppetit, impresso Sulphure & igne globo.
Principe de forti, nisi mors, sibi nemo trophæum
Erigit: at mortem vincere nemo potest.
Hic tamen & mortis per Christi vulnera victor,
In supera vitam sede beatus agit.

G. Fabric. Chemn.

venientis Melchioris de Wangenheim ope [a] ſervatus eſt, & in *Belgio* adverſus Gallos, ubi ad Landreſium, & Victorini fanum virtus ejus claruit. Ad *fœdus Smalcaldicum* à patre obligari potuiſſe negans, ab illis partibus ſemper ſe alieniorem exhibuit: unde & pro *Henrico Brunſuicenſi* cum is ſe illis dedere cogeretur, deprecatus eſt. Cum tutore etiam *Iohanne Friderico* ob opidum *VVurzen* res parum à bello abfuit, niſi aliorum interpoſitione transactum fuiſſet. Cum vero *Smalcaldicum* bellum exarſiſſet, Imperiali diplomate, niſi ab aliis occupari domus ditiones, & eandem ob detrectatum imperium expectare pœnam vellet, juſſus, habito ſuorum conventu [b], invadit Johannis Friderici regionem, & auxilio Ungarorum & aliorum Ferdinandi ſtipendiariorum, exceptis *Iſenaco, Gotha* & *VVitteberga*, univerſam fere occupat. [c] Ob hoc non tantum carminibus & libellis proſciſſus eſt, ſed & à Septemviro reduce, poſtquam ordines ſummæ ingratitudinis arguiſſet, bello petitus, cum illis ſua præter *Lipſiam* & *Dresdam* amittit omnia. Inde auxilio miſſus à Cæſare *Albertus M. Brandeburgicus* Rochlicię capitur, *Bohemi* à ſubſidioſe excuſant, ut Sa-

Smalcaldicũ bellum.

a Luth. T. 8. Alt. f. 207. b.

b Sleid. L. 18. p. 547. ſeq. ubi etiam ad Proteſtantes & Landgravium literas exaravit.

c Ratisponæ cum Cæſare ſermones habuerat, quorum argumentum quæ ſecuta ſunt manifeſtare viſa. Sleid. L. 17. p. 517. Conf. Thuan. L. 2. p. 115.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [430] - 394
PUBLIC DOMAIN

ut Saxone plura occupante ſummis in anguſtiis eſſet Mauritius, donec ſuperveniens Cæſar Electorem victum caperet. Ei ergo quæ Electori erepta mox à Carolo addicuntur;[a] ſed ut ſubditorum animos ſibi pariter devinciret, tempore & ſtudio fuit opus.[b] Cum autem ipſe cum Electore Brandeburgico ſocerum *Landgravium*, ut ad Cæſarem veniret, fide ſua interpoſita moviſſet, hoc detento non parum offenſus eſt, & dimiſſionem ejus, ſuum honorem in hoc verti cauſatus, crebrius urſit; ob hoc etiam à *Landgravii* liberis, quibus ſcripto ſe obligaverat, in jus vocatus, ſed à Cæſare abſolutus. Idem Cæſar 1548. eum ſolenniter in comitiis *Auguſtanis inaugurat* de *Electoratu*.[c] Inde *Lipſiæ* ipſius autoritate habitus conventus, ubi de *adiaphoris* decretum, & formula religionis cuſa: ob quam cum errores Pontificii incruſtati introduci viderentur, multæ dein diſſenſiones.[d] Miſſi etiam ab eo ad *Concilium Tridentinum* legati. Hinc à Carolo V. provincia *Magdeburgi*[e] domandi demandata, unde urbem aggreſſus *Heidecum* (quem dein inter ſuos allegit, licet

Elector.

a Sleid. L. 19. p. 582.

b Cum Wittebergam ingrederetur, omnibus eum averſo vultu ſpectantibus, pudore confuſus eſt. Thuan. L. 4. pag. 190. Theologos vero liberaliter & honorifice habuit, ut eos ſibi conciliaret. Sleid. L. 19. p. 582.

c Sleid. L. 20. p. 624. Thuan. L. 5. p. 234.

d Sleid. L. 21. p. 654. 658. 663.

e Sleid. L. 22. p. 688. 704.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [431] - 395
PUBLIC DOMAIN

licet proscriptum [a]) ei auxilio properantem profligat, sed demum cum civibus in conditiones descendit: unde illi in verba Cæsaris Mauritio intermisso jurarunt, huic autem à Theologis libere, quæ superiori tempore acta, exprobrata sunt. Cum frustra fuisset in socero *Landgravio* suis aliorumque principum precibus liberando, liberos istius solatur, multisque promissis animi sui certiores reddit, tandem cum *R. Galliæ*, & aliis Germanis principibus 1551. *fœdus* pangit, [b] & expeditione repentina suscepta, cujus rationes scripto vulgavit, [c] *Augustam* intercipit: ut terrore sparso *Tridentini*, unde jam legati ejus se clam subduxerant, diffugerent patres. Cum mediante Ferdinando primæ actiones de compositione caruissent successu, capta *Erenberga*, ubi tamen à seditione militari periclitatus est, [d] Cæsarem ut *Oeniponte* aufugeret cogit. Ultimo *Passavii*, cum de *gravaminibus imperii* & *religionis pace* esset disceptatum, transigitur. [e] Quædam in dietam imperii capita, regi *Galliæ* peculiaris tractatus servatus. *Mauritius* vero cum exercitu in *Ungariam* adversus Turcas descendit, ubi cum nihil profectum, culpam in *Castaldi* avaritiam Mauritius, ille in hunc rejecit. Post hæc

Expeditio in Cæsarem.

a Thuan. L. 4. p. 198.
b Sleidan. L. 23. pag. 725.
c Sleid. L. 24. p. 753. 760.
d Sleidan. L. 24. p. 766. 767.
e Sleid. L. 24. p. 784.

hæc adversus *Albertum Brandeburgicum*, cum quo eousque vixerat conjunctissime, ei executio demandata, ob quod cum *Henrico Brunsuicensi* & aliis fœdus percussit, & demum una cum *Ferdinando R. Romano* Alberto bellum indixit, qui contumeliosa renunciari curavit.[a] Commissum est 1553. ad *sivershusam* prælium, quo Albertus victus, Mauritius autem vulnus accepit, ex quo cum res prius ordinasset tertio die summa animi tranquillitate, decessit[b]: princeps excelso animo, profundus, gravis, magnificus. Tres scholas eximias *Misnæ* ad Albim, *Grimmæ* ad Muldam, & *Portæ* ad Salam instituit. *Dresdam* & *Lipsiam* munivit. Vide de eo *Thuan.* L. 11. p. 544. 545. Cum ex *Agnete Hassiaca* 1541. ducta filiam haberet *Annam VVilhelmo Nassovio princ. Arausion.* 1561. nuptam, is eam ob mores repudiavit, & ad patruum remisit, in cujus custodia admodum piè 1577. mortua est.[c] Mauritii frater AUGUSTUS[d] natus 1526. pariter sub tutela *Iohan. Friderici* *Augustus Elector.*

a Sleid. L. 25. p. 800.

b *Iacob. Strasburgius* scripsit de beata migratione ex hac vita Mauritii Electoris. Chronosticha illa feruntur.

PannonIas VICtor notVs VIrtVte per Vrbes
MaVrICIVs prInCeps fortIter oCCVbVIt.
MaVrICIVs prInCeps aVgVsto sangVIne CharVs
LethaLI oppetIIt fIXVs ab hoste gLobo.

c Thuan. L. 60. p. 96.

d *Augustus* princeps Septemvir, pacis amator
Roma tuum Augustum nomine reque refert.

Justitia-

Friderici tum in aula *Bohemica*, ubi cum *Maximiliano* amicitia, quæ postea duravit, contracta, adolevit; Cæsari quoque sub fratre in bello *Gallico* & dein Germanico meruit. 1544. cum *administrationem* episcopatus *Mersburgici* suscepisset, per *Georgium principem Anhaltinum* doctrinam veram introduxit. Hinc 1549. ei *successio electoratus*, si frater decederet, destinata in comitiis *Augustanis*.[a] Itaque fratre extincto, ipse ex Dania advolat, & in fidem recipit subditos suam, sed si nulli è suis supererent, *Iohan. Friderici*, (quoad is Cæsari fidelis) aut *Landgravii*.[b] A Johanne Friderico tamen ob Electoratum lis ei intentata, quæ amica transactione *R. Daniæ* studio 1554. diremta.[c] *Anno seq.* solenni conventu *Naumburgico* fœdus hereditarium *Saxonicæ*, *Brandenburgicæ* & *Hassiacæ* domuum renovatum, & *August. Confessionis*

Justitiâque tenens populosam Saxonis oram,
Suscepit fratris frena relicta sui:
Huncque sibi generum Rex prætulit omnibus unum,
Qui tenuit justâ *Danica* sceptra manu.
Nota viri virtus, nota est constantia mentis,
In pietate fides, in pietate labor.
Ergo nec invidiam metuit, nec triste minantes
Excidium regno, Marte latente, suo.
Non vis, aut numerus, *tandem bona causa triumphat*:
Defendente Deo nulla ruina nocet.

Ioan. Major.

a Ejus nomine petente Joh. Hojero C. Mansfeldio, quod Augustus in Dania abesset. Thuan. L. 5. p. 234.
b Thuan. L. 11. p. 546.
c Thuan. L. 13. p. 611.

nis conservatio decreta, resque Cæsari indicata.[d] Eodem cum ipse comparere non posset in *comitiis Augustanis* per legatos *pacem religiosam* ursit, quæ etiam impetrata.[b] 1564. *Naumburgensis* diæcesis ipsi delata, collegio non adversante. 1567. *Gothana* executio, cum sæpius se nullo profectu interposuisset fratribus reconciliandis, à Joanne Friderico autem immissis sicariis insidiæ ei struerentur, ei demandata; ob cujus sumtus quædam præfecturæ detentæ. Inde ejus authoritas semper maxima fuit, ut fere arbitrium rerum in Germania obtineret, & in plurimis negotiis inter arbitros esset. Hinc *Cæsarum amicus necessarius, quam Cæsar, qui cæteris principibus egeret, in imperio esse maluit.*[c] 1579. de Burggraviatu Magdeburgico transegit.[d] *Opes* maximas, cum pace frueretur, & Fribergenses metallifodinæ ubere proventu eum bearent, congessit, quæ post ejus mortem spe ampliores in ærario repertæ sunt,[e] & jam senior *linguæ latinæ* addiscendæ operam impendit.[f] In negotio *religionis*, initio persuasus à *Frideri-* *Res religionis.*

a Sleid. L. 26. p. 839.

b Sleidan. L. 26. p. 836.

c Verba Thuani L. 84. p. 176.

d Vid. Limn. Jur. publ. 3, 10, 17. & Tom. IV. add. ad 4, 4, 406. Hortled. 1, 5, 29. p. 1402.

e Conf. de alio ejus astu: quo ordines aliquoties ingenti pecuniæ vi emunxerit. Thuan. L. 84. pagin. 234.

f Thuan. L. 41. p. 554.

Friderico III. C. Palatino recentiori *Augustanæ Confessionis* editioni in conventu *Naumburgico* 1561. favit, [a] inde 1566. eundem Palatinum ob religionis dissensum ab Evangelicis excludi passus non est. [b] Ejus auspiciis 1568. colloquium *Altenburgicum* habitum, quod monentibus Thuringicis, ejus *Theologis* quædam fermenti Pontificii adhuc adhærerent: sed ab his fraude abruptum. Demum à *Saxonicis*, *VVurtenbergicis*, & *Thuringicis* Ecclesiis simul monitus Augustus de *Crypto-Calvinismo Lipsiensium* & *VVittenbergensium*, majori studio in opus incubuit: unde 1571. eos *Dresdam* evocat, ubi *consensus Dresdensis* editus, sed pro confessione cothurnus. Inde 1574. articuli *Torgenses* propositi, ex quibus deprehenderentur heterodoxi, sed quamvis nec deprehendendis sufficerent, *VVittenbergenses* tamen subscribere detrectarunt. Itaque ob fidem non sinceram, & clandestinam incrustationem Calvinismi captivi Lipsiam ducti. Hic subscripsere demum: sed brevi post plerique dimissi, aut ultro discessere. *Casparus Peucerus* medicus, præcipuus tragœdiæ actor, *Gregorius Cracovius Cancellarius*, & *Iohannes Stœsselius* ob causas graves carceri inclusi. Tandem Elector 1567. concordiæ ut rationes inirentur, *Lichtenbergam* conventum Theologorum indixit, post quem alii *Torgenses*, & postea *Herzbergenses*, *Langensalzenses*, *Smalcal-*

[a] Thuan. L. 28. p. 31. 32.
[b] Thuan. L. 39. pag. 446.

Smalcaldicus, *Iuterbocenſis*, ob eandem cauſam habiti. [a] Inprimis in cænobio *Bergenſi* prope Magdeburgum, à 6. Theologis *Iac. Andreæ*, *Andr. Muſculo*, *Chriſtoph. Cornero*, *Nicol. Selneccero*, *Mart. Chemnitio*, *Davide Chytræo* conſcripta *Formula Concordiæ* 1578. & 1580. publicata, cum ſubſcriptione *trium electorum*, *multorum principum*, *comitum*, *baronum*, *civitatum*, Theologorum. (In toto opere *Georgii Erneſti principis Hennebergici* dexteritas multum præſtitit.) Libro autem Reformati omnibus ſe viribus oppoſuere, ſed fruſtra. Deceſſit Auguſtus 1586. [b] (conf. *Thuan.* L. 41. p. 554. L. 84. p. 176. [c]) ex ſecunda conjuge *Agnete Hedvige Anhaltina*, quæ 1586. ei nupſit, dein Joannis Duc. Holſatiæ uxor 1616. mortua eſt, nullis, ex priori *Anna Danica Chriſtiani III. R. filia* [d] 1548. nuptialem concionem ex Pſalm. cxxiix. habente

Formula Concordiæ.

Cc

[a] Vindicat Electorem ab Hoſpiniano Leonh. Hutter. Conc. Conc. præfat.

[b] Apud *Rittershuſ.*

Saxo gubernavit decies ter enſifer annos,
atque duos, ſeptem & decies tres ſerviit Annæ,
tres decies novemque dies viduus fuit item,
tres decies ſeptemque dies ſponſalia duxit,
tres decies atque octo dies cum uxore ſecunda
vixit, & decies ſexto defloruit anno,
mortuus Elector, ſic tranſit gloria mundi.

[c] Ejus elogium apud Reuſn. *Princeps incomparabilis, imperii columna, flos Europæ, pater patriæ, nutritius & altor Eccleſiæ, Muſarum tutor, religionis purioris vindex, juſtitiæ & juris aſſertor.*

[d] Thuan. L. 5. p. 239.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [437] - 401
PUBLIC DOMAIN

habente Georgio Principe Anhaltino, ducta, quæ 1585. mortua eſt, quam plurimorum liberorum qui plerique in minori ætate deceſſere matre, relictis filiabus tribus *Eliſabetha*, nata 1552. nupta Joanni Caſimiro C. Palat. Rheni 1568. & 1592. mortua, *Dorothea* nata 1563. 1585. Henrico Julio D. Brunſuici nupta, & 1587. in puerperio extincta, atque *Anna* nata 1567. Joanni Caſimiro agnato 1585. elocata & 1613. vivis exemta, ſed unico filio, 1560. in lucem edito, CHRISTIANO I. quem jam olim pater 21. annos natum *Senatui electorali præſidem* præfecerat.[a] Sub hoc cum *Reformati* in aula iterum rerum dominarentur, orthodoxia oppreſſa; dimiſſi *Lyſerus*, *Mylius*, alii ejus propugnatores. A *Iohanne Caſimiro Palatino* ad hanc ſententiam Electorem perſuaſum exiſtimant. Sed diuturnum non fuit electoris regimen, unde cum 1591. moreretur, & alia conſilia, quibus ad majora aſpirare videbatur, & eodem anno *pro Henrici IV. partibus* expeditio in *Galliam*, cui primum ipſe præeſſe conſtituerat, dein *Chriſtianus Anhaltinus* præfectus, inprimis vero quæ in religionis negotio inſtituta fuerant, caruere ſucceſſu. *Dresdam* aliquot ædificiis ſplendidis exornavit, *Kœnigſteinam* arcem munivit, & Chriſtianiburgum à ſuo nomine dici voluit. Illi ex *Sophia Brandenburgica*

a Cum eo reperita unio hereditaria cum Bohemis. Diploma Rudolfi I. ap. Limn. 5, 15, 9.

gica 1582. ducta, quæ 1522. exceſſit, præter filias *Sophiam* 1587. & *Dorotheam* 1591. genitas, quarum illa Franciſco D. Pomeraniæ uxor 1610. 1635. hæc abbatiſſa *Quedlinburgia* 1617. mortua eſt, tres filii nati 1583. CHRISTIANUS II. 1585. JOHANNES GEORGIUS, 1589. AUGUSTUS, qui habitu corporis infirmus, 1615. mortuus eſt, nulla ex *Eliſabetha Brunſuicenſi* 1612. ducta ſobole ſuſcepta. Priores duo Electores fuere. CHRISTIANUS II.[a] tutore *Friderico VVilhelmo Altenburgico* patri ſucceſſit. Reſtituta hujus opera *Auguſtana confeſſio* purior. Ut autem *Nicol. Crellius Cancellarius* mox poſt heri mortem in arce Hohenſtein carceri manciparetur, & poſtquam actio decennium duraſſet, ſæpius viſa & reviſa in aula Cæſarea, ſententia à Rudolpho Cæſare lata, tanquam pacis publicæ turbator, capite truncaretur, non *religio* ſed *facinora* cauſa fuere.[b] Exules è provinciis hereditariis benigne ſuſcepit & fovit. Huic Imperator *Rudolfus* 1610. feudum *Iuliaci*, *Cliviæ* & *Montium* contulit. Sed *ſeq. anno* cum ab haſtiludio fatigatus & ſudore madens hauſtum frigidæ cereviſiæ avidius ſumſiſſet, apoplexia oppreſſus, nulla ex *Hedvvige Danica* Friderici II. Regis

Chriſtianus II. Elect.

a Hujus aulam & mores infami potius ſatyra commaculavit quam deſcripſit Dan. Herem. in itin. German. pag. 318. Ob ebrietatem autem etiam apud omnes alios male audiit.

b Vid. M. Hoë ad Apocal. T. 5. p. 50.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [439] - 403
PUBLIC DOMAIN

filia, ducta 1602. quæ 1641. fatis concessit, prole suscepta, Christianus reliquit fratri JOHANNI GEORGIO, qui dissimulata persona exteras terras inviserat, successionem. Hic *Unioni* aut *Palatino* in *causa Bohemica* accedere constanter negavit, potius ut ad extrema consilia *Bohemi* non prorumperent, sedulo cavere conatus est. Cum frustra id fuisset, conventu *Mulhusino* in Cæsaris partes, accepta securitate nova *Aug. Confessionis* apertè transit. A quo jussus 1620. *Lusatiam*, *Budissina* expugnata, occupat, quæ dein à Cæsare domui concessa. Cum vero in *monte albo* victus Palatinus, Saxoni se *Silesia* dedidit, quo deprecante in gratiam, mediocri multa soluta, recepta est: cum *Iegerndorfio* autem armis agendum fuit. Ex eo non parum offensus Elector, cum Cæsar nihil ejus precibus motus *reformationem* in *Bohemia* urgeret: maxime autem cum *Palatini electoratus* in *Bavarum* transferretur. Serius ad agnoscendum hunc collegam per *Ludovicum Landgravium* permotus est, sed tandem publice assensum in electorali *Sleusingano* conventu testatus. 1626. Paci inter Daniæ regem & Cæsarem faciendæ se obtulit. Alius 1627. ab ipso *Mulhusii* obitus conventus, quo de *gravaminibus Catholicorum ob bonorum ecclesiasticorum restitutionem & Palatini causa* tractatum. *Seq. anno Edicto restitutionis* ab ipso Episcopatus *Misnensis*, *Mersburgius* & *Naumburgius* repetebantur.

Ioannes Georg. Elector.

tur. Cum autem ad conventum imperii rem referendam censeret, ad se spectare Imperator causatus, executionem urget. Accessere novæ cum *Cæsare* lites ob Archiepiscopatum *Magdeburgicum*, filio hujus *Leopoldo VVilhelmo* à Papa donatum: Inde quod circa *Augustam*, reformatione pressam, frustra deprecari se passus esset Cæsar, alia offensio. Jam publicæ ejus cum reliquis imperii ordinibus querelæ, de oneribus publicis; *apologia* etiam per Theologos *Lipsienses* iis opposita, qui ab *Augustana Confessione* nos desciviſſe calumniabantur. 1630. Electoralia comitia *Ratisponæ*, ut ipse interesset vocatus, per legatos tantum obivit, cum aliis ab illo, quod ob exhaustas provincias deessent sumtus, se excusans: Hic questus varii & graves de militum numero, exactionum avaritia, Wallensteinii potentia, sed remedia idonea nulla. Tandem ubi nihil de *edicto restitutionis* ad publicum imperii consilium referendo, obtineri potuit, Elector *status Evangelicos* evocat *Lipsiam*; quo conventu de transactione cum Pontificiis, aut si de rigore Cæsar nihil remitteret, defensione deliberatum, decretumque ut tuendis suis quisque militem scriberet. Id significatum Cæsari, & ipse rogatus, ut *tantam authoritatem pateretur esse, quantam publica Imperii libertas & publica pax permitteret.*[a] *Sueciæ* vero rex literis ad conventum datis, principes

Lipsiensis conventus.

a Brachel. L. 4. p. 186.

in propoſito confirmabat: Neque vero adverſus Cæſarem quidquam audere adhuc Saxo voluit, donec reliquis in ſuperiori Germania à fœdere Lipſienſi jam recedere coactis, *Tillius* in *Miſniam* irrumperet, *Lipſiaque* capta reliquis immineret, ut decreto Lipſienſi nuncium mitteret, eum coacturus: Tum per *Arnheimium* hic cum *Suecis* paciſcitur: & duo exercitus, quibus *Brandeburgici* acceſſere, juncti, urgente & provinciarum ſuarum niſi id faceret perniciem cauſante Electore, cum Cæſareis confligunt ad *Lipſiam*: quo prælio *saxonica* initio acies vacillare viſa, tandem hoſtis ubique victus, *Lipſiaque* recepta. Hinc in *Bohemiam* expeditione ſuſcepta *Leutmeritia*, *Egra* & *Praga* à Saxonicis occupantur. *Budovicium Marradio* defenſore fortiter reſiſtit: & priora quoque irrumpente *Fridlandio anno ſeq.* recuperata, in *Miſniam* huic iter denuo patefecere, in qua cum *Gallaſſio*, *Holca*, *Pappenheimio* graſſaretur. Auxilio vocatus Suecus, cum *Lipſia*, *Hala*, *Friberga* hoſti jam ceſſiſſent, *Luzenſi* prælio hunc iterum profligat. In *Heilbronnenſe fœdus* rege occiſo Saxo, qui hactenus etiam ſeparatum ſuum in Sileſia exercitum contra Cæſareos retinuerat, ut conſentiret, adduci non potuit: quod amicis quam dominis uti Suecis mallet, quin potius ipſo anno 1633. cum *Fridlandio* agere cœpit. Hic præmiſſo *Gallaſſio* & *Holca* irrumpere in Saxoniam ſimulabat, ut *Arnheimius*

mius plerasque copias è *Silesia* vocaret. Inde reliquos ad *Steinaviam* ad deditionem cogit, & *Gœrliciam*, *Goldbergam*, *Lignitium*, *Glogoviam*, *Landsbergam*, *Francofurtum* capit: *Holca Lipsiam*. *Fridlandio* sublato, licet Imperator cum Electore per *Trautmansdorfium* & *Questenbergium* de *pace* ageret, is *Budissinæ*, quæ incendio periit, rudera, *Gœrliciam* & alia in *Silesia* occupat: per Arnheimium autem Cæsareos ad *Lignitium* cædit. Hinc una cum Suecis castra locat ad *Pragam*, sed Ratispona capta, *Lambojus* & *Coloredus Bohemia* hostem exigunt. Post hæc serio de pace actum, *Leutmeritiæ*, *Pirnæ*, demum *Pragæ*: ubi 1635. concluſa est. Hac pace *Bona ecclesiastica* in 40. annos adhuc relicta Evangelicis, *exercitium Religionis* ad formam 1627. 17. Novemb. reductum: Filio Augusto Archiepiscopatus Magdeburgicus permissus, Leopoldo Wilhelmo Halberstadius, Bavaricus Electoratus confirmatus, *Elector* ad recuperationem eorum, quæ Sueci ceperant, auxilia promisit. Antequam vim experiretur, cum *Oxenstierna* & *Banerio* de pace etiam agere maluit: sed *Banerius* eum 1636. hostiliter aggreditur, multaque damna infert: quæ ab *Hazfeldio* Havelberga, Magdeburgo captis, nec non ad Servestam & Tangermundam conflictibus ei redduntur. Inde ad *VVitstochium* Cæsarei & Saxonici, qui fugere rati eum persequi

Pax Pragensis.

volebant, acie victi, [a] apertam *Thuringiam*, *Miſniam*, *Franconiam* Banerio irrumpenti relinquunt. Hic *Erfordia* & *Torga* potitus, anno ſeq. *Lipſiæ* obſidione depellitur: demum adventu *Gallaſſii* Torga quoque cedit: eumque cum Vicethumio Saxonico duce, qui poſtea ad Warnemundam 1638. cecidit, Gallaſſius in *Pomeraniam* usque perſequitur. 1639. nova in *Saxoniam* & *Miſniam Banerii* irruptio, qui tamen à *Fridberga* repulſus. Nec minus 1640. & 1641. bis ex *Bohemia* in *Miſniam* rejectus eſt; *Torſtenſohnius* 1642. in eadem ad *Lipſiam* prælio Imperiales & Electorales copias profligavit, ſed victoriæ fructum *Friberga* obſidione irrita amiſit. Ita *Miſnia* belli theatrum ordinarium videri potuit. Tandem 1645. *inducia* à Suecis ſemeſtres obtentæ, mox in longius protractæ: quibus illi ditionibus Electoris, retenta ſola *Lipſia*, decedere, ipſe imperatorem niſi tribus legionibus equeſtribus traditis non juvare, jubebantur. *Oſnabrugenſis pax* ad extremum 1648. quietem feſſæ provinciæ conceſſit,

Pax Oſnabrug.

[a] Fama tenuit, inter Saxones fuiſſe non paucos, qui armis Cæſareis, animis Suecicis pugnarent, & duplicis per ſe generis auſpiciique exercitus, ut uni duci ad regendum nimius, rurſus ſi duo imperent, ad commune periculum capeſſendum minus concors, dum carptim pugnat, & ſuum quisque momentum ſequitur, diſtractis viribus infirmior ſit una uni hoſti ad reſiſtendum. *Epit. R. Germ.*

ceſſit, & eadem Electori poſſeſſio 4. præfecturarum *Querfort*, *Damm*, *Guterbock* & *Borck* confirmata. Ter *Jubilæum* celebravit, reformationis per Lutherum ſuſceptæ 1617. Auguſtanæ Confeſſionis traditæ 1630. pacis religioſæ 1655. Ultimus electori annus fuit 1656. quo moriens [a] ex conjuge ſecunda (prior *Sibylla Eliſabetha VVirtenbergica* 1604. ducta 1606. improlis deceſſerat.) *Magdalena Sibylla Brandeburgica*, 1607. ducta, quæ 1659. maritum ſecuta eſt, genuit filias 1609. *Sophiam Eleonoram*, 1610. *Mariam Eliſabetham*, 1617. *Magdalenam Sibyllam:* quarum illa 1627. *Georgio Landgrav. Haſſiæ*, iſta 1630. *Friderico Duci Holſatiæ*, hæc 1634. *Chriſtiano principi Daniæ*, & 1652. *Friderico VVilhelmo* agnato nupſere. Hæc 1667. illa 1671. vivis exceſſere: tum filios 1613. *Ioannem Georgium*, 1614. *Auguſtum*, 1615. *Chriſtianum*, 1619. *Mauritium:* Qui omnes hodienum ſuperant. JOHANNES GEORGIUS II. ſucceſſit in electoratu: extincto *Ferdinando III.* geſſit *vicariatum*, & dietam electioni deſtinatam *Francoforti*, ac *comitia Ratisponenſia* per ſe obivit: Tum Imperatorem in Bohemia 1673. convenit, & multa amoris atque honoris ſignificatione habitus eſt. 1671. cum Duce Saxoniæ inferioris *Iulio Franciſco* pactum mutuæ ſucceſſionis inter illam, & Saxonicam ſuam domum inivit. Eccleſia Evangelica

Ioannes Georg. II. Elect.

[a] Nepotes & pronepotes vidit 80.

in Hanoico comitatu non parum ei debet: qui non ſolum 1659. recens ad uſum Evangelicorum in Hanovia urbe conditi templi primum lapidem ponere dignatus eſt, verum etiam poſtea ad transactionem, qua coëxercitium religionis Lutheranæ cum Reformata in comitatu certis conditionibus obtentum eſt, autoritate ſua per legatum *Nicolaum Gersdorfium* plurimum momenti contulit. Alibi etiam afflictos religionis cauſa interceſſione ſua juvare nunquam dedignatus. Uxorem habet *Magdalenam Sibyllam Brandeburgicam* 1638. ductam, ex qua genuit 1644. *Ermutam Sophiam*, 1662. Chriſtiano Erneſto M. Brandeburgico nuptam, & 1670. extinctam, atque 1647. JOHANNEM GEORGIUM, ſucceſſionis Electoralis heredem, qui cum patre Auguſtum in Bohemia convenit 1673. & ex eo aliquas copias defenſioni imperii adverſus Gallos ad Rhenanam ipſe adduxit oram. Sibi junxit conjungem 1662. *Annam Sophiam* f. *Friderici III. Daniæ Regis*, dignam matrem *Ioannis Georgii III.* n. 1668. & *Friderici Auguſti* nati .... Quos avitarum in celeberrimis majoribus virtutum exaſſe aliquando heredes Reſpublica & Eccleſia meritis familiæ obſtricta optat. AUGUSTUS Electoris frater 1624. Coadjutor *Magdeburgius* à Canonicis poſtulatus, & 1628. Archiepiſcopus creatus, atque 1638. introductus eſt. Verum ob dignitatem hanc cum Leopoldo Wilhelmo

Ioan. Georg. pr. Elect.

Auguſtus archiep. Magdeburg.

helmo Auſtriaco contentio fuit. Cæterum pace Pragenſi 1635. & 1648. Oſnabrugenſi eadem ad dies vitæ ipſi confirmata eſt. Unde inter Evangelicos principes primàs de Evangelicorum communi cauſa hactenus bene mereri ſtuduit. Comitatum *Barby* ultimo Comite 1659. defuncto adivit, & titulo adjecit. *Heldrungam* munivit : Gymnaſium Auguſtum *VVeiſſenfelſæ* inſtituit, & ibidem arcem pulcherrimam extruxit. Halis tamen ei ſedes eſt. Ex matrimonio *Annæ Mariæ Megapolitanæ* ductæ 1647. & 1669. defunctæ ſuſcepit 1649. *Joannem Adolfum*, 650. *Auguſtum*, *Chriſtianum* 1652. *Henricum* 1657. *Albertum* 1659. & filias 1648. *Magdalenam Sibyllam*, 1653. *Annam Mariam*, 1654. *Sophiam*, 1656. *Chriſtinam*. Ex his primogenita *Friderico* agnato ex Gothanis nupſit, *Sophia* & *Chriſtina* ſponſæ ſunt, hæc *Auguſti Friderici D. Holſatiæ Epiſcopi Lubecenſis*, & illa *Caroli VVilhelmi princ. Anhaltini*. Ex filiis JOANNES ADOLFUS, maritus eſt *Ioannæ Magdalenæ* agnatæ ex Altenburgicis. AUGUSTUS Præpoſitus Magdeburgicus & Suecorum Colonellus fuit, ſed 1671. præmortuus viduam reliquit *Carolam Haſſiacam*, CHRISTIANUS Dux bellicus imperio inſervit, HENRICUS præpoſitus Magdeburgius poſt fratrem factus eſt. Ex altera conjuge *Ioanna VValpurgi Leiningio VVeſterburgia* 1672. ducta, ſequenti anno *Fridericum* ſuſcepit. Proximus ab Auguſto Electoris

Ioannes Adolf. Dux.

Christianus Dux. Electoris frater est CHRISTIANUS, qui *Mersburgium* Episcopatum, & Lusatiam inferiorem possidet. Ex Ferdinandi Dn. *Bibersteinii* 1667. mortui hereditate, partem Dominii, ut *Forst*, &c. tanquam Dominus feudi recepit. Pietatis studio & œconomicis curis vacat. Filios habet quatuor, ex *Christina Holsato-Glucksburgia* 1650. ducta natos 1653. *Christianum*, 1655. *Augustum*, 165.. ....., & 165..... MAURI-

Mauritius D. TIUS natu minimus prudentiæ & multæ virtutis laude insignis *Naumburgium* Episcopatum tenet, & Citicæ s. *Zeizæ*, ubi *Moritzburg* condidit, habitat: Nuper etiam in militia tuendo Imperio conscripta legionem equestrem circuli Saxonici superioris nomine ducendam suscepit. Prima conjux *Sophia Hedvvigis Holsatica* 1650. ducta sine prole eum 1652. sua morte destituit. Altera *Dorothea Maria* agnata ex Vinariensibus 1656. ducta trium filiorum patrem 1675. reliquit. Nunc hujus in locum successura & desiderium defunctæ, quam matrem omnes subditi colebant, suppletura sponsa expectatur *Sophia Elisabetha Holsata*.

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ WITIKINDEÆ-SAXONICÆ.

Masculos potiores & annos emortuales exhibens.

Conradus M. Misniæ. 1156.

Otto dives Marchio Misniæ 1189. — *Henricus à quo Comit. Wethini.* — *Theodoricus à quo March. Lusatiæ.* — *Fridericus à quo Com. Brenæ.* — *Dedo à quo Com. Rochlicii.*

Albertus superbus Marchio Misn. 1195. — *Theodoricus March. Misn.* 1220.

Henricus Illustr. M. Misn. Landg. Thur. 1287.

Albertus degener March. Misniæ 1315. — *Theodoricus M. Lusat.* 1283. — *Fridericus Clemme.* 1316.

Fridericus admorsus 1326. — *Dicemannus* 1308. — *Ludovicus Apicius* 1299. — *Fridericus Theut.* 1291.

Fridericus gravis 1349.

Sigismund. administ. Mersb. — *Ludovicus Arch. Mog. & Magd.* 1381. — *Fridericus strenuus.* 1380. — *Wilhelmus Cocles* 1407. — *Balthasar Landgr. Th.* 1406.

Fridericus bellicosus El. Dux Sax. 1428. — *Wilhelmus div. march.* 1425. — *Georgius.* 1411. — *Fridericus pacificus* 1440.

Fridericus II. Elect. 1464. — *Placidus Sigismundus Episc. Herbip.* 1457. — *Wilhelmus* 1478.

Ernestus Elector. 1486. — *Albertus animosus* 1500.

Frideric. III. sap. Elect. 1525. — *Ioan. Constans Elect.* 1532. — *Albertus Archiep. Mog.* 1484. — *Ernestus Archiep. Magedeb.* 1513. — *Georgius.* 1539. — *Hen. ricus. Magist. ord. Teut.* 1510.

Ioannes Fridericus Elect. 1554. — *Ioan. Ernestus* 1553. — *Fridenes* 1537. — *Ricus* 1539.

A

Ioannes Fridericus 1595. — Ioannes Wilhelmus 1573. Altenburg. — Ioannes Fridericus 1365. Weimar.

Ioannes Casimirus 1633. — Ioan. Ernestus 1638. — Fridericus Wilhelmus administr. 1602. — Ioannes 1605.

Ioan. Philippus 1639. — Fridericus 1625. — Ioan. Wilhelm. 1632. — Fridericus Wilhelmus 1669.

Fridericus Wilhelmus 1672. Weimar. Gotha.

Ioan. Ernestus 1626. — Friderícus 1622. — Wilhelm. 1662. — Albertus 1644. — Ernestus 1675. — Bernardus 1639.

Ioannes Adolph. Ernestus. — Ioannes Wilhel. Georg. 1668. — Bernardus. — Friderícus. — Albertus. — Bernardus. — Henricus. — Christianus. — Ernestus. — Ioan. Ernestus.

Wilh. Ioan. Erneſt. — Frid. Ioan. Ern. — Ioan. Aug. — .... Georg. VVilh.

Erneſt. Ludov. — Bernardus.

B

Mauritius Elect. 1553. — Auguſtus Elector 1586.

Chriſtianus I. Elector 1591.

Chriſtianus II. El. 1611. — Ioanes Georgius Elect. 1656. — Auguſtus 1615.

Ioan. Georg. II. El. — Auguſtus Arch. Magdeb. — Chriſtianus. — Mauritius

Ioh. Georg. III. — Ioh. Georg. IV. — Ioan. Adolfus. — Chriſtianus. — Henricus. — Albertus. — Chriſtianus. — Auguſtus. — ....

FAMILIA ZOLLERIO-BRANDENBURGICA, IN QUA Electores & Marchiones Brandenburgici, Burggravii Norimbergici, &c. *a*

ELectorum *Brandenburgicorum* hodiernorum Sereniſſimorum gentem ex *Burggraviis Norimbergæ*, hos ex *Zolleriis* comitibus prodiſſe (unde *Principes Zollerani* nunc quoque agnoſcuntur agnati) certum eſt: Horum autem altior origo tenebris involuta. *Columnios* in ſubſidium communis traditio vocat: illos autem nonnemo ex *Guelfis*, [b] & nominatim *Petrum Columnium* (qui ſub *Henrico IV.* Pontificem fugiens condita arce *Zolleria* in *Suevia* confederit,) ex *Bertholdo* fratre *VVelfi II.* deducit: ut ita primi natales in Germania manerent. Certe qui in *Italia* ſunt *Columnii* noſtros ſalutant nunc quoque *agnatos*, & ex eadem

Origo.

An è Columniis.

a *Reiner. Reineccius* ſcripſit origines Brandeburgicas. *Ioannes Cernitius* familiam duobus libris delineavit, priori Electoralem altera Franconicam lineam exhibens. *Ioh. Mart. Rauſchnerus* ob Mariam Eleonoram R. Sueciæ eam integram depinxit. *Wilhelmus Zimmetsheuſer* duabus tabulis eandem deſcripſit. Concinnavit etiam annales Marchiæ *Andreas Angelus* usque ad 1592. Tum *Chriſtoph. Enzelius* Chron. March. vet. Dicitur familia habere expectativam in Ducatus Megapolitanum & Holſatum.

b Præeunte Peucero.

eadem ſtirpe *Martinus V. Papa* publico diplomate Fridericum Electorem hoc nomine compellavit. Alii injuriam genti illuſtriſſimæ illa deductione inferri exiſtimant [a], & erroris fontem in eo quærunt, quod in antiquiorum inſignibus *columna* ob dynaſtiam *Saulgau*, vel columnæ ſpeciem habens *ſceptrum* electoratus ſymbolon, viſu deceperit Romanos, ut ſuam columnam agnoſcere viderentur. Alii à *Taſſilone*, qui à *Gunthero* neſcio quo *Galliæ rege* ortus Caroli M. miles in Suevia manſerit, & per *Danckonem* filium *Zollerios*, per alium *Gotboldum Habſpurgios & Columnios* proſeverit, deducunt.

A Taſſilone Zollerio

Ut vero de *Taſſilonis* majoribus res incerta, ita ipſum *Taſſilonem* plerique jam autorem ſtirpis agnoſcunt: undecumque etiam ortum dicamus: Nam quidam ex *Iſenbardi* filiis, *duodecim Guelfis*, hunc unum agnoſcunt, & comitem *Hachingenſem* appellant. Certè *Danckonem* arcem Zolleranam anno 829. tenuiſſe à certo parum abeſt. [b] Ejus poſteri illa graduum ſerie enume-

a Quisquis à Columniis derivat, alios fallit, poſteritati fucum facit, illuſtriſſimæ genti injuriam, ſe ludibrium. *Rauſcher.*

b Zimmetsheuſer uti à Zolleriis etiam deducit Burggravios, iſtorum tamen originem non altius inveſtigat. Meminit verò duorum *Gotfridorum*, quorum filius memoratur 1158. Tum allegat *Conradum I.* qui certo Comes Zollerenſis, Burggravius Norimbergæ fuerit 1168. Huic filium dat *Fridericum I.* nepotem *Conradum II.* pronepotem *Fridericum II.* cui Eliſabetha Merania uxor fuit.

enumerantur: *Rudolfus* ſub Henrico aucupe, *Otto*, *VVolfgangus*, *Fridericus I.* *Fridericus II.* *Fridericus III.* (alii eum omittunt) *Burcardus*, (cæſus ex partibus *Rudolfi Anticæſaris*, cujus ſororem *Anaſtaſiam* in matrimonio habebat, ad Mersburgum 1080.) *Fridericus IV.* cogn. *Maute*, *Rudolfus II.* frater *Friderici V.*) *Fridericus VI. Comites Zollerani*, à patre in filium transmiſſa ſucceſſione. Ex fratre vero Danckonis *Gotbaldo*, forte non ſine ratione, Comites *Saulgaviæ*, *Sigmaringæ*, *Landenbergæ*, & *Pfullendorfii*, non incelebres & affinitatibus illuſtres, deducuntur. In Danckonis linea, *Fridericus VI. Comes Zolleranus*, modo dictus, *Fridericum* & *Eitelfridericum* filios habuit: Ex quibus hic *Rudolfi Imperatoris* ex ſorore *Eliſabetha*[a] affinis fuit, & *Fridericum* ac *Eitelfridericum* ex ea genuit. Hic *Zollerenſium*, qui in *principum* gradum evecti hodie in *Hechingenſem* & *Sigmaringenſem* lineam diſpeſcuntur, ſator fuit. Ille (FRIDERICUS: aliis etiam *Eitelfridericus* dictus) avunculo, adhuc *Habſpurgi comiti* in bello adverſus *Henricum epiſcopum Baſileenſem* *Fride-ricus.*

fuit. Ita & Limneus antiquiorem credit in familia Burggraviatum fuiſſe, quam à Rudolpho, idque diplomatibus probari ait: ut ita Rudolphus non tam primum contulerit quam confirmarit dignitatem.

a Conveniunt in eo quod Rudolphi ſoror fuerit, ſed eam *Eliſabetham* Henninges & Rauſcher, ac Reuſnerus, *Agnetem* Reineccius, *Martham* Bucelinus, *Clementiam* Zimmertsheuſer vocant.

(datum dein noſtro dirimendi ejus arbitrium 1273.) & jam *Cæſari* in *Bohemico* operam navavit. Eidem primus *Imperatorii axiomatis* nuncius fuerat. Cum *Eberhardus* ex *Vohburgiis* ultimus *Norimbergæ Burggravius* extinctus eſſet, Rudolfus *Burggraviatum* ſeu *Franconiæ ducatum* contulit nepoti. Alia (ut *Berythum*, *Cadesburgi*) ab uxore *Eliſabetha Meraniæ* ultimi Meraniæ ducis & Iſtriæ Marchionis *Ottonis* filia ei obtigere, nec non jus in *Burgundiæ Comitatum*, quod poſtea 1256. & 1269. *Hugoni Cabillonenſi* vendidit, retenta ſola *advocatia Veſontina*, quæ deinceps ſeparatim vendita. Filii Friderici, qui 1290. obiit, fuere CONRADUS, qui dum frater bello, ipſe juri dicundo vacavit: collegium Spaltenſe fundavit 1295. & ex Agnete f. Cratonis C. Hohenloici nullis [a] relictis liberis 1334. deceſſit, FRIDERICUS II. in bello *Ludovici Bavari Imperatoris* contra *Fridericum pulchrum*, illius partes ſecutus eſt, & hunc per miniſtrum Albertum de Mosbach cepit: ob id feudis aliquibus donatus, tandem pacis pararius. Ab *Oetingenſibus*, *Caſtellanis*, *Hohenloicis* & *Heideccanis* plurima emit, inprimis ab Oetingenſibus Onoldsbacum: tum *Iohannem Lucenburgium* in regno *Bohemico* obtinendo juvit. Vivendi finem fecit 1330. Quatuor ex *Margareta* f. *Alberti D. Carinthiæ* ſuſceptis filiis. Ex his *Bertholdus* prius commendator per

Burggravius Norimberg

Fridericus II. Burggr.

[a] Aliqui dant tres filios, equites Marianos.

per Franconicam & Boruſſiam, dein Pontificis beneficio Epiſcopus *Aichſtattenſis* (ubi *Bilibaldi arcem* extruxit) & *Cancellarius Ludovici* & dein *Caroli IV. Imperatorum*, miſſus Avenionem 1355. in reditu Spiræ extinctus eſt. *Fridericus* Epiſcopus *Ratisponæ*, cum Papa Aichſtattenſibus Epiſcopum obtruderet Fridericum Leuchtenbergium, adminiſtravit illam diæceſin, & obiit 1342. ALBERTUS poſt fratrem Joannem præfuit ditionibus. Cum vero pulchritudine ſua plures incenderet fœminas, venatione exerceri maluit. Extinctus eſt 1361. nullis ex *Sophia* f. *Henrici principis* Hennebergæ (cui Smalcaldia dotalis) liberis relictis, ſed JOHANNES ſtemmatis propagator fuit. Hic *Culmbacum*, *Blaſſenburgum*, & alia ab *Orlamundanis* emit, ac *Ludovicum Imper.* in *Italiam* comitatus eſt. Socer *Bertholdus princeps* Hennebergius ejus conjugi *Eliſabethæ* filiæ ſuæ dotem dederat *Heldburgum*, *Hilperhuſam* & *Eisfeldam*: quæ tamen pari modo per filiam *Margaretam* ſ. *Catharinam* dotis nomine translata ad *Balthaſarem Landgraviũ Thuringiæ*. Hoc *Ioanne* qui 1357. extinctus eſt, natus eſt FRIDERICUS (III. ſeu) IV. apud *Carolum IV.* Imper. cui hoſtem *Ludovicum Romanum* conciliavit, non parum gratioſus. Mortalitatem exuit 1394. Bis maritus [a], *Eliſabethæ*, *Friderici M.*

Ioannes Burggr.

Fridericus IV Burggr.

[a] In liberis ex duplici conjugio aſſignandis autores variant. Gevvoldus Ingelburgim ἄπαιδα facit: quod & de Onoldinis MSS. legi.

Miſniæ filiæ, & *Ingelburgis Ludovico Romano Brandeburgico* natæ. Pater autem fuit filiarum, *Eliſabethæ*, quæ cum dote 41000. aureorum Ruperto Palatino, dein Imperatori, nupſit, *Beatricis*, Alberto Auſtriaco cum dote 25000. aur. elocatę, *Margaretæ*, uxoris Hermanni Landgravii Haſſiæ, quæ 1406. obiit, *Catharinæ* abbatiſſæ Hofienſis, *Annæ* abbat. in Himmelscron, defunctæ 1383. *Agnetis* monialis in Curia ſ. Hoff: tum filiorum *Ioannis*, qui pluribus emtis ditiones etiam auxit, ſed 1420. rebus humanis exceſſit, ex *Margareta Caroli IV. Imperatoris* filia nonniſi *Eliſabetha* ſuſcepta, quæ Eberhardo C. Wirtenbergio nupſit, atque, à quo ſtemma propagatum, FRIDERICI ex Burggraviis IV. vel V. ſed inter *Electores* primi.[a] Hic enim *Fridericus*, cum *Sigismundo Imperatori* in bellis *Ungaricis* & *Bohemicis* militaſſet 1411. poſt mortem *Jodoci M. Moraviæ*, *Marchiæ*, quæ oppignorata

Friderícus V. Burggr.

Quando Sigismundus frenaret legibus orbem
Cæſar, & Imperii Rector haberet opes.
Quartus erat Præſes FRIDERICUS *Noridos urbis:*
Gente *Columnea Zolleriaque* ſatus.
Pacis amans ſanctæ: ſed & armis magnus & acer,
Si qua manu forti res peragenda fuit.
Cæſaris hic ſocio tutatus milite partes:
Pannonis afflixit cladibus hoſtis opes.
Pro meritis veteres *Brenni* dono accipit urbes,
Lætaque *Septemvir Marchio* regna tenet.
Carus & acceptus genti, ſic finiit ævi
Pace bona longos, & ſine labe, dies.

Nic. Reuſn.

gnorata prius Wilhelmo Landgravio Thuringię, jam ad Cæsarem redierat, Vicarius ab eo Imperatoris, consensu fratris *VVenceslai*, Budæ constitutus est: Cessurus præfectura, si Imperator 100000. Ungaricos ob sumtus redderet. Demum 1415. *Constantiæ* consensu reliquorum electorum *Elector* & *Marchio* ab eodem creatur; causæ allegatæ, *merita, sumtus facti & Marchiæ hucusque misere periclitatæ tranquillitas.* Conditio adjecta, ut si Imperatori filius nascereturacceptis 400000. Ungar. aut si etiã contingeret Fridericum sine mascula prole decedere, Marchia ad *Sigismundum* & *VVenceslaum* rediret. *Investitura* solennis peracta *Constantiæ* in *Concilio* 1417. mense Aprili. Condidit postea arcem *Coloniæ ad Suevum.* 1427. Hinc mortuo *Alberto Ascanio ultimo Elect. Saxoniæ*, quia uxor filii, ejus soror erat, & ad conservanda Imperii jura, Fridericus *VVittenbergam* & *Electoralem districtum* occupavit. Sed cum pro filio electoralem ipsam dignitatem, quod eousque moris non fuisset ut duos electoratus pater & filius possiderent, ab Imperatore obtinere non potuisset, *Friderico Misnico*, cui ab Imperatore collata *Electoralis dignitas*, reddidit, servata nurui pensione annua. Cum *Pomeranis* etiam illi lites, quibus *Angermundam*, 1420. & 1424. *Primislaviam* Ukkariæ metropolim eripit, hanc iterum amissam altera vice recuperat. Quod ob Marchiam multis sumtibus opus fuisset

Elector Brandeburg.

Norimbergenſibus [a] cum *Burggraviatu arcem*, quam *Chriſtophorus Leininger* exuſſerat, ipſo 1426. bello Huſſitico occupato, 180000. *nemora* duo 60000. aureis vendit, ſervatis tamen aliquibus juribus, feudis quibusdam Eccleſiaſticis & ſecularibus, judicio Burggraviatus provinciali, venationibus, conductu contra urbem & aliis. [b] Illi verò arcem dirutam in domum frumentariam converterunt. Inde *Huſſitarum* bello cum implicaretur, dux *comitiis Norimbergiis* adverſus illos declaratur: illi vero irritati *Marchiam* aliquoties depopulantur, *Francofurto* etiam obſeſſa. Alia parte ob aliquas prætenſiones *Bernhardus D. Saxoniæ in Lauenburg*, *Prigniciam* vaſtat, ſed Fridericus id contraria excurſione, victo Bernhardo & *Erdenoburgo* deſtructo, ulciſcitur. Demum princeps autoritatis, magnanimitatis & prudentiæ multa laude conſpicuus vivendi finem fecit 1440. Plurimorum liberorum ex *Eliſabetha Friderici D. Bavariæ filia* 1443. mortua, pater fuit, *Eliſabethæ* 1418. Ludovico Lignicio Duci nuptæ, & 1450. *Cæciliæ*, (vel apud alios Catharinæ) 1423. Wilhelmo Victorioſo D. Brunſuici elocatæ, *Margaritæ*, quam Genealogi Ludovico gibboſo D. Bavariæ & ſecunda vice Martino C. Waldenfelſio conjugem aſſignant, ſed Limn. ex archivo probat 1423. eam nupſiſſe Alberto Megapolitano

[a] Rittershuſ.

[b] Conf. Limn. Jur. publ. 4, 4, 84.

politano, R. Daniæ & Sueciæ, *Dorotheæ* Henrico D. Megapolitano 1429. junctæ, quæ 1491. mortua est, *Magdalenæ*, Friderici D. Brunsuicensis conjugis 1430. ductæ, 1480. mortuæ, *Barbaræ* quæ Joannem D. Opoliensem maritum habuit, & alterius *Barbaræ*, cui & aliis nonnullis placuit cælibatus. Filii fuere quatuor. Inter quos duo electoratum non gessere: JOANNES (cognomento *Alchymista*, quod ea arte se oblectaverit, quæ faciendo aurum naturam æmulatur, cujus infelix pulvis interdum inter nascentis gaudii initia in fumum abit) quo olim in bello adversus *Christophorum principem Vandaliæ* ad *Prizvvalk*, dein *Pomeranos* recuperandæ *Primislaviæ*, non infeliciter pater usus: dein ei licet primogenito quietem, electoratu in secundum translato, ultima voluntate, insigni ut ipse æstimavit affectus testimonio, legavit. Unde vitam tranquillam in *Voitlandia* transegit: usque ad 1464. quo mortalitatem exuit, genitis ex *Barbara Rudolphi D. Saxoniæ inferioris* filia *Dorothea*, quæ *Christophoro Palatino*, & post eum *Christiano Oldenburgio*, *utriq; Danorum Regi* nupsit & 1471. extincta est, *Elisabetha* Joachimi D. Pomeraniæ, *Barbara* Ludovici Gonzagæ Mantuani ducis, 1473. *Helena* s. *Agnete*, Bogislai s. potius Wratislai X. D. Pomeraniæ 1441. ducta, conjugibus. Et FRIDERICUS *crassus*, quem pater in communionem electoratus majori fratri Friderico dederat

Ioannes Alchymista March.

Fridericus March.

dederat, quo jure ceſſit ſervata ſucceſſionis ſpe, & vitam veteris Marchiæ dominus *Tangermundæ* duxit, atque 1463. finivit, genitis præter *Dorotheam* puellam, filiabus *Magdalena* Eitelfriderici C. Zollerani, ac *Agnete* Georgii princ. Anhaltini conſortibus, ex *Agnete Barnimi D. Pomeraniæ* filia. *Reliqui duo fuere Electores.*

Fridericus II. Elect.

FRIDERICUS [a] cognomento *Ferreus* ſeu cum *ferratis dentibus*, natus 1413. in *Polonia* educabatur diſcendæ linguæ & moribus gentis, deſtinatus regis *Uladislai* ex filia *Hedvvige* gener, & ex conſenſu ordinum ac *Pontificis, Martini V. Columnii*, qui agnatum dixit, favore in regno *ſucceſſor*, niſi maſculi adhuc naſcerentur, ſpe excidit illa, Hedvige maturius extincta. Dein Vladislao mortuo 1446. oblatum regnum, quod *Caſimirus* frater eſſet ſuperſtes, accipere recuſavit. (Pro merito ob id ab Ænea Sylvio, qui dein Pontifex, laudatus.)

Nec

[a] Pacis & armorum ſtudiis & mentis honore
Inclytus & facilis Dux FRIDERICUS erat.
Tam ferro; quàm conſilio certare paratus,
Indomitâ domuit Te *Pomerane*, manu.
Fortis & ingenio ſolers & corde benignus:
Sontibus iratus, ſupplicibusque bonus.
Sed pius inprimis Princeps, reverensque Deorum,
Sincerâ coluit numina ſancta fide.
Conſiliisque bonis labefactam reſtituit rem:
Utilior patriæ, quàm ſibi, ſæpè ſuæ.
Mortuus hic fratri regni commiſit habenas:
Æacidæ nomen cui ſua dextra dedit.

Nic. Reuſn.

Nec non 1468. *Georgii regis Bohemiæ* coronam à *Pontifice* sibi oblatam. *Basileensis Concilii* protector fuit 1434. & à patre moriente, quod bellicosior videretur, elector designatus. Cum *Berlinenses* & *Colonienses* dissiderent, ad ipsum res devoluta, quam composuit, concessum pro *arce* locum accepit, & iterum delinquentes multavit. *Marchiam novam* ante 57. annos 100000. aureis à Jodoco Marchione oppignoratam à *Teutonico ordine* redemit 1455. 1450. depulit *Polonos* & *Lithuanos* obsidentes *Francofurtum*. 1451. Wilhelmo D. Saxoniæ, cum in fratrem Fridericum arma pararet, astitit, sed ad concordiam rem reduxit. Eodem fœdus hereditarium cum Saxonibus pepigit, cui 1457. Hassi accessere. [a] 1461. bellum habuit contra *Georgium R. Bohemiæ* ob *Lusatiam inferiorem*, ab Vladislao rege pridem concessam, quod ita compositum, ut Cotbusio & opidis aliquibus retentis reliqua ad regem redirent. Gravissimum illud fuit, cum 1464. *Ottone D. Stetini* mortuo ex antiquo pacto sibi ducatum assereret, ab Imperatore accepto feudo & insignibus, agnati autem *Ericus* & *VVratislaus* eum occuparent. Itaque Fridericus cum 13. principibus confœderatis *Pomeranos* aggressus multa cepit, & parum à capienda *Stetino* abfuit. Sed *Marchiam* vicissim populati illi. *Casimirus Rex Poloniæ* demum *pacem* inter eos fecit. Haud

[a] Limn. Jur. publ. T. IV. add. ad IV. 8. d. 606.

longe ante obitum in Palæstinam profectus est. Decessit 1471. cum priori anno ad *fratrem Albertum* consensu Imperatoris & Electorum electoralem dignitatem transtulisset, utpote maribus destitutus, & non nisi filiarum ex *Catharina Friderici I. Electoris Saxoniæ* filia pater, *Margaretæ* & *Dorotheæ*, quarum illa 1476. Bogislao X. D. Pomeraniæ (1489. defuncta) hæc Joanni D. Saxoniæ inferioris nupsit. Frater ALBERTUS [a] cognomento *Achilles Germanicus* [b] aliis [c] ob facundiam *Ulysses*, natus 1414. belli-

Albertus Achilles Elect.

[a] Plura suis nemo commisit prælia signis,
plus neque diverso laudis ab hoste tulit
Belliger unde Tuus Germania dictus Achilles,
omnibus invicto nomine terror erat.

G. Sab.

De eo dictum: *In Alberti astutia & fortitudine omnium Germaniæ principum vires contineri.*

Terrarum domitor *Germanicus* orbis *Achilles*
ALBERTUS; bello Marchio magnus eram.
Fervidus ingenio, caput insuperabile pugnis:
Magnorum terror mille, timorque Ducum.
Prussiæ testis erit, sterilisque *Poloniæ* campis,
Et *Bojæ* quondam patria gentis humus:
Præcipuè memori Respublica *Norica* clade
Testis erit, novies milite capta meo.
Quid multis opus est? nemo tot prælia fecit,
Et toties rediit victor ab hoste domum.
Salve Heros, magni sapiens imitator Achilles:
Æternùm vivet nomen in orbe tuum.

Nic. Reusn.

[b] Ita eum vocitavit Paulus II. Papa.
[c] Pius II. Papa.

bellicosus princeps, qui juvenis 1428. *bello Bohemico* sub Cæsare tyrocinia posuit, inde 1429. *Vratislavienſibus* Dux datus adversus *Polonos*. Tum 1444. *Ludovico gibboso* contra patrem, qui eum ob Alberti sororem Margaretam se invito ductam exheredare volebat, astitit, patremque cepit, & *Henrico* ejus patrueli vendidit. Tum 1448. principum 17. auxilio *Norimbergenses*, quibus *superioris Germaniæ civitates* assistebant, aggressus, 8. præliis victor, uno victus est; Demum res composita. [a] In bello *Moguntino* Adolpho *Nassovio* contra *Diethericum Isenburgium*, *Fridericum Palatinum* & *Ludovicum Bavarum* adstitit, 1461. ab Imperatore belli dux constitutus, sed seq. anno ad *Giengam* vincitur. Inde 1470. successor fratris, à *Pomeranis* impetrat, ut *Stetinensem* & *Pomeraniæ* ducatus, cujus insignia & titulos ipse etiam & quæ tenebat loca servabat, à se in feudum acciperent, accedente *Cæsarea confirmatione*. Cum vero *Erico* mortuo filius *Bogislaus* homagium negaret, recruduerat bellum: sed denuo res composita. *Anno seq.* imperialium copiarum ad *Novesium* contra *Carolum Burgundum* dux fuit. Demum 1486. cum jam à decennio filio *Joanni* administrationem electoralem tradidisset, ejusque actiones in Franconia sedens tanquam ex pharo prospectasset, in comitiis

a Conf. Limn. Jur. publ. T. IV. add. ad 4, 8, p. 613. Titulum ducis Franconiæ sumsit, T. IV. ad 3, 3. p. 325.

mitiis, quibus Maximilianus electus est, vita fungitur. Miles fortissimus & *hastiludiorum* quoque peritissimus, nunquam in illis equo dejectus, vel aliquo damno affectus, cum tamen 17. adversarios singulos solis clypeo & galea tectus dejecerit.[a] Autor etiam est 1473. *legum fundamentalium domus, & confraternitatis cum Saxonibus & Hassis.* Emit *Brauneck, Creiling, Erlebach, VVildenberg. Calvaria* ejus *Hailsbronnæ*, ubi sepultus, ostenditur, & in continuo osse nullæ futuræ imo nec vestigia apparent. Bis maritus *Margaretæ Iacobi M. Badensis* filiæ, quam 1445. duxit, 1458. amisit, & *Annæ Friderico II. Electore saxoniæ* natæ, quam 1458. sibi junxit, & quæ 1512. decessit. Ex utraque numerosam sobolem sustulit: Illa mater fuit præter *Ioannem, Ursulæ*, natæ 1450. 1467. Henrico D. Monsterbergio elocatæ, & 1508. mortuæ, *Elisabethæ* natæ 1451. Eberhardi II. Wirtenbergici conjugis 1467. nuptæ, & 1515. seu 1524. defunctæ, & *Margaretæ*, in vitales auras editæ

[a] *Reusneri elogium:* Princeps fortissimus & fortunatissimus, in quo non solum militares artes & imperatoriæ virtutes singulari quadam gratia eluxerunt: sed quem nobilitas quoque generis, corporis proceritas ac venustas & virium robur atque facundia admirabilem ac pene divinum reddidere; *iterum:* Nullus in Germania angulus est, quem non calcavit armatus. Duxit exercitus numerosissimos: hostes prostravit ferociissimos: urbes oppugnavit munitissimas. Pugnam in congressibus prior iniit, prælio ultimus excessit: in opidorum oppugnationibus muros sæpe primus ascendit: monomachiam nunquam detrectavit.

editæ 1453. quæ *abbatiſſa* Curiæ Voitlandiæ 1509. mortem obivit. Hæc peperit (præter immatura ætate raptos.) 1460. *Fridericum*, 1461. *Æmiliam*, 1463. ſ. 1464. *Barbaram*, 1467. *Sibyllam*, 1468. ſ. 1470. *Sigismundum*, 1471. ſ. 1472. *Dorotheam*, 1473. ſ. 1474. *Eliſabetham*, 1478. *Anaſtaſiam*. Ex quibus filiæ *Æmilia* 1478. nupſit Caſpari C. Palatino, *Barbara*, 1472. ſ. 1474. Henrico D. Glogoviæ, quæ *Croſnam* dotalem ſibi, familiæ ſuæ junxit, dein Vladislao R. Bohemiæ deſponſata, ſed non ducta (extincta 1501.) *Sibylla* 1481. Wilhelmo D. Juliacenſi (1510. vel 1511. mortua) *Eliſabetha* 1507. Hermanno C. Hennebergio (1524. defuncta) *Anaſtaſia* 1500. Wilhelmo princ. Hennebergæ (1534. mortua) *Dorothea* autem S. ſepulchri Bambergæ abbatiſſa fuit, & vitam 1529. clauſit. SIGISMUNDUS Maximiliano Imper. inſerviit, & patris teſtamento Voitlandiam accepit, aſt ἄγαμος 1495. deceſſit. Sed ex filiis duo inprimis memorabiles, qui lineas diverſas propagavere *Ioannes* & *Fridericus*: unde *Electoralis* & *Franconica prior* linea.

I. ELECTORALIS.

JOHANNES [a] cognomento à ſtatura *Magnus* *Ioannes Elector.*

[a] Nec tua celari virtus in carmine debet,
O decus, ô regni, *Iane*, columna tui.
Pacis eras medius bellique: Polonus in hoſtem
Pannonicum quando bella cruenta movet:

Aſſuetâ-

Magnus & ab eloquentia *Cicero Germanicus* natus 1455. in aula patrui electoris educatus, illo *Pomeranici belli* causa absente Marchiam quindecennis *administrat.* 1474. Cum *electore* Saxoniæ tres *reges Casimirum Poloniæ*, *Vladislaum Bohemiæ*, & *Matthiam Ungariæ* ob Silesiam inprimis discordes ad *Vratislaviam* sua facundia, adducta aliqua militum manu, ei qui pacem recusaret hostem se professus, [a] componit. Bello dein *Silesio* involutus est, cum 1476. mortuo sororio *Henrico D. Glogovio*, qui conjugi, ipsius sorori, ducatum legaverat, hunc patruelis *Ioannes Dux Sagani* ascito in partes Rege *Ungariæ* sibi vindicaret. Post aliquot clades & pacta res 1482. *Camenicii* composita, ut Electoris sorori *Barbaræ* dotalitio nomine *Crosna* cum vicinis à ducatu avulsa concederentur. 1484. oblatam tutelam urbis Lunæburgi recepit. Elector post patrem, *veterem Marchiam* ob *cervisiarium vectigal* tumultuantem, coercet, & multis privilegiis ob hoc multat. Moritur demum 1499. cum jam diu ob corporis *obesitatem*,

Assuetâque tibi doctæ dulcedine linguæ,
Afflictis rebus fers animosus opem.
Cura tibi semper patriæ fuit una togatæ,
Quæ per te multis floruit aucta bonis.
Cura tibi cultus superûm, legumque bonarum,
Virtutis, fidei, justitiæque fuit.
Quæ tua jam pridem laus cœlo nomina tollit,
Atque Diis superis te facit esse parem.

Nic. Reusn.

a Schickfus, Chron. Sil.

tem, quam aliquoties præsentissimo mortis periculo curare tentaverat, rebus per se agendis parum idoneus esset, nisi quod consiliis adesset suis.[a] Uxorem duxit 1476. Margaretam f. Wilhelmi Ducis Saxoniæ: Unde præter duos filios natæ 1487. *Anna* & 1488. *Ursula*, illa 1500. Friderico I. R. Daniæ, tum adhuc Holsatiæ duci, hæc 1506. Henrico D. Megapolitano nuptæ, quarum illa 1514. hæc 1511. emortualem habuit. Ex filiis ejus minor natu editus 1490. ALBERTUS[b] Canonicus *Trevirensis*, *Albertus El. Mogunt*

a Moriturus filio in mandatis dedit: ut Deum coleret, justitiæ & beneficentiæ studeret, subditos à potentioribus oppressos vindicaret, licentiæ nobilitatis non indulgeret. *Reusn.*

b Nec te carminibus nostris, *Alberte*, tacebo:
Nobile, Præsul, avi nomen adepte tui:
Ipsa gubernatrix caput, & Germania mundi,
Quo nihil excepto Cæsare, majus habet.
Omnis cura tibi magnarum tradita rerum:
Inque tuis humeris grande recumbit onus.
Tu medium pacis de conditionibus offers:
Teutonis annorum dum pavet ora metu.
Dumque Ducum tacitæ fraudes, & operta tumescunt
Bella domi nobis, bella timenda foris:
Et sacra turbatur variis Ecclesia sectis:
Omnia mista quibus fanda nefanda jacent.
Ergo quòd exultant securis publica terris
Otia, suppresso, bellaque Marte silent:
Quodque gravi nondum Germania mota tumultu,
In sua convertit viscera cæde manus:
Se debere tuis meritis, Alberte, fatentur,
Compositæ quotquot commoda pacis amant.

Ne

rensis, dein 1513. *Archiepiscopus Magdeburgensis*, & *Episcopatus Halberstadensis* administrator fuit, postea 1514. inaudito exemplo, ut unus duabus metropolitanis præficeretur, à *Leone X.* etiam ad *archiepiscopatum Moguntinum* post mortem *Vrielis à Gemmingen* promotus, ac 1518. per *Cajetanum* galero *Cardinalitio* donatus. Literatorum patronus fuit singularis, sed religionis Pontificiæ defensor acerrimus. Ejus autoritate & commodo, cum dimidia lucri pars ad ipsum pallii redimendi gratia redundarit, Tezelius emissus indulgentias prædicavit, cui se Lutherus opposuit: unde reformationis opus cæpit. Hac causa ad eum scripsit Lutherus, & ut nomine suo illos improbos nundinatores abuti non pateretur, monuit 1517.[a] Iterum 1520. ei scripsit, ne calumniatoribus suis aures præberet.[b] Hic vero eidem respondit, & à cepto opere dehortatus est.[c] Postea etiam piis viri conatibus Albertus se opposuit, & hac causa viciſſim aliquot scriptis durius

Ne qua sed existat metuendi causa furoris,
Afflictis fidei rebus & affer opem:
Induat ut veterem pietas renovata nitorem:
Quæ modo dissidiis tot labefacta ruit.
Quod si composito, per te sublata tumultu
Schismata turbatæ religionis erunt:
Donec adorabit nomen Germania Christi,
Laudis erit nunquam fama caduca tuæ.

G. Sabinus.

a Vid. literas in T. I. Op. Luth. Altenb. f. 13. b.
b T. I. Alt. f. 345. a. c ibid. f. 349. a.

durius ab illo habitus est. [a] Pacis tamen in illo religionis dissidio ita amans fuit [b], ut cum *Ludovico C. Palatino* credatur unus obstitisse, quo minus ob *religionem* in Germania prius orirentur bella. Ferdinandum etiam & Philippum in gratiam reduxit. Sub eo 1524. *Magdeburgi reformatio* instituta excito *Luthero*, & dein ab hoc misso *Nic. Amsdorfio*. Tandem ipse Albertus 1536. subditis civitatibus & nobilitati in diœcesi Magdeburgensi & Halberstadiensi *liberum religionis exercitium* permisit: & 1545. naturæ concessit. Primogenitus filius *Ioannis* fuerat JOACHIMUS I. natus 1404. cognomento *Nestor*. [c] Princeps doctus & *linguarum* *Ioachimus I. Elect.*

Ee inprimis

a T. 6. Altenb. f. 488. a. 918. a. Ad eundem 1525. scripserat, atque ut ducta uxore archiepiscopatum in principatum converteret hortatus erat. T. 3. Altenb. f. 139. a.

b Conf. Luth. epist. T. 5. Altenb. f. 198. a.

c *Nestoris* es linguæ dulcedine nomen adeptus,
ut tuus Æacidæ nomen *Achillis* avus.

G. Sabin.

Quo laudes, JOACHIME, tuas, quo carmine dicam,
O Pater, ô patriæ cura salusque tuæ?
Tu pacem genti potius, quam bella tueris:
Si qua geris, fines exuis hoste tuos.
Tu purgas latrone vias: Tu legibus urbes,
Tu sanctum munis religione forum.
Tu nostri Princeps es facundissimus ævi:
Ingenii currunt flumina magna tui.
Namque per ingenuas clarum caput exeris artes:
Quælibet eloquio fit bona causa tuo.
Princeps ô quantum decus est sapientis imago:
Eloquio tantum cujus honoris inest.

Nic. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [469] - 433
PUBLIC DOMAIN

inprimis latinæ, *historiæ* & *astrologiæ* peritus, ac ob studia *Francisci Regis Galliæ* & *Leonis Papæ* amicus. Patri mortuo 16. ætatis anno in electoratu, suasu patrui, ad quem alias recidisset administratio, successit, ita explicata *A. B.* quod *minor* 18. *annis electioni non possit interesse*, *non vero quod non succedere.* 1506. *academiam Francofurtensem* (de qua jam pater cogitaverat, & obtinuerat ab *Alexandro VI.* licentiam) ex paterno testamento una cum fratre Alberto introduxit, obtentis *privilegiis* ab *Imperat* & *Julio Papa*, & plerisque *Lipsia* excitis professoribus. 1509. Hamburgenses in tutelam se ei dedere. 1510. Judæos triginta octo cum uno Christiano supplicio affecit, quod hic hostiam sacram vendidisset, illi cultris confodissent. 1517. *Marchiam Novam* à *M. Magistro ordinis Teuton.* quæ cum pacto retrovenditionis Friderico II. tradita fuerat, hæreditariam obtinuit. Sic & postea 1524. morte *VVichmanni* ultimi, *comitatus Rupinensis* ad ipsum ut feudi dominum recidit, & 1528. stabile pactum cum *Pomeranis* initum est, ut *Pomerani à Cæsare investiri non prohibeantur*, *simultanea tamen investitura Brandenburgicis concedatur*, & quoties Pomeraniæ ordines principibus suis homagium præstent, *successio in casum masculorum deficientium* promittatur. *Caroli V.* electionem 1519. cum fratre promovit, dein 1521. in comitiis *VVormatiensibus* audita *confessione Lutheri* eum una cum

Trevi-

Trevirensi ab ea dimovere tentans, *Gamalielis* responso dimissus est, nec parum offensus, ut etiam salvum conductum ei non servandum sentiret, ob quod cum C. Palatino ei contentio fuit.[a] Unde à religione alienior, in *comitiis Augustanis* 1530. gravibus Cæsaris nomine minis Saxones ab ea abstrahere est conatus[b], & cum uxor *Elisabetha Danica Ioannis Regis filia*,[c] 1502. ducta, Evangelium agnovisset, custodiæ mandaturus erat ipsam, nisi ad avunculos *Saxones* confugisset.[d] Parum aberat, ut ob hoc ad arma deveniretur: nec rediit Elisabetha ad mortem usque mariti, quæ 1535. contigit, dein à filio *Ioanne* reducta, *Spandaviæ* reliquam ætatem quæ 1555. terminata egit. Filiæ genitæ 1507. *Anna*, dein 1524. Alberti D. Megapolitani uxor 1567. 1510. *Elisabetha*, 1527. Erico D. Brunsuicensi, & 1546. Popponi princ. Hennebergio nupta, 1558. 1511. *Margareta* 1530.

a Luth. T. 1. Altenb. 734. a.

b Luth. T. 5. Altenb. f. 1116. a. b. Ad eum Lutherus monitorias scripsit. T. 4. Alt. f. 453. a. b.

c Ea mater & avia 70. principum, quibus maxima ex parte superstes fuit. Bojem. vit. Alb. anim.

d Luth. epist. ad W. Linc. T. 2. Epist. p. 375. *Marchionissa aufugit è Berlin, auxilio fratris Regis Daniæ ad nostrum principem, quod Marchio statuerat eam immurare (ut dicitur) propter Eucharistiam utriusq; speciei.* Ap. eundem p. 383. b. 384. legitur adversus Nicol. Minckwitium, qui 1528. Episcopi Lebusiensis opidum & sedem invaserat ac diripuerat (factum hoc Lutherus omnino improbat) à Marchione arma sumta.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [471] - 435
PUBLIC DOMAIN

Georgio D. Pomeraniæ, poſt eum 1543. Joanni princ. Anhaltino juncta, 1543. extinctæ. Filii fuere duo *Ioachimus II.* & *Ioannes*, ille 1505.

Ioannes prudens March. hic 1513. in auras editus. JOHANNES [a], minor natu, *ſtrenuus, ſapiens, prudens, ſeverus, ocu-lus & conſilium Germaniæ* dictus, *Croſnam* tenuit, dein *Cuſtrinum*, 1538. *fœderi Proteſtantium* nomen quidem dederat, ſed *bello Smalcaldico*, cum de religione caviſſet Cæſar, non ab illo tantum recedit, ſed & Cæſari militat (*date Deo quæ Dei ſunt, & Cæſari quæ Cæſaris*, epigraphe fuit vexillorum) cum vero Smalcaldici id incuſarent, publicis ſcriptis reſpondit. [b] Dein eo mediatore multi Smalcaldici pacem quæſivere. In *formulam interimiſticam* conſentire noluit, ſed ob hoc comitiis abire juſſus eſt. [c] Unde poſtea *Magdeburgenſium* parti plus favit, at à fratre abſtractus eſt. Sed in expeditione *Metenſi* Carolo

a Princeps ille *Severus* ore, corde
Princeps at *Sapiens* (utrumque nomen
Geſſit vivus adhuc) piusque Princeps:
Juris Juſtitiæque cultor æquus:
Cultor religionis & patronus:
Tutor maximus omnium piorum:
Pacis magnus amator & quietis:
Paterni eloquii diſertus hæres.
Quum Reſpublica tota luget orba,
Muſarumque cohors & ipſe Phœbus,
Et vatum pia gens amæniorum.

Nic. Reuſn.

b Thuan. L. 2. p. 86. 87. 94.
c Thuan. L. 5. p. 228.

Carolo V. adfuit.[a] Deceſſit 1571. conf. *Thuan.* L. 50. p. 983. attenta familiaris rei cura fratre ſuperior, & morum ſeveritate plurimum commendabilis. Ex conjuge *Catharina* f. *Henrici jun. Brunſuicenſis* 1537. ducta, quæ 1574. exceſſit, cum non niſi filias ſuſcepiſſet (1540. *Eliſabetham*, & 1549. *Catharinam*, quarum illa 1558. Georgio Friderico agnato in Onoldsbach, hæc 1570. item agnato Joachimo Friderico Electori nupſit: illa 1578. hæc 1602. rebus humanis exemtæ) ſed maſculos nullos haberet, hereditas ad nepotem transmiſſa eſt.

JOACHIMUS II. Elector[b] *Alberti patrui* cura in literis à *Funccio* informatus eſt: patrem autem ad omnia fere *comitia* ſecutus, non contemnendam prudentiæ ſupellectilem comparavit. 1532. cum 2000. equitibus adverſus *Ioachimus II. Elect.*

Ee 3 Tur-

a Extimuit lectas ducentem Gallia turmas,
quo te complexus nomine Cæſar amat.

b Quantum Marte ferox, & vinci neſcius armis:
Tantùm pace potens Dux JOACHIMUS erat.
Dux bonus & ſapiens, pietatis cultor & æqui:
Arma domi nunquam, ſed tulit arma foris.
Aſſeruit patriæ cum libertate ſalutem,
Et ſanctam Chriſti, cum pietate, fidem,
Cæſare graſſantes quam contudit auſpice *Turcas*
Victrici ſtatuens pulchra trophæa manu.
Vixit in hoc etiam *facundi* lingua parentis:
Nec latuit virtus ingeniumque Ducis:
Quem referunt Muſæ, quem ſacrant carmina Vatum,
Et ne ſit laudis fama caduca cavent.

Nic. Reuſn.

Turcas profectus & Philippo Palatino junctus, cum Turcicum ducem *Casonum* straviſſet ad *Leopoldsdorf*, ab Imperatore *equeſtri cingulo* donatus eſt. Cum patri mortuo ſucceſſiſſet, licet dehortante *Sigismundo Rege Poloniæ*, *Georgio Duce Saxoniæ* ſocero, & *Alberto Duce Pruſſiæ* ſobrino, *religioni Evangelicæ* nomen dat, [a] & 1539. *Spandaviæ* primum cum ſuis communioni ſacræ intereſt. 1545. ordinationem Eccleſiaſticam publicavit, Georgio Bucholcero autore.[b] Coloniæ etiam palatium inſtruxit, & judicium Cameræ inſtauravit. Poſtea 1542. *Spiræ* dux *imperialis exercitus adverſus Turcas* declaratus eſt. Nihil tamen fere actum, quod omnia vel ſero vel plane non ſubmitterentur: creditumque eſt, moram in Joachimi invidiam factam. *Iovius* autem eum ut *vecordem, intempeſtivis conviviis deditum & nullius animi virum* ob eam expeditionem traduxit. Refutarunt hoc *G. Sabinus* & *Nic. Leitinger*. [c] Servavit tamen ditiones Ferdinandi à Turcica impreſſione. 1546. *Bello Smalcaldico* Cæſaris partes ſecutus, nihilominus *reconciliationi Saxonis & Heſſi* poſtea ſtuduit, ob commiſſam fallaciam in voculis einig & ewig / parum abeſt in *Cardi-*

a Ei ſcripſit B. Lutherus T. 8. Alt. f. 999. a.

b Eam contraxit 1600. & quibusdam locis explicavit, atque ſub nomine Fürſtliche Inſtruction der Prediger/ edidit Steph. Prætorius.

c Si tamen vera ſcripſit Hub. Thom. Leod. in vita Frid. II. Palat. non omnino excuſatus fuiſſet.

Cardinalem Granvellanum manu vindicaturus, nisi impediviſſent alii. In *negotio interimiſtico* obtinuit à Cæſare confirmationem propriæ apud ſuos paulo ante promulgatæ conſtitutionis, neque aliquid in puriori religione immutavit. 1550. una cum *Mauritio Saxone Magdeburgi* obſidioni interfuit: ab iis antea læſus. Non minus tamen poſtea *Mauritiano* in Cæſarem *bello* non refragatus, fidem ſuam liberari deſiderabat; *Albertum* vero ſobrinum ab ulterioribus turbis dehortatus. 1555. illo autore Naumburgi confirmatum *confraternitatis* fœdus inter Saxones, Brandeburgicos & Haſſos. Tum Spandaviam munivit. Quæ in *Concilio Tridentino* acta, vide ap. *Thuan.* L. 7. p. 380. Cæterum cum hactenus *Croſnæ* ducatum *hypothecario* tantum *titulo* poſſediſſent, eum ab *Imperatore Ferdinando* transactione obtinuit jure pleno habendum, & 1569. à *Rege Poloniæ Sigismundo Auguſto*[a], ſi agnati in *Boruſſia* ſine heredibus extinguerentur, illam ſucceſſionem. *Francofurtenſem* academiam ornavit & reditibus auxit 1539. Deceſſit 1571.[b] (conf. Thuan. L. 50. p. 983.) accepto à *Lippoldo Judæo* toxico, cum eum à periculoſa cura paulo ante frater eſſet

a Quibus artibus id factum ſit, conqueritur autor cenſuræ candid. ſceptr. Polon. c. 4. a. & ſeq.

b Elogium Reuſneri: *Princeps ſincerioris religionis & pacis ſtudioſiſſimus: vitæ morumq; probitate laudatiſſimus, juſtitiæ, ſapientiæ, aliarumq; maximarum virtutum fama juxta clariſſimus.*

dehortatus. Dicitur vero ab aliquibus, multas res secreta impulsione prænoviſſe, inprimis ſuorum mortes.[a] Eum *natura*, Joannem fratrem *arte eloquentes* fuiſſe perhibent[b] aliqui. Olim ſponſus Caroli V. ſororis, quam ei avus Imperator deſpondit, eâ 1519. ante nubiles annos extinctâ fruſtra fuit.[c] Sed poſtea bis maritus, ex Magdalena Georgii D. Saxoniæ filia, quæ 1524. ducta, 1534. difficili partu filioli *Pauli* extincta eſt, 1525. *Ioannem Georgium* ſucceſſorem, 1527. *Barbaram*, 1545. Georgio D. Lignicio nuptam & 1593. mortuam, 1530. *Fridericum*: Ex *Hedvige* f. *Sigismundi R. Poloniæ*, in thorum adſcita 1535. & 1573. defuncta, 1538. *Sigismundum*, 1537. *Eliſabetham Magdalenam* 1559. Franciſco Ottoni D. Brunſuico-Lunæb. ſociatam, & 1595. vivis exemtam, 1540. *Hedvigem*, 1560. Julio D. Brunſuici elocatam, 1602. extinctam, & 1541. *Sophiam* 1561. Wilhelmo Dn. Roſenbergio junctam & 1564. mortuam, ſuſcepit. Ex his FRIDERICUS coadjutor *Magdeburgenſis* fuit 1547. Inde *Epiſcopus Havelbergenſis*, demum *Archiepiſcopus Magdeburgenſis* 1551. & *Epiſcopus Halberſtadienſis* 1552. factus.[d] Ob eum in admiſſione *Concilii Tridenti*

Fridericus Arch. Magd.

a Allegantur exempla Philippi Haſſi, Alberti Boruſſi, Henrici Brunſuigii, Georgii Saxonis.

b Judicium *Abd. Prætorii*.

c Ita proditum legi, ſed nullam talem Auſtriacæ tabulæ agnoſcunt.

d Thuan. L. 4. p. 191.

Tridentini patrem promtiorem se præbuisse dicitur: Vita excessit 1552. venenum accepisse creditus,[a] nondum redemto *pallio*, quod tum 30000. aureorum vendebatur. SIGISMUNDUS[b] *doctorum* summus fuit patronus. Fratri autem in *Magdeburgensi* & *Halberstadiensi* sedibus 1553. suffectus, ritus Pontificios antiquavit, & diœcesin per viros pios visitari curavit: maturè tamen, cum reformationem insigniorem meditaretur, 1566. extinctus.[c] Ita rexit, ut subditis gratus, vicinis honoratus esset.[d] His major JOHANNES GEORGIUS[e] in

Sigismund. Archiep. Magdeb.

Ioannes Georg. Elector.

 juven-

a Thuan. L. 7. p. 380.

b Quanta Sigismundi gravitas, sapientia, virtus,
Quem coluit Regem Sarmatis ora, fuit:
Tanta tibi gravitas, illius tanta nepoti
Virtus, tamque sagax contigit ingenium.
Quin eadem facies, habitusque simillimus oris,
Inque tuo validum corpore robur inest.
Indole sic animi, sic fausto nominis illum
Omine, sic oculis, sic gravitate refers.

G. Sab.

c Thuan. L. 38. p. 431.

d Testimonium Reusneri.

e Te tua jampridem sublimem gloria cœlo
tollit in Eois Hesperiisque plagis.
Quod superum cultus & jura sacrata tueris,
sævaque sub miti supprimis arma toga.
Tamque bonis studiis, quam moribus excolis urbes:
collapsæque juvas religionis opus. *N. Reusn.*

Cum eum pater Joachimus B. Luthero ostendisset, ut judicium de ipso ferret, hic ita respondit:
Lucet in aspectu pietas intrinseca, virtus
Scribitur in vultu, gravitas in imagine fulget.

juventute Cæsari in *bello Smalcaldico* militavit, ad *VVittebergam* equestri cingulo donatus. *a* Quamvis autem arcem *Zechlin* pater, ubi familiam instituerat, concesserit, *Philippo* R. *Hispano*, à quo *consiliarius bellicus* ascitus, & dein Impp. *Ferdinando* ac *Maximiliano II.* operam suam togatam & sagatam obtulit, & addixit. Inde patri & patruo 1571. successit, paternæque mortis ultioni 1572. sumto à *Lippoldo* venefico supplicio, *Iudæos* Marchia eiecit. In imperii negotiis procurandis cum *Augusto Electore* inprimis ad 30. annos conjunctissime vixit, & communibus consiliis usus est. Variorum etiam principum tutor fuit, *Megapolitanorum*, *Anhaltinorum*, *Saxonum* filiorum Christiani I. additus administratori *Friderico VVilhelmo*. 1578. controversiis Regis Poloniæ & urbis Gedanensis se interposuit cum Augusto Saxone. Tum & admissus est ad contactum vexilli *Borussici*, cum agnato Georgio Friderico. 1587. fœdus renovatum Naumburgi cum Saxonica & Hassiaca domo. 1575. Dominia Starcovense & Beskovense, quæ patruus aliquandiu pignori possederat, obtinuit. Ejus quoque circa *religionis puritatem* egregia cura; publica autoritate *B. Lutheri* scripta Ecclesiis suis commendavit, *b* *Formulam Concordiæ* procuravit & subscripsit, pro libertate autem religionis

a Thuan. L. 4. p. 173. 177.
b Chemnit. Exam. Conc. Trid. Ep. dedic. P. 3.

gionis *Colonienſibus* impetranda & *Gebhardi Truckſeſſii* cauſa fruſtra laboravit. Cum aliis etiam 1591. auxilia *Henrico IV.* in Galliam adverſus Ligiſtas mitti decrevit. Mortem obiit 1598. anno qui multis & doctis & illuſtribus fatalis. Thuan. L. 120. pag. 513. Cæterum hic *communis pater* eſt omnium hodie ex gente Brandeburgica ſuperſtitum. E tribus conjugibus, prima unum, ſecunda decem, tertia 18. quorum tamen 7. non aſpexere vivi lucem, ſuſcepit liberos. Prima *Sophia filia Friderici D. Lignicii*, ducta 1545. 1546. nono die ex quo filiolus *Ioachimus Fridericus* extractus eſſet extincta eſt. Ex altera *Sabina* agnata, ducta 1548. quæ 1575. deceſſit, non niſi tres filiæ ſuperfuere, natæ *Ertmudis* 1561. *Anna Maria* 1567. *Sophia* 1568. quarum illa 1577. Joanni Friderico D. Pomeraniæ, iſta 1582. Barnimo Pomeraniæ duci, hæc 1582. Chriſtiano I. Electori Saxoniæ nupſere, & mortuæ ſunt annis 1628. 1618. 1622. Ex tertia *Eliſabetha* f. *Ioachimi Erneſti princ. Anhaltini*, ducta 1577. extincta 1607. ſuſceptæ ſunt filiæ, 1582. *Magdalena*, Ludovico Landgravio Haſſiæ 1598. nupta, 1616. defuncta, 1584. *Agnes*, 1604. Philippo Julio D. Pomeraniæ, & hoc mortuo Franciſco Carolo D. Saxon. inf. ſociata, 1629. mortua, 1589. *Eliſabetha Sophia*, 1613. Jano ſ. Januſſio Razivillio duci Birzæ, & 1628. Julio Henrico D. Saxoniæ inferioris copulata, ſequenti mortua,

Liberi.

tua, 1590. *Dorothea Sibylla* 1610. Joanni Chriſtiano D. Ligniicio juncta uxor & 1625. fatis rapta. Tum præter duos filios *Chriſtianum* 1581. & *Ioachimum Erneſtum* 1583. natos, linearum novarum ſatores, quinque alios ex eadem tertia conjuge genuit: qui fuere FRIDERICUS natus 1588. cum in collegio Illuſtri *Tubingæ* vixiſſet, inde ordinis S. *Ioannis per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam & Vandaliam* 1610. *Magiſter* creatus, & ſeq. mortuus eſt. GEORGIUS ALBERTUS natus 1591. idem *magiſterium* accepit 1614. ſed anno ſeq. extinctus. SIGISMUNDUS natus 1592. ſub *Spinola* in Belgio copias duxit, & 1640. extinctus eſt. JOHANNES 1597. natus *Spinolæ* etiam militavit, & poſtea ſub *Fridlandio* tribunus legionis fuit, ſed 1627. bello contra Danos mortuus. JOHANNES GEORGIUS poſthumus, editus 1598. atque ita quod rariſſimi exempli eſt, 52. annis primogenito fratre ſuo minor, *junior* reſpectu nepotis ſui dictus, locumtenens fuit in fratris Joannis legione, & 1637. vitæ finem attigit.

I. LINEA ELECTORALIS.

Ioach. Fridericus Elector. JOACHIMUS FRIDERICUS utero materno ſemivivus extractus. 1553. poſt patruum Fridericum Epiſcopus *Havelbergenſis*, inde 1555. *Lebuſienſis*, tum 1566. [a] *Archiepiſcopus Magdeburgenſis*

[a] Thuan. L. 38. p. 431.

burgenſis factus eſt, conſenſu Imperatoris, cui 1565. in Ungaria militaverat. Hic autem templum cathedrale, & dein monaſteria reformavit. Cum vero ab Imperatore ob matrimonium, Canonicorum conſenſu contractum, differrentur regalia Archiepiſcopatus ei conferenda, in poſſeſſione nihilominus manſit.[a] Aliquoties tamen in cauſa archiepiſcopatus hujus in *comitiis* 1576. 1582. decertandum fuit cum Pontificiis.[b] Urbs vero *Magdeburgum* dedita eum recepit 1579. Cum eadem 1585. controverſia de *jurisdictione* Eccleſiaſticâ & *civili* orta, ſed duorum Electorum Brandenburgici & Saxonis interventu dirempta. Varia hinc negotia in *Iuliacenſi*, *Boruſſica* & *Argentinenſi* cauſa eum exercuere, ob quæ multa itinera fuere ſuſcipienda. In valle Joachimia gymnaſium erexit de ſuo nomine Joachimicum dictum, in quo liberali ſumtu 120. diſcipuli alerentur. Demum 1598 patri ſuccedit *in electoratu*, & 1603. agnato *Georgio Friderico* mortuo cum fratribus tranſigit ob *Franconiam*, *Iegerndorfenſem* ſeu *Carnovium* principatum ab illo ſibi donatum occupat, & biennio poſt *curatelam Ducis Boruſſiæ* mente infirmi obtinet à Polonis. In *Polonia* autem ejus legati à *Rocoſſanis* ſeditioſis indigne habiti: Demum cum paulo antea, qui olim *Formulæ Concordiæ* ſubſcripſerat, in templo cathe-

a Thuan. L. 47. p. 801.

b Ob hanc cauſam omiſſæ reviſiones Cameræ. Limn. Jur. publ. 9, 2, 398.

cathedrali *Coloniæ* aliquas *ceremonias*, concionem habente *Pelargo*, curaſſet aboleri, moritur 1608. apoplexia. Eum ex ſorore *Anna* affinem *rex Poloniæ Sigismundus* & *proregem Sueciæ* adverſus *Carolum D. Sudermanniæ* deſtinaverat.[a] Maluit autem Joachimus Fridericus Sigismundi & Caroli reconciliationi ſtudere, ſi obtineri potuiſſet. Uxores duas duxit agnatas, *Catharinam* Joannis patrui magni filiam 1570. & *Eleonoram* Alberti Friderici D. Boruſſiæ filiam 1603. amiſitque illam 1602. hanc 1607. Hæc mater fuit *Mariæ Eleonoræ* 1607. natæ 1630. Ludovico Philippo C. Palatino nuptæ, & 1675. extinctæ. Illa enixa eſt filias 1575. *Annam Catharinam*, elocatam 1597. Chriſtiano IV. Daniæ regi & 1612. extinctam, atque 1584. *Barbaram Sophiam*, Joanni Friderico D. Wirtenbergiæ 1609. ductam, 1636. mortuam: filiosque 1572. *Ioannem Sigismundum*, 1577. *Ioannem Georgium*, 1580. *Auguſtum*, 1582. *Albertum Fridericum*, 1583. *Ioachimum* & *Erneſtum* gemellos, 1587. *Chriſtianum VVilhelmum*. Ex his duo primi novas lineas dedere. Tertius, quartus, quintus & ſextus ἄγαμοι deceſſere 1601. 1600. 1600. 1613. Minimus CHRISTIANUS WILHELMUS, poſt patrem 1598. *adminiſtrator Magdeburgenſis* factus: Sed quod bello *Danico* arma contra Cæſarem geſſiſſet, *proſcriptus* eſt 1628. & à ſuis deſertus. Itaque ad externos

Chriſtianus Wilhel. admin. Magd.

[a] Thuan. L. 118. p. 727.

ternos principes, & demum *Regem Suecia* 1630. profectus auxilium implorat, & *Magdeburgum* redit. In expugnatione vero urbis *anno sequenti* glande plumbea sinistrum crus trajectus, & capite graviter contuso in potestatem *Pappenheimii* venit. Anno 1632. ad *religionem Pontificiam* in captivitate seductus est, nec professus tantum, verum etiam suo sub nomine speculum veritatis, cui nostrates *Casp. Erasmus Brochmannus* & *Melch. Nicolai* scripta opposuere, evulgari passus. Ipsi in *Pace Pragensi* 1635. ab *Augusto Saxone Archiepiscopo Magdeburgio* annua 12000. Imperialium Cæsar pactus est; in *Osnabrugensi* vero loco illorum cænobium & præfectura *Zina* & *Loburg* substituta. Extinctus est 1665. Ex duabus posterioribus uxoribus *Barbara Eusebia* f. *Iaroslai C. de Martiniz* 1650. ducta & 1657. mortua, atq; .... C. Salmensi Neoburgia, nullam prolem suscepit: ex prima autem *Dorothea* f. *Henrici Iulii D. Brunsuicensis* 1615. ducta, 1649. extincta, filiam genuit 1616. *Sophiam Elisabetham*, quæ elocata 1638. Friderico Wilhelmo D. Saxoniæ, multo relicto sui desiderio 1650. vita excessit.

LINEA I. ELECTORALIS.

JOHANNES SIGISMUNDUS *a* etiam *Ioannes Ioachimi Friderici* filius 1572. cum exorta nova *Sigism. Elect.*

a De eo, pro more suo, sequius Dan. Herem. in itin. p. 323.

nova ſtella natus, ab avo educatus, dein cum fratre *Iohanne Georgio* miſſus 1588. *Argentinam*. Poſt avi mortem *Zechlinienſem* præfecturam accepit. 1602. juri ſuo ſervando in *Boruſſiam* profectus, cum Regiomontium peſte infectum eſſet, ordinum conventui in *Hetligenpeil* interfuit. Inde 1603. cum patruis ob ditiones *Franconicas*, patre conſentiente, tranſigit. In itinere *Boruſſico* erat 1608. cum patris mortem diſceret, unde vicarium dicit *Adamum Gans B. de Putliz*, & præter ſucceſſionem Electoratus, etiam *curatelam Boruſſicam* obtinet. 1609. mortuo Joanne Wilhelmo duce Juliaci, Cliviæ & Montium, poſſeſſionem illarum *ditionum*, quas à conjuge *Anna filia Alberti Friderici Brandenburgici D. Boruſſiæ* & *Mariæ Eleonoræ Duciſſæ Iuliacenſis* ſibi vindicabat, apprehendit. Pluribus tamen obintentibus, in quibus fere potentior Palatinus Neoburgicus. Eodem adhuc anno prima pacta *Tremoniæ* inita, Landgravio Mauritio mediatore: ut utrique parti ſuo ſervato jure, amice inter ſe Brandeburgicus & Palatinus agerent, & publico una conſulerent bono. Sed 1612. ad arma deventum, Palatino faventibus Hiſpanis, Brandeburgico, qui 1610. unioni acceſſerat, Batavis. Inde 1614. *Xantenſi* tractatu plurium principum interventu decreta æqualis ditionum inter duas partes diviſio. Sed ne ſic quidem concordia obtineri potuit plena. 1611. feudum *Boruſſicum* Warzoviæ

Warzoviæ accepit, sed legibus [a] durioribus circumscriptum, quibus ad successionem non nisi ipse & fratres, quiq; ex his nascerentur admittebantur, nec non ut tributum 30000. florenorum annuum, & quoties in regni comitiis agraria contributio indiceretur, penderet ærario regni, & causarum provocatio ad regem institueretur. *Comitia Ratisponensia* 1613. per legatos obita, ut & *electiva dieta*, quibus Matthias & Ferdinandus electi. Inde 1614. accedens *Calvinianis*, in doctrina & ceremoniis *reformationem* instituit, facto initio à templo *SS. Trinitatis Coloniæ*, vulgata etiam *confessionis formula*. Demum cum 1617. alterum seculum Electoralis dignitatis in sua familia continuatæ celebrasset (*Iohann SIgMVnD ChVrfVrst*) aliquandiu etiam ex apoplexia paralyticus decubuisset, tradidit filio paucis ante obitum septimanis electoratum 1619. Filias suscepit tres 1598. *Annam Sophiam*, Friderici Ulrici D. Brunsuicensis uxorem, ductam 1614. quæ deinceps diu vidua, 1599. *Mariam Eleonoram*, Gustavo Adolpho R. Sueciæ nuptam 1620. (principi Poloniæ prius desponsata fuerat) & 1655. defunctam, 1602. *Catharinam*, 1626. Bethleno Gabori principi Transsylvaniæ, & 1639. Francisco Carolo D. Saxoniæ inferioris conjunctam, quæ 1649. decessit. Filii duo adolevere *Ioachimus Sigismundus* minor natu, editus 1603. *Magister*

[a] Apud Rittershus.

Georg. Wilhel. Elector. *ordinis Ioannitici* qui obiit 1625. & ſucceſſor GEORGIUS WILHELMUS natus 1595.[a] 1613. in *Juliacenſem* Ducatum à patre adminiſtrator miſſus eſt, & à vivo adhuc 1619. *electoratum* accepit. 1621. *Inveſtituram Boruſſicam* à Polonis obtinuit. In *cauſa Palatina* affini favit, eumque è *Bohemia* profugum excepit, & ad *Batavos* dimiſit. In *translationem* etiam *electoratus* ad Bavarum, non niſi 1627. conſenſit, quo & Cæſari in *Danico Bello* tranſitum & annonam permiſit. Anno 1628. *edicto reſtitutionis* ab eo Epiſcopatus *Brandenburgenſis, Havelbergenſis* & *Libuſienſis* repetiti. Anno ſeq. cum hactenus bello inter utramque partem, auxiliaribus iſthinc Hiſpanis hinc Batavis, in Juliacenſibus ditionibus actum fuiſſet, nova pacta Duſſeldorpii inita inter Brandeburgicum (cujus legatus Adamus C. Schvvarzebergius Magiſter Ord. Joannitici, apud Electorem gratioſus) & Palatinum. Ea in 25. annos inita erant, niſi interim de tota re conveniretur, & de diviſione provinciarum ſtatutum. Cum vero ob electionem inter partes novæ orirentur difficultates, 1630. mediantibus Batavis ita conventum, ut Elector

a De eo adhuc juvene præter morem ſuum bene Dan. Herem. itin. p. 323. *Venuſtiſſima forma eſt, cui moribus quoque cultis mire lenocinatur, multa de ſe etſi immatura adhuc ætate promittit luculenta amaniſſimi ingenii ſigna, quæ niſi otio attererentur Germaniæ delicias eum gentiles inter Auguſtos haud dubio ſucceſſu augurarentur.*

Elector his 25. annis ducatum Clivensem & comitatum Marcanum totos, Palatinus Juliacensem & Bergersem ducatus cum Dominio Ravenstein & Brekesant possiderent, Ravenspergius comitatus communis esset. Tum præsidia paucis exceptis deducta sunt. Cum eodem anno 1629. *inducia* inter *Suecos* & *Polonos* fierent, ei sequestro tradita, *Mariaburgum*, *Stuma* & *Haupt*, quæ in altera earum prolongatione 1635. restituit. 1630. ad *Ratisponensem conventum*. spoliatis provinciis defectum sumtuum causatus, venire negavit. Sequenti vero *Lipsiensem* obivit. Eodemque *regi Sueciæ*, ut *Magdeburgum* liberaret, initio *Spandaviam* tantum concessit: mox repetiit. Tandem ad partes Suecicas, cum ante ipsum *Berolinum* vim Rex ostentasset, traductus, quæ gerendo bello necessaria essent, Suecis promisit; Quin & paulo ante *Lipsiense prælium* copias suas cum Saxonicis Suecico exercitui passus jungi, ipse vero ad sua digressus est. 1635. *Pax Pragensis* si eam probasset, quod dein factum, Pomeranicam investituram illi promisit. Tandem 1640. vivendi finem fecit, è conjuge *Elisabetha Carola Friderici IV. Electoris Palatini* filia 1616. ducta, quæ 1660. mortua est, filiabus *Luisa Carola*, quæ 1617. nata, Jacobo Curlandiæ Duci 1646. nupsit, & *Hedvvige Sophia* 1623. edita, 1649. Wilhelmo Landgravio Hassiæ sociata, sed unico relicto filio, qui est FRIDERICUS WILHELMUS *Frider. Wilhel. Elect.*

HELMUS modernus Elector, natus 1620. In *Juliacensi* causa sub eo 1644. nova orta dissidia, cumque multa ultro citroque acta essent, & ad arma jam deventum, 1647. nova transactione prius pactum divisorium confirmatum, sed ut Electoris totus esset comitatus Ravenspergius. Anno seq. in pace Osnabrugensi causa controversa ad ordinarium processum vel amicabilem compositionem sepositа. Demum cum ex eo etiam sæpius dissensiones ortæ essent, & aliquoties arma resumta, 1666. plene res inter Electorem & Palatinum Neoburgicum composita; penes hunc *Iuliaco & Montibus*, penes illum *Clivia*, *Marca & Ravenspergo* manentibus, & *Ravensteinia* causa ad arbitros remissa, quæ tamen postea alio modo composita. Huic & agnatis omnibus in pace *Osnabrugensi*, processione videlicet *Pomeraniæ citerioris*, præter *ulteriorem & Episcopatum Caminensem*, imperium concessit *Episcopatum Halberstadiensem* (cum feudis *Honsteiniis*) & *Mindensem*, ac *Archiepiscopatus Magdeburgici* post administratorem Augustum expectantiam. Inde aliquoties cum Suecis de *limitibus Pomeraniæ* actum. Cum autem illi 1655. *Poloniam* bello invaderent, Elector etiam copias conscripsit, sed *Calend. Ianuar. anni seq.* cum illis fœdus inivit; ut *supremo jure Borussiam* in posterum teneret, dein pactus. Exercitum quoque Suecico junxit, & potior victoriæ apud *VVarzoviam* obtentæ

pars

pars ipsi attributa est. 1657. Rege Sueciæ è Polonia digresso, Elector cum Polonis non solum in gratiam redit, verum & *sequenti anno fœdus adversus Suecos* percutit, & copias reliquorum fœderatorum exercitui unit, *caput* etiam *illius militiæ* dictus. Donec *anno seq.* ad *Olivam* cœnobium inter partes pax fieret. Dictam electivam, qua Francofurti *Leopoldus* Imperator 1658. electus est, per legatum Joh. Mauritium princ. Nassoviæ obiit. 1662. ob *superioritatem* in *Borussiam à Polonis* concessam, cum statibus ejus ducatus & urbe *Regii montis* altercatum. Cum Rex Franciæ Batavos aggressus esset, neque ab Imperio omnino abstineret manus, Elector ex primis cum Austriaca domo tuendæ Bataviæ & imperio arma conjunxit, & 1672. exercitum ad Mœnum duxit: Inde cum Cæsareis in comitatum Marcanum descendit, quem Turennius affligebat. Sed 1673. ut ditiones exitio eximeret, pactis initis arma adversus Gallos pro Ordinibus sumta posuit: quæ cum hi imperii terras porro infestarent, quod hujus salus in illis excepta esset, seq. anno resumsit. Itaque denuo exercitum in Alsatiam duxit, Turennium ad receptum in Lotharingiam adegit, & Colmariæ sumto hospitio in Sundgoviam penetravit, Brisaco etiam minitatus: illo iterum è Burgundiæ finibus irrumpente, post acre ad *Turckheimium* certamen in regione exhausta subsistere non valens, & ne reditus interclu-

deretur cum Cæsareis ad Argentoratum Rhenum trajecit, & in Franconia hyberna sumsit. Interim *Sueci* ditiones ejus invadunt, & Ukkariam, novam atque mediam Marchiam, munitioribus exceptis locis, miserum in modum hospitiis & exactionibus vexant. Cum veterem Marchiam eadem mala manerent, Elector repente illis supervenit, Albi trajecto *Ratenaviam* expugnat, & gravi clade hostem ad *Fehrbellin* prope Witstock adficit, ex quo hic universa Marchia excedere & in Megapolim atque Pomeraniam se recipere coactus est. Cum reliqui etiam fœderati Suecos infestarent, Elector *Pomeraniam* aggressus *Wolgastum* & alia ad deditionem cogit; neque nunc ab armis cessatur. In causa vero *religionis* in plerisque ditionibus suis, nostris Evangelicis non parum gravis hactenus est visus. Prima ejus uxor *Luisa Henrica Nassovia* f. *Henrici Friderici Arausionensis princ.* ducta 1646. mortua 1667. patrem eum fecit, præter alios brevis ævi, CAROLI ÆMILII nati 1655. qui cum in ingentes de se spes omnium erexisset animos, paternæ expeditionis in Alsatiam comes 1674. Argentorati maligna febre extinctus est: & FRIDERICI 1657. atque LUDOVICI, 1666. in lucem editorum, qui in spes de fratre conceptas succedunt. Altera *Dorothea Philippi D. Holsatiæ filia*, Christiani Ludovici D. Brunsuicensis vidua 1668. in thorum ab Electore

ascita

ascita, cujus confestim confessioni accessit, & hactenus itinerum & expeditionum individua comes fuit, enixa est 1669. *Philippum Vilhelmum*, 1670. *Mariam Æmiliam*, 1672. *Albertum Fridericum*, 1672. *Carolum Philippum*.

II. JEGERNDORFENSIS.

vid. pag. 447.

JOHANNES GEORGIUS à patre *Ioachimo Friderico Argentinam* 1588. missus erat, ut literis daret operam, cum quadriennio post 1592. *Episcopus* eligitur. De bello inde orto vide Thuan. L. 104. pag. 1135. seq. L. 105. p. 1166. Anno 1606. à patre ducatum in Silesia *Iegerndorfensem* seu *Carnovium* accepit, ubi 1607. possessionem adiit. 1616. *Magisterium ordinis Iohannitici* additum. *Anno seq.* ei sententia *Silesii* summi tribunalis [a] dominia *Oderberg* & *Beuten* in favorem *regis Bohemiæ* abjudicantur. Anno 1618. *Silesiæ utriusque militiæ generalis dux* constituitur, & sequentibus annis involutus *turbis* Palatinis, *Silesiam* & *Moraviam* 1621. infestat, ob quod imperiali *proscriptione* notatus, & ditionibus multatus, (unde Carnovius ducatus principi Liechtensteinio collatus est) *Bethleni Gaboris* conatus in Ungaria juvat. Demum 1624. in *Transsylvania* mortuus & *Cassoviæ* sepultus, ex *Eva Christina f. Friderici* *Ioannes Georg. Episc. Argent.*

[a] Schlesisch Oberrecht.

D. VVirtenbergici, inter alios brevi ævi liberos, ſuſceptum 1617. reliquit filium ERNESTUM, qui in *VVirtenbergica* aula aliquandiu vixit, tum *produx* etiam *Berolini* fuit. Demum mortuus 1642. lineam ſuam clauſit.

II. SECUNDA FRANCONICA vel CULMBACENSIS ſeu BERUTHINA.

vid. pag. 444.

Chriſtianus March.

CHRISTIANUS II. filius *Iohannis Georgii* lineam novam orſus eſt, & 1603. ex ſucceſſione *Georgii Friderici* agnati nactus in *Franconia tractum montanum & ad Ayſſum*. Neptem ſponſam Johanni Friderico D. Wirtenbergiæ ſponſo 1609. nomine electoris adduxit. *Conventui Lipſienſi* ipſe quoque 1630. interfuit. A pietate & ſtudio promovendi Scholas & Eccleſias commendatur.[a] Tandem obiit 1655. Pater ex *Maria* agnata *Alberti Friderici D. Boruſſiæ* filia 1604. ducta, 1649. extincta, *Annæ Mariæ*, natæ 1609. & Joanni Antonio princ. Eggenbergio, D. Crumaviæ 1639. elocatæ, *Magdalenæ Sibyllæ* natæ 1612. quæ ab anno 1638. in thoro Electoris Saxoniæ Joannis Georgii II. vivit, tum *Erdmanni Auguſti* 1615. & *Georgii Alberti* 1619. natorum.

Erdmannus Auguſt March.

ERDMANNUS AUGUSTUS defunctus eſt 1651. ſponſus iterum *Sophiæ Agnetis D. Megapolitanæ*, quam morte præventus non duxit,

a Rittershuſ.

duxit, ex *Sophia* patrueli Onoldsbacensi, quæ 1641. ducta 1651. decessit, relicto filio, CHRISTIANO ERNESTO, qui natus 1644 in aulo *Berolinensi* primum fuit, inde 1657. *Argentinensem* academiam invisit, in qua exacto biennio *Galliam* ingressus, hinc *Italiam* lustravit, & per Galliam iterum in *Belgium* ad Electorem Brandeburgicum reversus est. Cum domum rediisset, *administrationem* provinciæ suscepit ipse, & 1664. *Comitia Ratisponensia* visitavit. Uxorem duxit 1662. *Erdmutam Sophiam Iohannis Georgii Electoris Saxoniæ* filiam, & hac mortua *Sophiam Ludovicam Eberhardi D. VVirtenbergici filiam*: Ex qua filias habet & mascula prole beari expectat. Ipse ex primis inter principes arma Cæsareis adversus Gallos junxit, ac ipse multa fortitudinis laude expeditionibus hactenus interfuit: Imperii nomine in exercitu generali vigiliarum curæ præfectus. Patruus ejus 1665. vita excessit, relictis ex prima conjuge *Maria Elisabetha* f. *Philippi D. Holsatiæ*, 1651. ducta, tribus filiis, *Erdmanno Philippo* 1659. *Christiano Henrico*, 1661. *Carolo Augusto*, 166.. natis, ex altera vero .... *Solmensi* uno filio.

Christianus Ernest. March.

III. ONOLDSBACENSIS seu ANSPACENSIS. vide pag. 444. & 456.

Ioachimus Erneſt. March.

JOACHIMUS ERNESTUS [a] tertius *Iohannis Georgii* filius, iter primum per *Galliam, Scotiam, Angliam* & *Belgium* inſtituit, antequam 1603. ditionem nanciſceretur in Franconia *Anſpacenſem*. Ei prius pater Novam Marchiam cum ducatu Croſnenſi & dominiis Cotbus & Sternberg aſſignaverat, ſed in compenſationis locum ipſi & fratri *Franconicæ* regiones conceſſæ. Inde ſequens triennium in *Belgico bello* exegit, & 1610. *dux unionis* exercitus *bello Alſatico Dachſteinium, Molsheimium*, & alia cepit. In *bello* vero *Palatino* inprimis 1620. ad *Ulmam* caſtra duci Bavariæ oppoſita habuit, ſed *Gallici legati* interventu pactum, ne pars altera alteram læderet. Itaque in *Palatinatum inferiorem* contra *Spinolam* profectus eſt: Qui tamen ita eum, quoties in aciem prodire tentabat, tantaque dexteritate & fortuna eluſit, ut ille pene apud ſuos fidem amitteret, quaſi res & cauſam unionis parum fideliter adminiſtraret; donec ipſa *unio* diſſolveretur. Obiit demum 1625. relictis ex *Sophia* f. *Ioannis Georgii C.*

a Hunc quoque ſuo elogio dignum exiſtimavit Dan. Herem. itin. p. 325. Eſt hic princeps forma & toto corporis habitu ſatis venuſtus. Veſtitu utitur Italico pene ſolus: cum plerisque Germanicorum principum in more Gallico uti tegmine.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [494] - 458
PUBLIC DOMAIN

gii C. Solmenſis ducta 1612. quæ 1651. deceſſit, præter filiam *Sophiam*, natam 1614. 1641. Erdmanno Auguſto patrueli nuptam & 1651. extinctam, filiis tribus [a], FRIDERICO, qui n. 1616. prælio *Norlingenſi*, periit 1634. CHRISTIANO, qui natus 1623. 1633. *Blæſis* ex variolis mortuus, & ALBERTO, qui natus 1620. exteras regiones peragravit Comite *Joanne Limneo*, viro dein ſcriptis celeberrimo. Inde ditiones ſuas ex voto bonorum rexit. Primam conjugem *Henricam Ludovicam* f. *Ludovici Friderici D. VVirtenbergici*, ductam 1644. 1650. amiſit; matrem *Albertinæ Ludovicæ*, quæ 1646. nata eſt: Inde Italiam perluſtravit. Tum 1651. *Margaretam Sophiam* duxit, filiam *Ioachimi Erneſti C. Oetingenſis*, quæ eum moriens 1664. reliquit patrem *Joannis Friderici* & *Alberti Erneſti*, qui 1674. fatis conceſſit, nec non *Luiſæ Sophiæ* nat. 1652. Iterum Albertus 1665. *Chriſtinam* duxit *Friderici M. Badenſis* filiam, ſed eam 1667. viduam reliquit. JOANNES FRIDERICUS natus 1654. patri in regimine ſucceſſit, & maritus vivit *Joannæ Eliſabethæ Friderici M. Badenſis* filiæ, quam 1672. in thorum feliciter aſcivit, & ex ea 1674. *Albertum Fridericum* ſuſcepit.

Albertus Marchio.

Ioannes Fridericus March.

.II. FRAN-

[a] Tutelam prætendebat patruus, ſed alii teſtamento dati; unde ita transactum, ut tutor eſſet cum matre impuberum, & ejus fratre Friderico C. Solmenſi. Quod Imperator confirmavit 1625. Limn. Jur. publ, T. V. ad 4, 8. p. 303.

II. FRANCONICA. vide pag. 429.

Fridericus March. FRIDERICUS [a] in *Franconia* ditiones obtinuit, fratre electoratum retinente, inde post mortem alterius fratris *Sigismundi Voitlandia* ad eundem delapsa. Cum *Norimbergensibus* ei contentio. *Bello* autem *Bavarico* ex partibus Cæsareis prope *Ratisponam* copias *Bohemicas* fortiter feliciterque cæcidit. Mortalitatem exuit 1536. Uxorem habuit *Sophiam* f. *Casimiri R. Poloniæ*, quæ eum numerosa prole beatum reliquit 1513. Filias peperit præter eas, quæ parvulæ decessere, 1483. *Margaretam*, quæ Joannis Scepusii R. Ungariæ sponsa fuit, sed decessit 1531. 1485. *Sophiam* (quæ 1519. Friderico D. Lignicii nupsit, & 1537. extincta est) 1487. *Annam*, uxorem Wenceslai D. Teschinensis, ab anno 1518. 1494. *Elisabetham*, Ernesto M. Badensi

[a] Tu quoque securæ pacis studiosus & otî,
Pacificum meritò nomen & omen habes.
Pacis dulcis amor, nomen laudabile pacis:
Pax ducibus bello gloria major erit.
Non illâ melius quicquam videt arduus æther:
Non majus quicquam totus hic orbis habet.
Cura tibi semper patriæ fuit una togatæ,
Quæ per Te multis floruit aucta bonis.
Quæ tua jam pridem laus cœlo nomina tollit:
Atque Diis superis te facit esse parem.
Sed magis hoc felix censendus es atque beatus;
Tot pater Heroum quod potes esse ducum.

Nic. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [496] - 460
PUBLIC DOMAIN

Badenſi 1510. nuptam, 1518. extinctam, 1595. *Barbaram* Georgio Landgravio Leuchtenbergio ſociatam 1528. & 1552. defunctam. Inter filios tres fuere, à quibus peculiares lineæ, de quibus mox. Reliqui iſti ſunt: JOHANNES natus 1493. *gubernator Valentiæ* fuit, & *Carolo V.* inprimis carus: unde *Hiſpanorum* invidiam expertus, & tandem 1525. non ſine ſuſpicione veneni mortuus eſt. *Ioannes.*

FRIDERICUS natus 1497. *Canonicus Moguntinus* & præpoſitus *Herbipolitanus*, bello ſtipendia fecit contra *Franciſcum Regem Galliæ* auſpiciis *Caroli V.* & obiit Genevæ 1536. *Fridericus.*

WILHELMUS nat. 1498. *Canonicus Moguntinus* & *Colonienſis*, inde *Coadjutor Rigenſis*, & 1534. *Archiepiſcopus* factus eſt. In *bello* autem *Smalcaldico* ex Cæſaris ſtetit partibus. 1555. A M. *Magiſtro ordin. Livonici VVilhelmo Furſtenbergio* capitur, ſed biennio poſt liberatur à *Sigismundo Rege Polon.* 1561. cum reliquis in Livonia ſe *Sigismundo Auguſto Regi Poloniæ*, ab Imperio diſcedens commiſit. Deceſſit 1563. conf. Thuan. L. 21. p. 958. 28. p. 34. *Wilhelmus archiep. Rigenſ.*

JOHANNES ALBERTUS natus 1499. Epiſcopus *Halberſtadienſis* & *Plocenſis* in Polonia, tum ab anno 1545. *Archiepiſcopus Magdeburgenſis* fuit. Sub eo diſſidia inter *Canonicos*, qui ex urbe profugere, & civitatem ipſam, ob quæ hæc proſcripta. Deceſſit 1551. *Ioannes Albert. archiep. Magdeb.*

GUMBERTUS nat. 1503. *Canonicus Herbipolenſis*, *Auguſtanus*, & *Bambergenſis*, ac *cubicularius Leonis X.* fuit. Vitam clauſit

clausit 1528. A reliquis tribus *Casimiro, Georgio, Alberto* lineæ.

I. CULMBACENSIS.

Casimirus March.

CASIMIRUS [a] natus 1481. initio non nisi decennis *Canonicus Herbipolensis* & præpositus factus, tum 1504. ab Imperatore ad *electoratum Moguntinum* propositus est. Auspiciis patris 1506. *Norimbergenses*, cum encænia vicini pagi inviserent, clade multavit. In *bello Veneto* 1516. ex parte Cæsaris *commissarius belli*, & *Caroli V.* ad electionem *Francofurtensem* legatus fuit. *Rusticam seditionem* 1525. sedavit, initio suppliciis [b]; inde in reliquos cum equitatu invectus plures cæcidit. Cum fratre *Georgio* habita provinciali *Onoldsbaci* dieta 1526. ob *spirensium* comitiorum decretum certas de *religione* constitutiones fecit, quem in modum ejus exercitium usque ad *Concilium* instituendum. Demum 1527. cum generalis esset exercitus *Dux* in *Ungaria* pro *Ferdinando Austriaco* adversus *Iohannem Scepusium* oppositum regem, Budæ

[a] Quantùm marte ferox & vinci nescius armis,
Tantùm pace potens Dux CASIMIRUS erat.
Ipse sui columen regni, Imperiique sacrati:
Utilior patriæ, quam sibi, sæpe suæ.
Sospite quo felix hæc floruit, atque beata:
Concidit extincto, sed simul illa duce.
Nic. Reusn.

[b] 70. capite luerunt, 58. oculis privati.

Budæ dyſenteria extinguitur. Uxorem habuit *Suſannam* f. *Alberti Bavariæ ducis* 1518. ductam, quæ 1543. deceſſit: mater facta 1519. *Mariæ* & 1523. *Cunigundæ*, quarum illa 1537. Friderico III. Palatino Electori, hæc Carolo M. Badenſi 1550. nupſere, illa 1567. hæc 1557. vitæ curriculum clauſit. Filius natus 1522. ALBERTUS [a] dictus *Alcibiades Germanicus*, in patrui tutela adolevit, & poſtea viciſſim 1543. tutelam ejus filii *Georgii Friderici*, atque adeo Franconicarum ditionum & Carnovii ducatus adminiſtrationem arripuit. Conjunctis ſtudiis fere ſemper cum *Mauritio Saxone* æquali ſuo Cæſari militavit 1544. in *bello Gallico*, inde *Smalcaldico*.[b] Ubi *fœdus* contra *Saxonem* & *Philippum Landgravium Haſſiæ* ictum, inter hunc *Albertum*, *Ioannem Brandenburg.* & *Brunſuicenſem*, cujus Dux Albertus dictus 1547. miſſus fuerat in ſubſidium Mauritii à Johanne Friderico preſſi, ſed *Rochlitiæ* capitur, dimiſſio vero ejus tractatu cum imperatore inito obtenta.[c] 1552. *Magdeburgum* cum Mauritio obſedit, cum vero hic adverſus Cæſarem moveret, Albertus iterum comes & ſocius: ſcripto etiam adverſus Cæſarem

Albertus March.

[a] Ille ſacerdotum terror regumque ducumque,
Albertus nimis heu Marchio marte ferox.
Exul obit tandem *Portæ* ſub mœnibus urbis
Herciniæ: vera religione pius.

Nic. Reuſn.

[b] Thuan. L. 2. p. 86.

[c] Thuan. L. 4. pag. 166.

rem publicato. [a] Cum autem ad transactionem ſpectare rem videret, *Magiſtrum Teutonicum*, *Norimbergenſes* [b] (qui magno ære à Mauritio & reliquis fœderatis pacem antea redemerant, ab hoc autem non tantum ditio vaſtata, ſed & urbs obſeſſa) *Bambergenſem*, *Herbipolitanum*, *Spirenſem*, *VVormatienſem*, *Epiſcopos*, *Archiepiſcopos Moguntinum* & *Trevirenſem*, ditionibus miſere incendiis & ferro deformatis, & civitatibus occupatis, magna pecuniæ ſumma multavit, & ad alias iniquas adegit conditiones: illo terrore ſparſo, ut quacumque incederet, ſacerdotes diffugerent, aut mutata veſte ordinem diſſimularent. Nec *Paſſavienſi transactione* voluit comprehendi. Tum *Lucenburgenſis* ducatus & *Lotharingia* vexata; ſed in omnibus *Regis Franciæ* nomen prætendebatur. Ubi vero in eo res fuit, ut *Metenſis* urbs obſideretur, varia arte Albertus *Guiſium*, qui illi præerat, deludere conatus eſt, ut aut caperet ſi ad colloquium exiiſſet, aut exhauriret comeatu, aut per ſuos ſenſim intromiſſos urbem in poteſtatem redigeret. [c] Tandem cum Cæſare paciſcitur, & non ſibi tantum ſed & aliis proſcriptis *veniam*, tum *pactorum cum Epiſcopis confirmationem* impetrat. Nec diu poſt ad *Muſſipontem Aumalium* profligat, & in Germaniam *Blaſſeburgum* ſub cuſtodia mittit, unde non niſi

a Thuan. L. 9. p. 451.
b Thuan. L. 10. p. 476.
c Thuan. L. 11. p. 520.

nisi solutis 60000. aureorum dimissus. Obsidione *Metensi* soluta in *Treviris* assignata hyberna Alberto; interea ejus præfecti ulteriores domi *Bambergicis* molestias facessunt. Cum ipse rediisset, à *Camera* armis abstinere jubetur, & tandem Cæsar, licet transactionem confirmasse fateretur, non tamen posse Episcopis justitiæ administrationem implorantibus denegare nunciat, ut amice res componeretur autor. Cum *Heidelberga* institutus ob hoc conventus sine fructu solutus esset, ad arma Albertus rediit, & de adversariorum perfidia conquestus scriptum edidit. Tum grassari per Franconiam iterum incepit, *Bamberga* & *Schwinfurto* occupatis, & ditione *Norimbergica* crudelem in modum vastata, Laufa & Altorfio, occlusis portis, ut pueri, mulieres gravidæ & senes invalidi cum pecoribus conflagrarent, incensis. Quæ postea acta, qua ratione ei à Ferdinando R. Romanorum & Mauritio Electore Saxoniæ denunciatum bellum. vide ap. Sleid. 25. p. 796. & seq. Donec ad *Sivershusam* commisso prælio superaretur 1553. Continuatum tamen inter Brunsuicensem & Albertum bellum, ac alibi Episcopi & Norimbergenses ejus ditionem vexabant. Demum prope *Brunsuicum* iterum profligatus, quamvis ad suos per Thuringiam rediisset, *Hofiumq;* recuperasset, moli succubuit; inprimis cum eodem *Camerales eum proscriberent*, proscriptionem autem Cæsar abolere

nollet: sed *sequenti anno* ipse iterum eum proscriberet. conf. Sleid. L. 25. p. 819. ubi in *Norimbergensium* literis pleraque ejus commissa. Ad extremum *Blassеburgo* etiam amisso in *Galliam* cogitur fugere: inque ejus gratiam rex literas ad imperium dat.[a] 1557. in Germaniam publica fide accepta rediit, ut *Ratispona* ejus causa ab aliquibus civitatibus & principibus disceptaretur. Interim ipse extorris ex tædio fortunæ & vita intemperanter acta morbo contracto, decedit 1557. *Pforzheimii* apud affinem. *Thuan.* L. 19. pag. 862. Ejus collationem cum Mauritio Electore, vide ap. *Thuan.* L. 11. p. 545. 547. Suspicio fuit ei à Maria Regina Ungariæ pecuniam subministrari.[b]

II. ANSPACENSIS vel JEGERNDORFIA. vide pag. 462.

Georg. pius March. GEORGIUS[c] cognomento *pius* filius *Friderici*, natus 1484. ab avunculo *Vladislao Rege Bohe-*

a De eo mentio in induciis Vallucellis factis.
b Thuan. L. 11. p. 547. Sleid. L. 25. p. 808.
c Dux bonus & sapiens, pietatis amator & æqui,
munificus, fidei justitiæque tenax.
Non ignava gerens sed idonea pectora bello:
fortia ceu magni principis acta docent.

Inclutus ingenua virtute GEORGIUS Heros,
Brandeburgiacâ Marchio stirpe satus:
Hic ubi fortis avus, fraterque paterque quiescunt,
Luce senex functus post sua fata jacet.

Qui

Bohemiæ & Ungariæ educatus est, & viciſſim *Ludovicum* ejus filium ipſius & regni tutor educavit. Ab hoc ex gratitudine ducatu *Iegerndorfenſi* donatus est 1524. quem ſucceſſor Ferdinandus, ſed ſub *feudi* conditione reliquit. *Oppolienſi* etiam & *Oppavienſi* donatus erat, ſed illi ad regnum rediere. *Evangelicam religionem* conſtanter tenuit, & *Auguſtanam Confeſſionem* obtulit Imperatori cum reliquis: & nulla arte vel minis inde poterat abduci, ſupplicium capitis prius ſubiturus, quam ut à cognita veritate recederet: quo motus Imperator eum ſecurum & imperio fidelem eſſe juſſit. Hinc 1531. cum Epiſcopo *Bambergenſi* ei controverſia fuit

Qui licet excelſæ præſtaret robore mentis:
Attamen innocuæ pacis amator erat.
Bella nec ulla domi, ſed publica & extera, geſſit:
Noxia nec patriæ, juſta ſed arma tulit.
Quantum ejus virtus, bellique ſcientia poſſet,
Senſit in Ungaricis *Turca* repreſſus agris.
Hinc ſibi Pannoniæ Regum devinxit amorem;
Præmia *Sileſios* laudis adeptus agros.
Tum verò patriam tranquilla mente gubernans,
Fortiter aſſeruit dogmata vera Dei.
Hæcque fide referens conſtanti & pectore toto
Confeſſus coram Cæſare ſæpe fuit.
Juſtitiæ cuſtos, & caſtus cætera princeps;
Subjecti meruit civis amore coli.
Adde quod eſt patris caſum ſolatus acerbum:
Complexus ſummâ quem pietate fuit.
Hunc quia te coluit, quia te conſtanter amavit:
Salvator, gremio ſuſcipe, Chriſte, tuo.

Ioh. Stigelius.

de jurisdictione ecclesiastica & religione. Deque ea re actum *Nerolingæ*, sed Georgius ad *concilium* provocavit. Ob famam ejus justitiæ frequenter à principibus litium arbiter lectus est.[a] Mortuus demum 1545. filium unicum reliquit GEORGIUM FRIDERICUM ex tertia conjuge *Æmilia* f. *Henrici D. Saxoniæ* quæ 1531. ducta & 1591. mortua est, (post *Catharinam Dorotheam* 1538. in auras vitales editam, Henrico Rutheno seniori, Burggravio Misniæ 1556. nuptam, 1604. defunctam, & *Sophiam* 1535. genitam, & Henrico D. Lignicio 1560. junctam, 1587. vivis exemtam) 1539. natum. (Ex prima uxore *Beatrice* f. *Ioannis Huniadis*, sorore Matthiæ R. Ungariæ & Bohemiæ, vidua Bernardi Frangipanii, nullos liberos, ex secunda autem *Hedvige* f. *Caroli D. Monsterbergii* 1525. ducta, & 1531. extincta 1528. *Annam Mariam*, 1544. Christophoro Wirtenbergiæ Duci elocatam, & 1589. defunctam, atque 1529. *Sabinam*, 1547. Joanni Georgio Electori agnato nuptam & 1575. extinctam susceperat Georgius) Porro hic *Georgius Fridericus* tutore usus erat *Alberto* patrueli, donec is proscriberetur: tum enim tutela quoq; ademta, & *Iegerndorfium* ducatum, donec is adole-

Georg. Fridericus March.

a Symbolum ejus:
Gottes Wort das wär nicht schwer
Wann nur Eigennutz nicht wär.
Quod Henricus Ammersbachius peculiari commentario, titulo Fürstengeist. 1662. illustravit.

adoleviſſet, *Ferdinandus R. Roman.* ſibi addixit & 1558. reddidit. Ejus patruelis ſui ditiones ipſe quoque adivit hereditate. *Saganenſem* ducatum & dominium *Biberſtein* pariter à rege Ferdinando pignori tenuerat aliquandiu, religionem Evangelicam introduxit, ſed cum debitum ſolutum, reſtituit. 1574. Patruelis *Alberti Friderici* tutelam, ac ita *Boruſſiæ adminiſtrationem* à Rege Poloniæ obtinuit. 1582. natali ſuo die *Heilsbronnæ* gymnaſium aperuit, in quo 100. alumni ſuſtentarentur, & cum ſtipendio 50. aureorum mitterentur in academias, quoad ſtudia in his abſolverent.[a] Demum *princeps candidus, conſtans & in omni fortuna ſibi ſimilis*; qui arces provinciæ plures [b] reſtauravit & excoluit, fato ſuo functus eſt 1603. nulla ex duabus conjugibus ſuſcepta prole. Illæ fuerant

a Ornavit eleganti carmine inſtitutionem *Paulus Meliſſus.*

Priſca ſacros Muſis quærat Bæotia fontes,
Et matutinas Pegaſus acer aquas.
Nos laticesque novos ſancti guſtabimus antri,
Ortaque ſub mundi veſpere ſera bona.
Sera bona; at nullis non æquiparanda vetuſtis:
Immò etiam cunctis anteferenda bonis.
Nam venas FRIDERICE, aperis diffuſiùs, unde
Lympha SALUTARI FONTE perennis eat.
Ungula fodit equi Pallantidos Hippocrenem:
Has ſcatebras magni Principis alta manus.
Tantò igitur pluris fiant hæ Principis undæ;
Quantò eſt inferior pes potiore manu.

P. Meliſſus.

b Blaſſenburgi, Byruthi, Wilsburgi, Weiſſenburgi.

Eliſabetha Ioannis p. 439. agnati filia 1558. ducta, 1578. extincta: & *Sophia* f. *VVilhelmi D. Brunſuicenſis*, 1579. aſcita in thorum & 1639. mortua.

III. BORUSSICA. vide pag. 462. & 466.

Albertus D. Boruſſiæ.

ALBERTUS, natus 1490.[a] initio *Magiſter ordinis Teutonici* cum eſſet, nec homagio ſe *Regi Poloniæ*

[a] Terra remota jacet pigro ſubjecta Bootæ:
Quam ſatus indomito Marte Boruſſus arat.
Terra ferax Cereris, fœcundaque melle, ſed expers
Aonidum: Scythiæ namque propinqua jacet.
Belliger hîc amplas ALBERTUS poſſidet urbes,
Teutonici referens nomen Achillis avi.
Acribus armorum ſtudiis fortiſſimus Heros:
Intrepido cujus pectora Marte calent.
Fortia quem divo pro Cæſare bella gerentem
Itala Gallorum ſanguine vidit humus.
Quem vetus Hunnorum, regnataque Pæone tellus
Naviter invictum ſenſit & eſſe manu.
Denique virtutemque Ducis, dextramque potentem
Sarmatis agnovit cladibus ora ſuis:
Poſtque cruenta feri Martis certamina tandem
Fœdus & optatam junxit amicitiam.
Nec tamen invicto laudatus pectore tantùm,
Sed multis aliis dotibus auctus is eſt.
Is dum pacis agit ceſſantibus otia bellis,
Promovet urbanæ caſtra quieta togæ.
Erigit impulſas bellorum turbine leges,
Ac populo dicens jura dat æqua ſuo.
Primus & indigenas verâ pietate Boruſſos
Imbuit, & caſtâ religione Dei.
Ut quoque vulgus iners doctas traducat ad artes,
Laurigero Muſas ex Helicone vocat:

Gymna-

Poloniæ obstringere vellet, bello à rege petitus, 1521. in quadriennium obtinuit *inducias*. Hæ cum exspirassent, & ab imperio auxilia (quibus impetrandis in Germania tres annos exegit) expectare non posset, ordinibus etiam provinciæ pacem & cum ea *Evangelicam* religionem expetentibus, se submisit, parte *Borussiæ* in feudum, ducatus nomine ad heredes transmittendum, accepta, parte regi relicta.[a] Unde ordo alium magistrum *VValtherum de Cronberg* ipsi suffecit, qui in plerisque *comitiis* graviter eum accusavit, donec tandem Albertus, postquam ab Imperatore transactio 1530. rescissa, *proscriberetur* 1532. ab imperio.[b] *Polonici* autem legati abolitionem proscriptionis in pluribus comitiis urserunt, inprimis 1548. vid. Sleidan. L. 20. p. 605. seq. ubi causæ momenta utrinque allata. Mansit tamen, sententiam tuendam esse: *sed executio* nunquam instituta. Ipse Albertus *religioni Evangelicæ* nomen dedit, & dein *academiam Regiomontanam* instituit. Summus

Gymnasiumque recens literarum nobile condit,
Hìc ubi labentes Bregela volvit aquas.
Sic iterum invisunt hoc Principe Numina terras,
Quæ scelerata hominum vita fugavit humo:
Cana fides, libramque gerens Astræa bilancem,
Quæque acri pietas flagrat amore Dei.

G. Sabin.

a Sleidan. L. 5. pag. 142. de validitate horum pactorum, quia ab Imperio derelictus erat ordo, conf. Conring. de finib. Imp. Germ. c. 29.

b Sleid. L. 7. p. 200.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [507] - 471
PUBLIC DOMAIN

mus ſemper Theologorum fautor. [a] In religione *Oſiandrismus* aliquos motus excitavit, ſed rurſus quies reducta. Quæ turbæ autem ortæ, cum ſenis facilitate *Scalichius*, *Funccius*, *Horſtius* & alii abutentes, præcipuos proceres ex aula ab adminiſtratione rerum amoviſſent; & qua ratione à Rege medela allata, quæque principi leges ſcriptæ, vide apud *Thuan.* L. 38. p. 428. ſeq. Tandem mortuus 1568. 20. Mart. qua etiam ipſa die, raro felicitatis exemplo, uxor ſecunda *Anna Maria* f. *Erici D. Brunſuicenſis* 1550. ducta (prior *Dorothea* f. *Friderici I. R. Daniæ* 1525. ducta, & 1547. extincta, ex eo 1527. *Annam Sophiam* genuerat, Joanni Alberto Duci Megapolitano 1555. elocatam, & 1501. mortuam) deceſſit. vid. Thuan. L. 63. p. 652. Filius ejus ex *Anna Maria*, 1553. natus fuit ALBERTUS FRIDERICUS. Huic à *Polonis* dati tutores, & dein *Lublini*, cum major declaratus eſt, ſimili ac pater ceremonia à rege *feudum Boruſſiæ* accepit: promiſſo etiam addito à rege, ſuo & ſucceſſorum nomine, quo cavebatur *confeſſioni Auguſtanæ*, nec non alio, quo

Albert. Fridericus D. Boruſſ.

[a] Cum aliquando teſtatus eſſet, gaudere ſe oblata miniſtris Dei benefaciendi commoditate, & qui aſtans hoc audiebat paſtor exciperet, hunc non tantum principe dignum, ſed ſanctum eſſe ſermonem, repoſuit: *Sanctus ego non ſum, attamen ſanctorum conſortio & colloquio delector: & utinam mihi ſemper ad manus ſint decem Theologi, vitæ & doctrinæ probati, tunc & ſuavius viverem & ſuavius mori ſcirem.* Nagel. in conc. fun. Joh. D. Megap.

quo nullam à *nobilitate Boruſſica appellationem* recipere velle, niſi manifeſta injuria à principe læſus aut juſtitia denegata ſit, pollicebatur.[a] Poſtea vero 1573. ipſo nuptiarum cum *Maria Eleonora Clivenſi* apparatu in *mentis ægritudinem*, ex qua cauſa ignoratur, incidit, nequicquam omni opera ad morbi ſanationem adhibita. Unde *Georgius Fridericus* patruelis curator conſtitutus.[b] Hoc mortuo curatela *Ioachimo Friderico Electori Brandenburgico* conceſſa, qui 1605. a *Boruſſis* homagium accepit. Poſt patrem eodem munere præfuit provinciæ filius *Iohannes Sigismundus* elector. Tandem extinctus eſt Albertus Fridericus 1618. ultimus è Friderici progenie. *Boruſſia* collata *Georgio Wilhelmo Electori Brandeburgico:* & ad eundem ob matrem *Annam*, *Alberti Friderici & Mariæ Eleonoræ Clivenſis filiam*, natam 1576. & Joanni Sigismundo Electori 1594. deſponſatam & 1625. denatam, *prætenſiones Iuliaco Clivenſes*. Prętęr Annam vero filias Albertus Fridericus genuit 1579. *Mariam*, 1582. *Sophiam*, 1583. *Eleonoram*, 1587. *Magdalenam Sibyllam*, quæ nupſere 1604. prima Chriſtiano Marchioni agnato, ſecunda 1609. Wilhelmo Duci Curlandiæ, tertia 1603. Joachimo Friderico Electori item agnato, minima 1607. Joanni Georgio Electori Saxoniæ. Obierunt autem annis 1649. 1610. 1607. 1659.

a Thuan. L. 46. p. 785. b Thuan. L. 59. p. 1293.

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ ZOLLERIO-BRANDEBURGICÆ.

Primarios masculos & annos emortuales designans.

Eitelfridericus C. in Hohen-Zollern.

Fridericus Burggrav. Norimb. 1290.

Eitelfridericus Com. Zolleranus, à quo reliqui Comites & hodie principes.

Conradus 1334.

Fridericus II. 1330.

Ioannes. 1357.

Albertus. 1361.

Bertholdus Ep. Eichstett 1355.

Fridericus Episc. Ratisp. 1342.

Fridericus III. 1394.

Ioannes. 1420.

Fridericus I. Elect. Brandenb. 1440.

Ioannes Alchymista 1464.

Fridericus II. Elect. 1471.

Albertus Achilles Elect. 1486.

Fridericus Crassus 1463.

Ioannes Elect. 1499.

Fridericus. 1536.

Sigismundus. 1495.

A

Culmbach. Anspach. Preussen.

Casimirus 1527.

Georgius pius 1543.

Albertus 1568.

Ioannes 1525.

Wilhelmus Episc. Rigens. 1563.

Ioan. Albertus Archiep. Magdeb. 1550.

Albertus Alcibiades 1557.

Georgius Fridericus 1603

Albertus Fridericus 1618.

Anna, uxor Ioan. Sigismundi Electoris & sorores.

A *Ioan.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [510] - 474
PUBLIC DOMAIN

A

Ioannes Elect. 1499.

Ioachimus I. Elector 1535. — *Albertus Elect. Mogunt.* 1545.

Ioachimus II. Elector 1571. — *Ioannes Severus* 1571.

Ioannes Georgius Elector 1598. — *Fridericus Archiep.* Magdeb. 1552. — *Sigismundus Archiep.* Magdeb. 1566.

Chur. | Culmbach. Anspach.

Ioachim. Elect. 1608. — *Fridericus* 1625. — *Christianus* 1655. — *Ioach. Ernest.* 1611. — *Friderici* 1615. — *Albertus* 1640. — *Sigismundus* 1627. — *Ioannes Georgius* 1637.

Ioannes Sigism. Elect. 1619. — *Ioann. Georg.* in Jägerndorff. — *Christian. Wilhelm.* admin. 1652. — *Augustus* 1665. — *Erdm. Friderici* 1634. — *Georg. Friderici* 1667. — *Albertus* 1633.

Georg. Wilhelmus Elect. 1640. — *Episc. Magdeburg. Argët.* 1624. — *Christian. Ernestus* 1642. — *Philippus* 1655. — *Erdm. Ernestus & fratres.* — *Ioannes Friderici.* — *Albertus Ernestus* 1674.

Fridericus Wilhelmus Elect.

Carolus Æmilius 1674. — *Fridericus.* — *Ludovicus.* — *Philippus Wilhelmus.* — *Albertus Fridericus.* — *Carolus Philippus.*

FAMILIA

FAMILIA GVELFICA IN QUA DUCES ANTIQUI Bavariæ & Saxoniæ, Duces Brunſuici & Luneburgi, &c. *a*

Origo, UTI Guelforum ſ. Welforum celeberrimum ſuperioribus ſæculis nomen, ita quod originem eorum attinet, res non usque quaque expedita. Fuere autem haud dubie *Guelfi* duarum ſtirpium, quarum poſterior alteri inſita in nomen & jus ſucceſſit. Quod *priorem* attinet, eam nonnulli, ut ſupra innuimus, *VVitikindeis*, alii *Alſaticæ* genti, unde *Habſpurgii*, adſcribere volunt: Poſterioris ſententiæ patroni ſatorem nominant *Eberhardum Alſatiæ* ducem, cujus filius Ruthardus (*S. Othmari* perſecutor) *Kyburgios* ſeverit, alter filius *VVarinus Alemanniæ* princeps vel *Altorfii* comes *Ethiconis Helfenſteiniorum* patris & *Iſenbardi* genitor fuerit. Iſenbardus hic fuit, cui 12. filios refertur conjux *Irmentrudis* ſoror Hildegardis Imperatricis uno edidiſſe partu, qui cum pro *catulis* (Wölffe) (hinc *nominis* originem allegant) eos exponere mater voluiſſet, à patre ſervati ſint. Undecim ex his mature deceſſiſſe plerorumque eſt ſententia, alii in eorum (unus *Rudolfus* Epiſcopus *Herbipolitanus* improlis) poſteri-

Prior Welfica familia

a De hac familia & hiſtoria conſulendi præter ſcriptores Saxonicos præcipuè *Henr. Buntingus in Chron. Brunſuic. & Reinerus Reineccius.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [512] - 476
PUBLIC DOMAIN

posteritate recensenda multi sunt, nam ex *Cunone* Imperatorem *Conradum I.* *Thassilone Zolleriam* totam familiam, *Eginone* Comites *Heiligenbergios*, *VVernero Brackspergios* vel *Dockenburgios*, *Gebelhardo C. Palat. Trevirensi*, Duces *Alemanniæ* & Comites *Franconiæ*, *Eberhardo Eberstеinios*, *Arnoldo Oetingenses*, *Bertholdo VVælpanos* in Saxonia, *Adelberto* Comites *Rhetiæ* & *Calvæ*, *Henrico Catimelibocenses* deducunt, rationibus haud dubie infirmis. Præcipuus ex illis *VVelfo* Comes *Altorfi* & *Ravenspurgi* nominatur: qui pater fuerit *Iuditha* uxoris *Ludovici pii Imperatoris* & *Conradi* comitis. Hoc natus est *Conradus* dux partium *Rhæticarum* & *Jurensium*, comes *Lingonum*, regum *Burgundiæ* conditor, & secundum alios *Ethico* vel *Henricus*, à quo propagata comitum *Altorfi* gens, cui in *VVelfo* ducatus *Bavariæ* accessit. Defecit autem familia in *VVelfo* 3. (aliis 4. est) cujus soror *Cunigundis* nupta *Azoni Atestino* seu *Estensi* in illam gentem *VVelficum* nomen & jus intulit. Cum ergo ex hoc *Azone* gens *Guelfica posterior* orta sit, de illius etiam majoribus laborandum esset. Nonnulli familiam (quam & Romæ diu celebrem fuisse, ex ea etiam M. Actium Balbum C. Cæsaris Augusti avum maternum, allegant) à quodam *Cajo Actio* derivant, qui ex Romanis civis Atestinus fuerit circa 390. Ex ejus autem posteris *Forestum* Aquilegiæ adversus Attilam defensorem, *Acharium* vel *Fl. Acrinum*, Severini adversus Alanos Equitum Magistrum,

Posterior familia Guelfica s. Atestina.

Ferra-

Ferrariæ conditorem, *Marvellum* Valentiniani III. ducem adversus Vandalos, *Sabinianum* Illyrici præfectum, & alios enumerant, serie continua usque ad Azonem nostrum. Alii quamvis *Actiam* stirpem è Romanorum reliquiis *Ateste* egisse non negent, eam tamen in Caji trinepote *Bonifacio*, & ejus filio *Valeriano*, qui 590. prælio *Longobardorum* in Francos ceciderit, defeciisse, aliumque succesisse arbitrantur, & argumento nominum, quæ à Valeriano illo ad Azonem usque Germanicæ originis, utuntur. Alii [a] Azonem *Hugonis Marchionis Tusciæ* filium, *Sigfridi* vel *Alberti* aut *Otfridi M. Tusciæ* nepotem, *Hugonis Regis Italiæ* pronepotem, *Lotharii III. C. Provinciæ* abnepotem, *Lotharii II. Regis Austrasiæ* atnepotem, *Lotharii I. Imper.* trinepotem, & ita *Caroli M.* sanguine oriundum credunt. Quicquid horum sit, Azonis consanguinei in Italia, non fuere obscurę conditionis. *Gonzagas*, à quib. præter *Mantuæ* duces, multi alii illustres in Italia, ejusdem originis fuisse, aliqui adseverant. Certius ex eadem prosapia oriundi fuere *Theobaldus* & filius *Bonifacius Regii Lepidi, Parmæ, Lucæ, Ferrariæ* & *Mantuæ* Marchiones: quorum hic filiam *Mathildam* habuit, quæ ter nupta sed sterilis, insigni munere (de cujus valore tamen merito disputatur) *Sedem Pontificiam* locupletavit: illud *Patrimonium S. Petri* appellatur. [b] Ipse Azo

a Conf. *Bucelin.*

b De hac donatione consulatur Celeberr. Herm. Conring. de finib. imp. Germ. c. 10.

Azo secutus in Germaniam *Conradum II.* & *Henricum III.* Augustos, ibi *Cunigundam* Guelforum priorum heredem, & post illam secundum aliquos *Isabellam Montisferratensem* sed sterilem, & demum *Iuditham Conradi II. Imp.* filiam duxit, & 1081. fatis concessit. Ex hac (sunt qui etiam *Cunigundam* matrem fuisse volunt) genitus *Azo Estensis* seu *Atestinus* Marchio, à quo longa serie reliqui Marchiones, qui præter *Atesten*, *Genuam*, *Mediolanum*, *Anconam*, *Veronam*, *Ferrariam*, *Mantuam*, *Mutinam*, *Regium*, & alia diversis temporibus tenuere, descendunt. Ex his *Hercules I. Dux Ferrariæ* creatus, novo titulo domum auxit, qui ad pronepotem *Alfonsum II.* duravit: hoc 1597. sine masculis heredibus extincto, successionem prætendit sibi deberi, ejusdem Alfonsi patruelis *Cæsar Atestinus*. Sed quod Cæsaris pater *Alfonsus* ex vilis fœminæ contubernio ab *Alfonso I. Duce* susceptus diceretur, à *Pontifice* ea exclusus, *Imperialia* tantum feuda, *Mutinæ*, *Regii Lepidi* & *Carporum* obtinuit. Vid. *Thuan.* L. 119. pag. 479. seq. Unde moderni *Atestini* & *Dux Mutinæ* derivantur. Alter ex primo matrimonio Azoni filius natus est WELFUS, cognomento *robustus* avunculi heres, *Altorfii* Comes, & ex eo *Henrici IV. Imp.* beneficio 1071. *dux Bavariæ*. Idem cum ab heri partibus ad *Pontificem* & *Rudolfum Anticæsarem* defecisset, ejectus est ducatu, quin & carceri inclusus

Azo.

Welfus D. Bavar.

cluſus, aſt elapſus cuſtodia Ravensburgum munivit, Auguſtam cepit, Friſingam diripuit, ſed poſt decennium reſtitutus, poteſtate etiam data dignitatem ad poſteros transmittendi. In *Palæſtinam* difficili expeditione profectus in reditu Paphi in Cypro 1101. deceſſit: Ex *Iuditha Flandrica* ſuſcepti filii *VVelfus II.* (qui Henrico V. Cæſari adverſus patrem aſtitit, & nullis ex *Mathilde*, potentiſſima Italiæ principe ex agnatis, ſuſceptis liberis 1119. deceſſit) & cum hoc, & ſolus poſt eum HENRICUS cognomento *niger* vel *catulus* ducatui præfuere, quorum huic uxor Wulfildis filia *Magni* ex *Bilingiis* Saxoniæ ducis. Ob quam Saxoniæ ducatum ſibi etiam aſſerere conatus eſt. Deceſſit 1125. πολύπαις. Ex filiabus, *Iuditha* Friderici D. Sueviæ uxor, & Friderici Auguſti mater, *Sophia* Bertholdi D. Zæring. hocque mortuo Leopoldi M. Auſtriæ conſors fuit, *Mathildis* Theobaldo C. Vohburgio & Gebhardo C. Sulzbacenſi nupſit, *VVulfildis* in matrimonio vixit Rudolphi C. Brigantini, *Heila* ſ. *Helena* cum Wartislao princ. Pomeraniæ, *Bertha* cum Ottone C. Bachornio. Inter filios *Conradus* in Claræ vallenſi cænobio cucullum induit, inde 1125. mortuus eſt Cardinalis. Filii *VVelfus III.* princeps *Thuſciæ*, dux *Spoleti*, princeps *Sardiniæ* & HENRICUS *ſuperbus*,[a] Dux *Saxoniæ* (quam à Socero *Lothario*

Welfus II. Dux Bavar.

Henricus nig. D. Bav.

Welfus III. D. Bavar. Henric. ſuperb. D. Bav. & Sax.

[a] Hertzog zu Bäyern war ich gebohrn /
Do Luther Käyſer ward gebohrn/

Gar

Lothario Imperatore anno 1137. acceperat) & *Bavariæ*, conditor *Monachii*, turbis adversus *Conradum III. Augustum* motis inclaruere. Ille *VVinsbergæ* obsessus, uxoris *Ithæ s. Uthæ Calvensis*, quæ humeris maritum extulit opido, pietate & solertia vitam servavit, & in amicitiam Cæsaris receptus est. Quam deinceps (cum filium ex ea *Guelfum IV.* qui ducatum Spoleti, Sardiniæ & Thusciæ à patre commissos multa cum laude rexerat, & 1168. in comitatu Imperatoris Romam proficiscentis peste interierat, amisisset) ingratus ad Alpes migrare jussit, & totum se luxui & comessationibus dedit, & ut sumtus sufficerent Hetruriam, Sardiniam, Spoletum Friderico Augusto, patrimonium in

Gar ritterlich stund ich ihm bey
Zu Krieg und Fried ohn alle Scheu/
Da sich der Schwab Conrad eindrang/
Zum Käyserthum macht ich ihm bang/
Drumb mir deß Käysers Tochter drat
Von ihm zur Eh gegeben ward/
Gab er mir auch das Sachsner Land/
Käyser Conrad solches that andt.
Schickt Marggraff Albrecht wider mich/
Doch bleib ich Herr gewaltiglich/
In beyden Landen bey meinem Leben/
Zu Quedlinburg ward ich vergeben.
Denn nach dem Tod Käysers Lothar
Wolt ich das Reich auff mich bringen gar.
Conradus that mich in die Acht/
Ich widerstrebet ihm mit Macht.

Bunting. hos rythmos sub ejus effigie legi perhibet. P. 4. p. 461.

Suevia & Bavaria Henrico nepoti vendidit. Demum voluptatibus exſatiatus, & luminibus captus, uxorem revocavit, & pleraq; pauperibus diſtribuit, mortuusq; eſt 1191. Hic (*Henricus*) Saxoniam *Alberto Urſo Aſcanio*, Bavariam *Leopoldo Auſtriaco* à Cæſare Conrado III. (adverſus quem imperium etiam ſuperbus affectaverat; detentis imperii inſignibus, & vi illi intentata) data, Herbipoli majeſtatis damnatus, & Goslariæ utroque ducatu de principum ſententia privatus amiſit, & cum recuperare conaretur, in ipſo conatu mortuus eſt 1139. Filius *Henrici* HENRICUS *Leo* [a] Dux Bavariæ & Saxoniæ, longe poten-

Henricus Leo dux Sax. & Bavar.

[a] Von der Elb an biß an den Rhein
Von Hartz biß an die See war mein.
Zum Glauben ich die Wenden bracht/
Bäyerland beſaß ich mit Macht.
Der Käyſer mich der Ehrn entſetzt/
Braunſchweig/ Lüneburg blieb mir zu letzt.
Mein Geſchlecht beſitzt noch furt die Land.
Reichard König auß Engelland/
Zween Leopard mir zum Wapen gab/
Da ich beraubt war Ehr und Haab.

Veteres rhythmi apud Bunting.

Princeps laudande jam lætus ad æthera ſcande.
Cultor pacis eras, jam divitias tibi veras
Reddit rex regum, qui ſolus regnat in ævum.
Enituit late virtus tua cum pietate,
nobilitas morum cum flore decoris honorum.
Ad cultum Chriſti Slavos tu perdomuiſti.
Quo per doctores Satanæ ſprevere furores,
atque Dei cultum ſatagunt attollere vultum.
Structor multarum ſic crederis Eccleſiarum.

Non

potentiſſimus princeps late in Germania *ab Albi ad Rhenum, à Baltico mari ad Italiæ fines,* imperavit. Ejus opus eſt pons *Danubii Ratiſponæ* & *Lauenburgum.* Adverſus *Henetos* vel *Vandalos* ei bellum acerrimum, ſocio *Alberto Urſo Brandeburgio,* quo major gentis pars extirpata, alii in confinia Poloniæ rejecti. Reliquiæ vero dignitatibus civilibus & honeſtis contractibus excluſi, ductis in exhauſtas provincias novis coloniis è *Friſiis* & *Saxonibus.* *Romæ* idem Henricus *Imperatorem Fridericum Barbaroſſam* amitinum furori plebis ſeditioſæ ſtrenuè eripuit, prælio ſupra Pontem Ælium in urbe commiſſo. Ob quod meritum jure condendi Epiſcopatus & collegia canonicorum donatus, fundavit *Lubecenſem, Raceburgium, Suerinenſem.* Cum autem in *Alexandriæ* oppugnatione eum eo colore deſeruiſſet, quia à Pontifice proſcriptus ſit, hic redux comitiis *Herbi-*

Non eſt gens quæ Te non miretur, bona de Te
dum recolit rite, te noverat ultima Thyle.
Quæ ſua donavit, te Græcia magnificavit,
Jeruſalem tota tua conſpiciens pia vota,
Te colit econtra cum rege ſuo patriarcha.
Non aberat triſtis livor virtutibus iſtis:
Sed pro preſſuris ſeclis potiere futuris.
Conjuge conjuncta maneat merces tibi multa,
quæ Chriſto gratum pia depromſit famulatum.
Excelſi donis durat benedictio prolis,
& nutu Chriſti regnant modo quos genuiſti.

Arnold. Abbas Lubec. in contin. Slav. hiſtor.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [519] - 483
PUBLIC DOMAIN

politanis 1180. cum omnes principes sibi haberet infestos & potentiæ suæ invidos, plures etiam ipse læsisset, majestatis eum damnatum proscribit, Bavaria *Ottoni Wittelspachio Schirensi*, à quo hodie Palatini & Bavari p. 180. Saxonia *Bernhardo Ascanio* Anhaltinorum & Saxoniæ inferioris ducum autori, collatis. Præter hæc varii principes principatus amplissimi partes [a] sibi asseruere: Nec tamen sua sibi eripi sine

a Qui ex ejus provinciis ditati sint, variarum bestiarum & volucrium, salientem equum coronatum circumdantium, ejusque rapientium partes, imaginibus repræsentantur apud Hier. Henning. Theatr. Geneal. T. III. P. 2. pag. 117. & Henr. Bunting. Chron. Brunsuic. P. 1, p. 159. Ex illo Latini, ex hoc Germanici versus. Ex parte dextra repræsentantur seculares: *Ascanius* ursus, caput ore ferens, cum epigraphe:

Ex hujus infortunio
Elector inclytus vocor.
Do diß Roß in Unglück verdarb/
durch Gnade ich die Chur erwarb.

Leo, Dux *Brunsuicensis* cor ore mandit:

Hereditario mihi
cor jure donavit leo.
Von alten Stamm rechter Gebort
Braunschweig und Lünburg mir gehort.

Inde Lynx, dux *Bavariæ*, pedem mordet:

Ex gratia Bojariam
agnosco partem propriam.
Bäyern nahm ich für den Theil mein/
Und lasse mit gut ein ding seyn.

Alium pedem mandit lupus, C. *Palatinus*:

Agneten ipse filiam
propter Palatinus creor.

Zur

sine vi passus est: Goslariæ conventu principum dissipato, Northusa & Mulhusa incensis, Philippo Colonienſi victo, Ulrico Halberstadio

 capto

Zur Agneten der Tochter zart
Mit der Pfaltz ich belehnet ward.

Inde aper, *Holsatiæ* comes, pulmonem comedit:

Sincera prævalet fides
Holsatiamque possidet.
Treu ohn Arg kan nicht lang bestahn/
darumb bring ich Holstein davon.

Jam vulpes, *Thuringus*, aliud quid viscerum vorat, comitatum Palatinum Saxoniæ nactus:

Applaude da pecuniam,
placetne Sangershusium.
Sangerhusen auch mir gefällt/
dieweils so zu geth in der Welt.

Proximus Canis, *Hassia*, soleam equinam dentibus mordet:

Giselovverda pignus est
Moguntiæ: ensis obtinet.
Gieselwerd Mäyntz versetzt ist/
bekam ich mit dem Schwerd ohn List.

Claudit hunc ordinem in felis specie *Goslariæ*, aliam equinam soleam gestans:

Equo fruebar optime,
tædebat ipsius tamen.
Goßlar deß Pferds viel genossen/
Ist doch sein worden verdrossen.

Ex læva totidem aves alias rapiunt partes. Quæ *Moguntinam* sedem repræsentat primum locum occupat:

Moguntiis Eisfeldia
Parva datur pecunia.
Mäyntz bekam und hat das Eichsfeld/
Welchs ist versetzt umb gerings Geld.

Jam

capto & occiſo, urbeque expugnata, Adolpho Holſato & Bernardo Razeburgico comitibus pulſis: ſed demum Erfordiæ imperatori ſupplex factus ad triennium exulare juſſus, *Angliam* ad ſo-

Jam *Colonia* ſequitur:

Angri mei & Weſtfalia
devota ſunt Colonia.
Engern und Weſtfalen waren mein/
Cölln will deſto geiſtlicher ſeyn.

Paderborna pedem roſtro geſtat, Viſurgicis ditionibus aucta:

Nec Padrebornam tæduit
captare portiunculam.
Patborn war auch da und nicht faul/
Nahm ſein Theil mit vom weiſſen Gaul.

Jam *Bremenſis* & *Verdenſis* diæceſes alium mordent:

Et Brema cum Verdenſibus
Nil eſt quod erubeſcitis.
Verden und darneben Bremen
dörffen ſich meiner nicht ſchämen.

Sequitur *Halberſtadia* & *Magdeburgum*:

Caballus Halberſtadium
& caſtra ditat virginis.
Magdeburg zugleich Halberſtatt
haben von mir auch gnug und ſatt.

Hinc ſuccedit *Hildesheimia*:

Eccleſiaſticum decus
exornat Hildesheimium.
Zur geiſtlichen Jurisdiction
iſt Hildesheim gezieret ſchon.

Minda penultima eſt:

Statuta requiſivimus
Mindæque ſedes auximus.
Statuta die wir hie finden/
Mehren uns das Stifft Minden.

Extrema

ad ſocerum regem perfugium habuit, cujus interpoſitione ei reddita *Brunſuicum* tantum cum *Lunæburgo*. Imperatore vero in Palæſtinam (quam ipſe etiam olim inviſerat) digreſſo, novas in Saxonia turbas *Bardovico* ſubverſo, unde Lunæburgum reparatum, excitavit. Extinctus 1195. & Brunſuici [a] ſepultus, ex *Mechtilde Anglica* ſecunda uxore (prior *Clementia* f. *Bertholdi*

Extrema *Lubeca* ſuccedit, ſoleam equinam roſtro gerens:

Diſcors equo me tradidi
ad imperatoris fidem.
Lübeck war das Pferd nicht eben/
darumb es ſich zum Reich hat geben.

Salientis in medio equi pedibus adpictus eſt bufo, ſub petaſo epiſcopali proſpiciens cum diſticho:

Quanta fides? animæ jurant in viſcera noſtræ,
ſe curaturos quod portio nulla peribit.
Ich bin ein kleines Thier/
Und hab viel Gifft bey mir.

[a] Epitaphium hoc legitur Brunſuici in ædeBlaſiana:

Hic jacet Henricus quondam dux conditor hujus
Eccleſiæ dignus, nobilitate pius.
Moribus ornata, ſibi conjux eſt ſociata,
pauperibus larga, ſimplicitate bona.
Inclyta Mechtildis Anglorum filia regis,
nutriat angelicis hos Deus ipſe cibis.
Adjacet optatus Rex horum ſanguine natus
Otto coronatus vermibus eſca datus.
Hujus erat ſponſa Philippi ſtirps generoſa,
filia formoſa, nunc cinis ante roſa.
Qui legis hæc metra memor horum ſis, peto, penſa,
quid caro, quid vita, quid res, niſi mors, cinis, umbra?

Bunting.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [523] - 487
PUBLIC DOMAIN

D. Zeringenſis, quam ob conſanguinitatem repudiare coactus fuerat, matrem *Rixæ* Friderico Palatino & dein Canuto Daniæ principi nuptæ) præter filiam *Mechtildem* Burevvini princ. Obotritorum conſortem, [a] tres reliquit filios : ex quibus HENRICUS *junior* ab uxore *Clementia* filia *Conradi Suevi*, nepte *Barbaroſſæ, Comitatum Palatinum* habuit, & per filiam (filius Henricus 1211. ante patrem fato functus erat) *Agnetem* tranſmiſit ad *Ottonem Bavarum*; alia loca per alteram filiam *Irmengardim* ſ. *Helicen* ad *Hermannum M Badenſem.* Cæterum idem cum Henrico VI. in *Palæſtinam* profectus, & ſupremus militiæ Dux conſtitutus *Berytum* cepit, & circa Joppen Turcas profligavit 1193. Fratrem cum in Anglia militaret, impulſu Pontificis Imperatorem nominavit, Stadam & Bremam ejus auxilio occupavit, in hac Hardevico Archiepiſcopo, in illa Bernardo C. Wælpenſi captis. In diviſione cum fratribus Cellam obtinuit, & poſt Ottonis fratris mortem Brunſuigam. Deceſſit 1227. Poſt primam conjugem, *Agnetem* f. *Conradi M. Landsbergii* duxit, quæ ſterilis 1244. defuncta eſt.

Henricus C. Palat. Rheni.

Otto IV. Imp. OTTO IV. cum in Anglia militaret Richardo regi, juſſu *Innocentii III. Philippo Suevo* Anticæſar 1199. oppoſitus eſt, & ab Electore Colon.

[a] Hæc an alia *Mechtildis* eſt, quam Sammarthani dant uxorem Godofredo 3. C. Perticenſi? (*de Perche.*)

Colonienſi coronatus, à Philippo autem ad Moſellam prælio propulſus, ad Coloniam iterum caſtris exutus: unde in Angliam profugit. Rediit vero & imperium ſibi vindicavit poſt Philippi mortem: ſed cum valido cum exercitu Italiam ingreſſus, à Papa *Anconam*, *Thuſciam*, *Calabriam*, *Apuliam*, *Romaniolam*, repoſceret, quæ anteceſſores Imperio eripuerant, ab ipſo quoque diris 1210. devotus eſt, electo *Friderico II.* Hic eum in Saxoniam pepulit: dein Galliæ rex ad Bovinas profligavit. Tandem à ſuis etiam deſertus imperio excidit, & 1218. moriturus dicitur coquinariis ſuis, [a] ut collum calcaneis premerent, præcepiſſe (Tanta ſeculi fuit cæcitas!) Uxores habuit *Beatricem* f. *Philippi Cæſaris* [b] paucis poſt nuptias diebus ſuperſtitem, & *Mariam Henrici D. Brabantiæ filiam* (cui comitatus Bononiæ adjudicatus, quem dein nepoti ex fratre ceſſit) ſed hanc dein ob hanc conſanguinitatem repudiavit, pater ex ea *Helenæ* ſ. *Mechtildis* & *Mariæ*, quarum illa Alberti I.D. Saxoniæ, hæc Woldemari D. Sleſuici uxor

a Buntingius fabulam eſſe fere mavult credere. Et optimi principis adverſus Pontificios paraſitos ac eorum autoritatem ſecutos Urſpergenſem, Cuſpinianum, alios, qui peſſime eum inceſſunt, innocentiam tuetur, & ulteriorem apologiam promittit.

b Hæc adhuc virgo in comitiis ultionem paternæ necis petiit. Limn. Jur. publ. T. V. ad 9. 1. p. 352.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [525] - 489
PUBLIC DOMAIN

Wilhelmus D. Lunæb. fuit. [a] Tertius horum frater WILHELMUS in Ungaria captus & 1205. magno ære redemtus, in divisione cum fratribus *Lunæburgum* nactus est, cum Gandersheimio, Liechtenberga & aliis. Fratri Ottoni in bellis præsto fuit, & 1213. vivendi finem fecit. Hic ex *Helena* f. *VValdemari R. Daniæ* stemma propagavit, genito filio OTTONE, cui cognomentum *puero* vel *parvo*, qui *Brunsuico*, quod filiæ Henrici patrui dicuntur ex media parte Imperatori vendidisse, præsidium *Friderici II.* civitate civium auxilio occupata (unde illis libertatem concessit) ejecit, sed hinc ab eodem, cum exercitum jam contra eum scripsisset, hic vero supplex factus esset, & principes se interponerent, Moguntiæ Dux *Brunsuici* & *Lunæburgi* 1235. creatus est, cum conventione inita cum *Ascaniis Saxoniæ* omisisset titulum. Ditiones autem multis agris emtis vel alio titulo acquisitis auxit. Uxorem habuit filiam *Alberti M. Brandeburgici Mechtildem* matrem quinque filiarum, ex quibus *Helena* Alberto D. Saxoniæ, *Adelheidis* Henrico Landgr. Hassiæ, *Agnes* Wenceslao principi Rugiæ, *Mechtildis* Henrico princ. Anhaltino, *Elisabetha* Wilhelmo Com. Hollandiæ Rom. Regi elocatæ

Otto D. Brunsuic. & Lunæb.

[a] Ita communiter fere Genealogi. Alii quod credo verius, eum ἄπαιδα decessisse existimant. Et cur Maria, cui Bononiensis comitatus adjudicatus, si liberos habuisset, Henrico ex fratre nepoti eum cessisset? Ita Francici scriptores & Bunting. pag. 180. sterile faciunt matrimonium.

elocatæ sunt; totidemque filiorum, ex quibus *Ulricus* puer decessit, *Conradus* Episcopus *Verdensis* 1303. *Otho* qui à fratribus comitatum *Peynensem* habuit Episcopus *Hildesiensis* 1279. mortuus est. Duo reliqui filii duarum linearum satores fuere JOANNES *Lunæburgicæ*, ALBERTUS *Brunsuicensis*.

I. LINEA LUNÆBURGICA.

JOANNES auctor Lunæburgicæ lineæ *Lunæburgum* pluribus ornavit privilegiis, primus salinæ operam impendens novam venam aperuit priori longe uberiorem 1269. & 1270. decessit, pater ex *Agnete* s. *Luitgardi* f. *Gerardi* C. *Holsatiæ*, ducta 1565. *Elisabethæ*, *Agnetis*, *Helenæ*, *Mechtildis*, quarum prima Conrado Com. Warningerodio, illa Gertvino C. Hadmerslebio, ista C. Oldenburgio, hæc Henrico Dn. Vandaliæ nupsere, atque OTTONIS strenui. Qui Hannoveram adortus, multos cives cepit, & ut magno pretio se redimerent coegit, Lubecam diripuit, Dannebergam & Luchoviensem comitatum suæ potestatis fecit: & 1330. obiit, viduus *Mechtildis* f. Ludovici C. Palatini Rheni: Ex qua nati præter *Ludovicum Episcopum Mindensem*, qui 1346. decessit, atque *Joannem* Archiepiscopatus Bremensis administratorem, OTTO & WILHELMUS, Ille cum affine suo *Alberto D. Megapolitano*, cujus sororem

Ioannes Dux Lunæb.

Otto Dux.

Wilhelmus D.

sororem *Mechtildem* in matrimonio habebat, vias à latronibus undiquaque purgavit. 1354. decessit, amisso prius filio *Ottone*, qui infans ex ponte in Elmenam fluvium cecidit & periit: præter quem non nisi filiam genuit *Mechtildem*, uxorem Henrici C. Waldeccii. Successit qui ipsocum hactenus rexerat frater *VVilhelmus*. Hic cum Mauritio Oldeburgio administratore Archiepiscopatus Bremensis ob limites diu contendit, arce ad Wummam ideo constructa, quam Leonis pontem dixit: bellum quoque intulit Erico II. Saxoniæ inferioris duci; Erdenoburgum vastavit; *Gammerodam* arcem ædificavit. Lunæburgiorum privilegia confirmavit auxitque. Ceterum in eo, cum filias tantum *Elisabetham Ottoni Saxoniæ inferioris duci*, 1339. & *Mathildem Ludovico agnato* 1355. nuptas (illa altera vice 1371. *Nicolao C. Holsatiæ*, hæc *Ottoni C. Schauenburgio* juncta est) relinqueret, 1368. linea defecit. Heres autem initio ab eo scriptus fuerat nepos *Albertus D. Saxoniæ* 1355. confirmante *Carolo IV. Imper.* Dein mutata voluntate, alterum generum *Ludovicum Brunsuicensem* ejusque fratrem *Magnum* idem Wilhelmus instituit: ob quæ bello ortò, lis non prius finita, quam *Magni* filii *VVenceslai Saxonis* filias ducerent. Uxores ei assignantur *Maria Regina Majoricæ*. 2. *Sophia* f. *Helena R. Suecia*. 3. *Hesecа C. Ravensburgia*. 4. *Agnes* f. *Erici*

Erici ducis Saxoniæ inferioris, quæ Reiffenburgum dotis nomine attulit.

II. LINEA BRUNSVICENSIS.

ALBERTUS *Magnus* cognomento vel *senior*, qui ducatum *Brunsuigium* obtinuerat, posteritatem diuturniorem habuit. Harburgum & Ottersbergam arces destructas ab Archiepiscopo Bremensi iterum extruxit, & controversiam de comitatu Stadensi renovavit. In bello *Ottocari Regis Bohemiæ* adversus Belam regem Ungariæ illi auxiliaris fuit, & victor militari cingulo ornatus rediit. 1252. Nobiles *Asseburgios* insolentius sibi insultantes triennio obsessos ditione ejecit, & Asseburgum suæ potestatis fecit. 1258. Hac obsidione durante *Theodoricum C. Ebersteinium* & *Gerardum archiepisc. Moguntinum* Gætinganum agrum deprædantes cepit, & illum propter perfidiam in castris suspèndit pedibus. Adversus *Henricum M. Misniæ*, à quo captus, sesquianno detentus & gravi lytro atque ad Weram arcibus se redimere est coactus, *Sophiæ Brabantinæ* ob successionem Thuringicam bellum gerenti adstitit: *Lubecenses* etiam contra *Iohannem C. Holsatiæ* defendit; similiterque *Einbeccenses* à Com. Dassilienſi gravatos. *Gunzelinum C. Suerinensem* ejecit, & ditione cis Albim mulctavit. Cum post sterile matrimonium cum *Elisabetha* f. *Henrici Magnanimi D. Brab.* *Alber-tus D. Brunsuic.*

Brabantiæ duxisset *Alexiam* Aldobrandini *M. Atestini filiam*, ex ea præter filiam *Mechtildem* Erico VII. R. Daniæ, & dein Henrico D. Silesiæ & Glogoviæ nuptam, filios genuit *Wilhelmum*, qui *Brunsuigum* & *Wolferbytum* nactus juvenis decessit 1292. *Luderum* & *Conradum*, Joanniticos equites, *Othonem* templarium, inprimis vero *Henricum mirabilem* & *Albertum pinguem*, qui duo duos condidere ramos *Grubenhagium* seu *Herzbergium* & *Brunsuicensem*, de quibus ordine. Albertus vero rebus humanis excessit 1279.

I. LINEA GRUBENHAGIA s. EINBECCIA.

Henricus Mirabilis Dux.

Hæc linea ab *Henrico Mirabili* Alberti filio majori cepit, sed diu nec sessionem in imperio habuit, nec usa est titulo integro. Is *Henricus Brunsuiga*, quam Wilhelmi nomine administravit, & 1283. veterem arcem *Wolfenbutelium* restauravit, eo mortuo, 1294. cum *tribunorum plebis* adversus senatum factionem fovisset, pulsus ab Alberto fratre, *Einbecam* obtinuit. Marchionibus Misniæ adversus patrem Albertum fidelem operam præstitit, & decessit 1232. Ex *Agnete* f. *Alberti degeneris M. Misniæ* genuit præter *Margaretam* Bogislao s. Barnimo D. Pomeraniæ, *Adelheidem* Andronico 2. Imp. Constantinopolitano 1318. nuptam & 1326. extinctam

extinctam,[a] *Elisabetham* f. *Alsinen* Friderici C. Beichlingii uxores,[b] filios *Ioannem* præpos. Einbeccanum 1367. mortuum, *Vilhelmum*[c] *Henricum* & *Ernestum*. HENRICUS *junior* ex *Maria Cypri regina* secunda conjuge (quam in itinere orientali, cum Constantinopolim, ubi ab affine Imperatore honorifice habitus, & ulterius in Palæstinam, unde plurimas reliquias cœnobio *Walckenried* attulit, profectus esset, duxisse videtur) pater fuit *Balthasaris*, qui cum fratre in Neapolitanum regnum profectus, ab uxore Comes *Fundi* factus, sed à Carolo R. Neapolitano captus & trucidatus, aut à Sigismundo Imperatore fame enectus est;[d] *Riddaci*, qui item fratres in Italiam secutus est, & *Melchioris*, qui Pontificis autoritate *Osnabrugensis* fuit Episcopus, sed à Gerardo C. Hojensi captus coadjutori Theodorico Hornano potestatem præcipuam, quod ab eo redemtus, permittere coactus est: Demum resignavit, & *Sueninensem* assecutus est Episcopatum, sed veneno à canonicis propinato 1381. interiit: Ex

Henricus junior D.

a Ita ex Niceph. Gregora Bunting. Alii Genealog. ipsi dant maritum *Ioannem Landgr. Hassiæ*. At quis ille?

b Reusn. addit *Agnetam* duci de Carminia nuptam. *Bunting.* dicit fuisse ducem Carinthiæ Henricum, & allegat tertiam Henrici mirabilis filiam nomine *Facie*.

c Hunc non in pueritia mortuum adversus Cranzium & Henning. demonstrat Bunting.

d Bunting. Sigismundo facinus hoc attribuere non vult.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [531] - 495
PUBLIC DOMAIN

Ex priori conjuge *Helena VValdemari* Elect. *Brandeburgici* filia Henricus pater OTTONIS [a] fuit, qui à prima ætate militari vitæ adsuetus, nomine Romanę Eccleſiæ bellũ in Lombardia geſſit, & 40. prælíis victor fortiſſimi ducis elogium meruit: unde qui eam defenderet, à *Joanna regina Neapolis*, maritus poſt *Iacobum Aragonium Majoricæ R.* electus eſt 1376. vel 1378. Titulum tamen *principis*, Tarento donato, tantum juſſus gerere. Cum autem illa plures hoſtes haberet, excommunicata ab *Urbano* Papa, qui *Carolo Dyrrhachio* regnum aſſignaverat, & undiquaque impugnata, Otto fortiſſime ejus cauſam tuitus, bis etiam captus, ac demum 1388. vel ſerius, ex vulneribus ad Neapolim acceptis extinctus eſt. [b] Filiam ei quidam dant ex Joanna *Helenam* regi *Cyprio Iano* nuptam: quod minus vero conſonat. Fratrem quod audivimus *Henricus junior* habuit ERNESTUM 1344. mortuum, ex *Agnete Henrici Eberſteinii* filia patrem *Annæ* nuptæ Henrico C. Honſteinio, *Erneſti* præpoſiti Einbecci & abbatis *Corbeienſis*, ſed bellicoſi, qui 1422. prælio cecidit,

Otto princ. Neapol.

a Hic dicitur ut Italicæ expeditionis ſumtus conficeret, Eisfeldam Moguntino oppignoraſſe.

b Theod. Niem eum vocat: Patrem principum & normam nobilium, totum Catholicum, prudentem ac ſtrenuum in factis armorum, pium, manſuetum, neque vindictæ cupidum.

cecidit, [a] *Friderici*, qui Osterrodæ habitavit, & 1370. mortuus est, genitor ex *Elisabetha Homburgia Ottonis* successoris, egregii militis, cui ex *Schœnetta Nassovia*, Henrici Hombergensis Com. vidua, nonnisi filia superfuit *Adelheidis* uxor Bogislai D. Pomeraniæ, atque ALBERTI. Hic in Salza arce, quam extincta familia nobili Salzensi obtinuerat, plerumque habitare solitus, [b] nobiles & civitates Thuringicas prædis vexavit, sed ad satisfactionem præstandam Isenaci se sistere coactus est. Decessit 1387. filio relicto ERICO. [c] Qui comites Honsteinios cruenta victoria 1415. ad Osterhagam vicit, ex captivorum etiam lytro 8000. aureos confecit. 1448. Grubenhagæ frustra obsessus ab Henrico & Wilhelmo Landgraviis Hassiæ. Sequenti vita excessit, post 53. annorum regimen. Eo & *Elisabetha* agnata nati *Sophia* [d] abbatissa Gandersheimia, extincta 1412. *Agnes*, quæ sorori successit, & 1439. obiit. *Elisabetha*, quæ post mortem Bogislai Ducis Stetinen-

Friderici Otto.

Albertus D.

Ii sis,

a Ense abbas Ernestus obit, qui dimicat ense,
perplacet ergo chorum, non adiisse forum.
Bunting.

b Inde dictus der Hertzog zum Saltz.

c Alii male Henricum vocant.

d Cum ab aliis ei opponeretur Walpurgis Spiegelburgia, Paulus Pontifex Sophiam excommunicavit, sed demum res composita, ut Walpurgis ad abbatiam suam Wunstorpiam concederet.

sis,[a] *Agneti* sorori suffecta est, *Margareta* uxor Simonis C. Lippiæ, *Anna*, consors Alberti D. Bavariæ, ducta 1436. & postea Friderici D. Brunsuicensis, *Ernestus* Canonicus Halberstadiensis & præpos. Einbeccanus: Inprimis vero HENRICUS & ALBERTUS. Ille 1458. militari auxilio juvit Hildesheimium adversus Bertholdum Episcopum & Duces Brunsuicenses: decessit 1469. Pater fuit ex *Margareta* f. *Joannis D. Sagani*, pientissima Dei & proximi amantissima fœmina, *Henrici* nati 1460. qui ex *Margareta* f. *Elisabetha* f. *Bernardi D. Saxoniæ* inferioris nihil liberorũ suscepit, & est mortuus 1526. Hic (*Albertus*) 1486. vel 1490. vitam clausit. Ex Waldeccensi Comite Elisabetha Volradi filia, quam 1471. duxit, suscepit *Sophiam* abbatiss. Gandersheimiam, quæ mortua 1475. *Ernestum*, qui ipse etiam Hildesheimiis adversus Episcopum & Henricum ducem astitit, *Ericum* qui Osnabrugensis à 1508. Episcopus, 1532. etiam ad Monasterienſem diæcesin vocatus, paucis diebus superfuit, princeps pacis & justitiæ studio nemini secundus, & Philippum. PHILIPPUS iste & eo, quod Lutheri, quem 1520. in comitiis Wormatiensibus cum admiratione audierat, doctrinam in ditiones introduxit, & quod tum olim Alberto Saxoni atque Henrico

Henricus. Albertus.

[a] Aliqui ferunt sub ipsa in secularem statum transformatam abbatiam, quod credit Buntingius ex eo, quia illa quæ in matrimonio prius vixerat ei admota sit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [534] - 498
PUBLIC DOMAIN

Henrico & Erico agnatis adversus Frisios, & *Smalcaldicis* bello adversus Carolum V. gesto[a] adfuit, & filiorum ex *Catharina Ernesti Com. Mansfeldiæ* filia susceptorum numero notus est. Decessit 1551. Ex filiis ERNESTUS natus 1518. pius, constans & fortis princeps, Wittebergæ diligens Lutheri auditor, ac summus *Philippi Landgravii* amicus, 1545. *Henricum Brunsuicensem* civitatem Brunsuicum vexantem, ut se dederet, coegit.[b] Inde 1546. in bello *Smalcaldico* (quo frater *Albertus* ad *Giengam* occisus est) dextrum exercitus cornu duxit, sed *sequenti anno* cum *Iohanne Friderico Saxone* ad *Mulbergam* captus, hujus solatio eguit[c]: Dimissus brevi, postea *Carolo V.* adversus *Gallos* meruit, & prælio *Sanquintiniano* 1557. ubi fratrem alium *Ioannem*, qui ex vulnere post mensem extinctus est, amisit, interfuit: Decessit demum mox post Philippum Landgravium, quocum conjunctissime vixerat[d], 1567. filia tantum *Elisabetha* uxore *Iohannis D. Holsatiæ* ex *Margareta Georgii D. Pomeraniæ filia*, quæ 1569. mortua, relicta. vide *Thuan.* L. 41. p. 541. Reliqui fratres WOLFGANGUS natus 1531. & PHILIPPUS nat. 1533. ille *Dorotheæ Francisco D. Saxoniæ inferioris* natę, & 1570. ductę ac 1585. mortuæ, maritus, cęterũ Smalcaldicorum initio, dein

Ernestus D.

Wolfgangus & Philippus Dux.

a Thuan. L. 2. p. 96.
b Thuan. L. 2. p. 81.
c Thuan. L. 4. pag. 189.
d Thuan. L. 41. p. 545.

dein Mauritii expeditione adversus Carolum V. & postea in Ungaria miles: de Ecclesia ordinatione salutari 1579. publicata bene meritus, 1595. hic qui *Claram Henrici junioris D. Brunsuicensis* filiam 1560. duxerat, quæ 1595. mortua est, 1596. defuncti, improles terminarunt lineam. Hujus vero adhuc spirantis arces aliquot *Henricus Iulius Brunsuicensis* familiæ princeps, & statim eo extincto reliquam ditionem exclusis agnatis, occupavit. Unde multæ lites. vide Thuan. L. 115. p. 289. Omnium horum soror fuerat *Catharina*, Joanni Ernesto Duci Saxoniæ 1542. & post ejus mortem Philippo Com. Schvvarzenburgio nupta, quæ 1581. decessit.

II. BRUNSVICENSIS.

vid. p. 494.

Albertus pinguis D.

Hæc incipit in ALBERTO *pingui*, *magni* filio, qui *Gœtingam*, & fratre *VVilhelmo* mortuo *Brunsuicum*, in quo tribunos plebis, fratris Henrici partes secutos, supplicio affecit 1294. cum *Guelferbyto* tenuit, atque 1318. mortuus est, ex *Rixa Vandalica*, pater *Mechtildis* abbatissæ Gandersheimiæ 1505. electæ, *Alberti* Episcopi Halberstadii, 1324. electi, quem etiam Episcopatum contra voluntatem 4. Paparum, qui alios ipsi substituerant, ultra 30. annos retinuit, & demum jam senex Ludovico March. Misniæ cessit, & 1358. mortuus est. (Vicies in hostem

hoſtem movit, plerumque victor.) *Henrici* Epiſcopi Hildesheimii, principis item bellicoſi, qui 1362. mortuus eſt, *Luderi* Magiſtri ordin. Teuton. in Boruſſia, *Brunonis*, & qui patrias ditiones eo mortuo diviſere *Ottonis*, *Magni*, & *Erneſti*. Alberti filii tres, OTTO *largus* ab uxore priori *Agnete* filia *Conradi* ſ. *Hermanni* *Elect. Brandeburg.* (altera fuit *Iuditha* f. *Henrici ferrei Landgravii Haſſiæ*) *veterem Marchiam* obtinuit, ſed vi ereptam iterum amiſit, & 1374. mortuus eſt, non niſi *Agnetis* filiæ pater, quæ Barnimum III. D. Pomeraniæ maritum habuit. ERNESTUS *Gœttingenſem* [a] (ſeu an der Lein) principatum nactus eſt. A Magni Torquati autem morte Wolfenbutelanum & Brunſuicenſem ducatus tutorio nomine occupare conatus eſt 1373. ſed à Buſſone Duſs capitaneo Magdeburgiorum captus, & 4000. marcis argenti ſe redimere coactus eſt. Inde principatum tranſmiſit ad filium ex *Eliſabetha* ſ. *Barbara Saganenſi* (quæ etiam mater *Eliſabethæ* 1414. Wilhelmo C. Hennebergio nuptæ) OTTONEM *Armipotentem* vel *malum*, [b] virum bellicoſum, qui Marchiam vaſtavit, ex arce Wolfenbutelana Brunſuicenſes vexavit, ſed à Friderico agnato inde ejectus, & 1394. mortuus eſt. Liberos reliquit ex *Margareta Com. Bergenſi* *Agnetem* uxorem Henrici C. Honſteinii, *Eliſabetham*

Otto largus Dux.

p. 740. vide p. 737

Ernestus D.

Otto malus Dux.

Suggerit filium Wilhelmum, qui mox obiit 1363 vide Topogr. p. in Hardtgsen ibi sepultg.

a Gœtingenſis & Brunſuicenſis lineæ pactum diviſorium. vide apud Hortled. 1, 4, 10. p. 1146.

b Der Quade.

Otto Cocles Dux.

tham Erici agnati conjugem, & OTTONEM Coclitem, principem pacis & virtutum aliarum ſtudioſiſſimum, qui auxilio Erfordienſium, Northuſiorum & Mulhuſiorum arcem & receptaculum latronum Hindeburgum 1397. diruit. Cum ex *Agnete* f. *Hermanni Landgravii Haſſiæ*, quæ 1471. deceſſit, nullos haberet liberos, poſt 69. annorum regimen, ejus morte 1463. ramus defecit, hereditate ſimul ad *Cellenſes* & *VVolfenbutelanos* delata.[a]

Magnus pius D.

MAGNUS cognomento *pius* vel *ſenior* à conjuge *Sophia filia Henrici M. Brandeburgici* ſine terra cognominati, *Sangershuſiam*, *Landspergam* ſuis ditionibus jungenda accepit. Fratris Ottonis morte ducatus Brunſuicenſis adminiſtrationem accepit 1334. Albertum fratrem contra Mansfeldios adjuvit, & deceſſit 1368. Eo nati *Sophia*, *Mechtildis* Bernardi principis Anhaltini, *Helena* Ottonis C. Hojenſis, *Agnes* Erici C. Hojenſis conjuges, *Ludovicus*, qui ducta *Mechtilde filia VVilhelmi ultimi ducis Luneburgici* ejus principatus heres ſcriptus eſt, ſed extinctus ἄπαις 1358. *Otto* qui in Italia defunctus eſt.[b] *Albertus* Archiepiſcopus *Bremenſis*, quod *Hermaphroditus* eſſet, à Joanne Zeſterfeldio Decano contumelioſe accuſatus, calumniam diluit, cum ſe conſpiciendum præbuiſſet, & illum ad veniam

a Hortled. 1,4,10. p. 1155.

b Alii addunt Joannem Archiepiſcopum Magdeburgium, ſed uti in catalogo Archiepiſcoporum ejus nulla mentio, ita nec Buntingius agnoſcit.

veniam petendam adegit, 1395. vivendi finem fecit, & succeſſor patris MAGNUS *junior* ſeu *Torquatus* (à torque [a] argenteo dictus) nati ſunt. Hi fratres adverſus duces *Saxoniæ inferior.* hereditatem *VVilhelmi Lunæburgici agnati*, cujus etiam gener Ludovicus, ſibi aſſeruere: poſt multum ſanguinem fuſum controverſia finita, cum filii Magni *Fridericus* & *Bernardus* 1386. *Annam* & *Margaretam* Wenceslai Electoris Saxonici filias ducerent. Idem Magnus à *Megapolitanis* victus, à Gerhardo Epiſcopo Hildesheimio captus, & lytro gravi (ob quod Sangerhuſium & Landsberga vendita) ſe redimere coactus, [b] à *Lunæburgenſibus*, quos oppugnabat, rejectus, & demum 1373. in duello, quo *Ottonem*

Magnus Torquatus Dux.

Ii 4 *nem*

a Magnus cum 7. annos laudabiliter rexiſſet in ditione Lunæburgica, inſolentior turbas ciere & vicinos vexare cæpit, unde iratus pater eum bello petere, & ſi caperet à vicina arbore ſuſpendere (ad quod reſtem circumducebat) minitatus eſt. Filius vero ludibrio minas habens, torquem collo indidit, & ſi ſuſpenderetur, dignum ſe eſſe, qui ex argento penderet, renunciari juſſit. Bunting.

b Pro Magno ſtabant Archiepiſcopus Magdeburgius, Epiſcopus Halberſtadius patruus, principes Anhaltini, Comes Mansfeldiæ Gebhardus, Volradus Dn. Querfurti, Guntherus C. Barbienſis. Aſt Gerhardus, qui Baro Bergenſis erat & rei militaris callens, hoſtes cæcidit, & cum Magno Albertum ac alios ſupra 100. primarios viros cepit. Unde Proverbium: *Logicam victam à Rhetorica:* Halberſtadius enim Epiſcopus ſubtilis diſputator habebatur, Gerhardus orator vehemens. Bert. Comm. Rer. Germ. P. 3. p. 578.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [539] - 503
PUBLIC DOMAIN

nem C. Schauenburgium straverat, eique lapso necem adhuc intentabat, à gregario milite confossus est, princeps animosus, sed fastuosus, inquietus, insolens, infelix. E conjuge *Catharina* Woldemari Electoris Brandeburgici filia (quæ altera vice nupsit Alberto duci Saxoniæ,) suscepit *Helenam*, Alberti Megapolitani Sueciæ regis (cui 1396. nupsit) *Agnetem* ab anno 1366. Bussonis C. Mansfeldii, & ab anno 1392. Bogislai D. Stettinensis, *Annam* Mauritii C. Oldeburgii, *Sophiam* Henrici D. Megapolitani, *Catharinam* Gerardi D. Slesuicensis, & post hunc Erici D. Saxoniæ inferioris conjuges, & filios *Fridericum*, *Bernardum*, *Henricum*, *Ottonem*. Ex his *Otto* ex Episcopo Verdensi Archiepiscopus Bremensis factus est, justitiæ laude insignis, & latronum persecutor acerrimus. Decessit 1416. FRIDERICUS, ex transactione 1374. cum fratribus (qui *Luneburgum* tenuere) initio solus [a] ducatus *Brunsuicensis* administrator fuit, Brunsuicensium ope *Ottonem malum* agnatum Wolfferbyto ejecit. Nobiles qui fratrem Bernardum captivum tenebant, prælio vicit. Demum ab aliquot Electoribus ob virtutis famam loco *VVenceslai* depositi ad *imperiale* fastigium electus, at in itinere cum *Francofurto* rediret, ad *Frizlariam* ab *Henrico C. VValdeccio* vel potius Friderico ab Hartings-

Fridericus Elect. Imp.

[a] Post ejus vero mortem abolita priori transactione, pari potestate ad finem usque vitæ simul rexere.

Hartingshauſen & Cunzmanno à Falckenberg (inſtigator creditus fuiſſe *Elector Moguntinus*[a]) 1400. cæſus, [b] cæterum *Brunſuicenſibus* civibus argento libertatem vendidiſſe creditus eſt. Filium cum non haberet, filiæ *Anna* Friderico Auſtriaco, *Catharina* 1403. Henrico Comiti Schvvarzburgio nupſere. A duobus Magni filiis *Bernhardo* & *Henrico* lineæ *Lunaburgica* & *Brunſuicenſis*.

I. LUNÆBURGICA.

Friderico extincto fratres BERNHARDUS & HENRICUS priori transactione de ducatu in ſolum primogenitum ſemper transferendo abolita, *Bernardus Dux.*

a Unde Moguntia ab antiquo nequam proverbio dicta. At Nicol. Serarius in Reb. Mogunt. Archiepiſcopum ab hoc facinore purgat.

b Brunſvvich protexit, gentemque ſuam bene rexit,
Tranſtulit ad Chriſtum, Reſpublica dicitur iſtum,
Pro qua perrexit Franckfurt, ſua tunc ſibi texit
traditio veſtem, quam mortis poſtea teſtem
nequiter inflixit prope Frizlar vulnere fixit.
Heu heu heu mille miles validiſſimus ille,
Sternitur ipſe fuga, qui ſæpius ardua juga
belli contrivit, ſpes eſt quod in æthere vivit.
Nunc jacet in crypta, de quo ſunt talia ſcripta.
FRE fremit in mundo: DE deprimit alta profundo,
RI rigidum flectit: CUS cuſpide mucroq; plectit.
Vivat ut in cœlis, dux inclytus ille fidelis,
optet ei quisquis qui ſcriptis condolet iſtis.

Ap. Bunting. Chron. Brunſuic. f. 266.

abolita, pari poteſtate rexere ditiones [a], ille vero ætatis prærogativa fratrem præceſſit, [b] & 1409. ultimo comite *Homburgio Henrico* defuncto, comitatum ſuis adjecit. Demum 1428. inter *Bernhardum, filios & nepotes ex fratre* diviſio inſtituta, in quibus illis *Lunæburgicus* principatus obtigit, juribus tamen in urbe *Brunſuico* indiviſis. Bernardus princeps bellicoſus fuit, cum Jodoco & Procopio Marchionibus Moraviæ, quibus Cæſar Marchiam Brandeburgiam oppignoraverat, manus conſeruit, ob necem fratris in Moguntinum arma geſſit, Joannem Epiſcopum Hildesheimium vicit, vita exceſſit 1434. Pater ex *Margareta Saxo-Angrivaria, Catharinæ*, quæ Caſimiro Duci Stettinenſi nupſit, & duorum filiorum. Ex filiis

Otto Dux

OTTO (*magnus* vel *claudus* [c] vel etiam **von der Heide** dictus) comitatum *Eberſteinium*, à conjuge *Eliſabetha* filja *Hermanni*, cum ejus filius *Otto* ob occiſum *Henricum Dominum de Hornbach* fuga patriam deſeruiſſet, (ſator deinde *Eberſteiniorum Neugartenſium*) obtinuit. Prædones omni vi perſecutus eſt, cum fratre & agnato *Hachemolam* arcem Com. Spiegelbergii ob prædandi licentiam 1434. expugnavit. A Nicolao Delmenhorſtano Archiepiſcopo Bremenſi

a Limn. Jur. publ. 4,8,116.

b Unde Wolfenbutelanæ lineæ prætenſa præcedentia nulla fuit.

c Mit dem ſchieben Bein.

menſi poſtulatus adminiſtrator, cives Bremenſes inter ſe diſſidentes reconciliavit. Obiit ſine prole 1445. FRIDERICUS *religioſus* ejus frater, cum Monaſterienſibus adverſus Colonienſem Archiepiſcopum opem ferret, ab hoc captus & Coloniam 1454. ductus eſt. Reverſus Cellis cœnobium Franciſcanorum extruxit, & illud ingreſſus, filiis, quos ad pietatem, juſtitiam & humanitatem hortatus erat, regimen tradidit: Eorum vero morte præmatura ad regimen retractus ſeptennio adhuc ditionibus præfuit, & 1478. mortalitatem exuit. Ex *Magdalena Brandeburgica* ducta 1430. extincta 1480. ſtemma propagavit: genitis *Margareta*, quæ Ulrici D. Megapolitani in Stargard uxor fuit, *Bernardo* & *Ottone*. Ille BERNARDUS, initio adminiſtrator Epiſcopatus Hildesheimii 1452. creatus, poſt ſexennium patris juſſu dignitatem reſignavit, & ducatum Lunæburgenſem regendum ſuſcepit, ſed 1464. ſine liberis ex *Mechtilde* f. *Ottonis C. Schauenburgii*, extinctus eſt. Hic OTTO cogn. *Victorioſus* ducatum poſt fratrem rexit, princeps magnanimus & juſtus: conjurationem nobilium, cujus capita Schulenburgii Bartenslebii, qui Bernardi morte metu ſoluti, Ottonis ætatem aſpernabantur, repreſſit, eosque ad obſequium & ut ſupplices fierent reduxit. 1464. *Hizacker* Wernero Bulovio ereptum ducatui junxit. Sed ante patrem 1471. deceſſit, relicta vidua *Anna* f. *Ioannis C. Naſſo-*

Fridericus D.

54

Bernardus Dux.

Otto Dux.

C. Naſſoviæ ex Dilleburgiis, quæ iterum Philippo C. Catimelibocenſi nupſit, ſed altera vice vidua poſt ſoceri mortem pro filio ditiones adminiſtravit, & 1514. rebus humanis exceſſit.

Henricus D. Filius fuit HENRICUS *junior* vel *medius*, qui 1514. Henrici agnati auxiliaris fuit in bello adverſus Friſios, ſed inprimis eo innotuit, quod in bello *Hildesheimio* 1519. adverſus *Brunſuicenſes*, aſtitit *Ioanni epiſcopo*, unde ipſocum proſcriptus eſt. Ad Soltaviam magno prælio vicit hoſtes, & Ericum captum honorifice habuit. Res dein non ſine multo Epiſcopatus detrimento compoſita. Creditus *Henricus* partibus *Gallicis* ſtudens excitaſſe illo tempore interregni bellum, ut *Caroli V.* electio turbaretur. Idem conventione *Mindenſi* agnatis *Henrico* & *Erico* 1512. partem dimidiam, quam Lunæburgici in *Gœttingenſi principatu* cum civitate *Hanovera* habebant, quibusdam ſervatis conceſſit, alia viciſſim ab ipſis recipiens; nec tamen quæ in *Brunſuicenſi* urbe ad familiam ſpectant, ſimul tranſtulit.[a] (Anno 1512. autem ei ſua in *Lunæburgo* jura *Henricus* & *Ericus* agnati viciſſim conceſſerant) Henricus in exilio Lutetiæ mortuus 1532. ex *Margareta Erneſti Elect. Saxoniæ filia* genuerat 1492. *Eliſabetham*, 1495. *Ottonem*, 1497. *Erneſtum*, 1499. *Apolloniam*, 1502. *Annam*, 1508. *Franciſcum*. Ex quibus filiarum prima Carolo Geldriæ duci 1518. nupſit, & vi-

a Hortled. I. 4, 110. p. 1155. ſeq.

& vidua deceſſit 1572. minor natu 1523. Barnimo D. Pomeraniæ deſponſata eſt, & 1568. obiit, media virgo extincta eſt 1571. Inter filios FRANCISCUS *Gifhornæ* habitavit, cum fratre Auguſtanæ Confeſſioni ſubſcripſit, & 1549. vitæ clauſulam invenit, princeps inſigniter pius: Ex *Clara* f. *Magni D. Saxoniæ inferioris* 1547. ducta, quæ 1576. mortua eſt, non niſi filias ſuſcepit *Catharinam* & *Claram*, quarum illa Henrico Rutheno Burggravio Miſniæ 1564. hæc Bernardo principi Anhaltino, iterum 1572. Bogislao D. Pomeraniæ nupſit. Duo reliqui duarum linearum ſatores fuere. Ille OTTO, quam aliquandiu geſſerat adminiſtrationem provinciæ, fratri accepta pecuniæ certa in ſingulos annos penſione, conceſſit, & *Harburgios* ſevit. Cum fratribus 1530. in comitiis *Auguſtanis* rem religionis urſit. 1549. vita exceſſit. Cum filius OTTO *junior*, præter alios utriusque ſexus in tenera fere ætate extinctos, ex nobili *Metta* f. *Mechtilde de Campen* [a] 1528. ſuſceptus eſſet, linea à reliquis agnatis initio non agnoſcebatur, ſed authoritas Cæſarea illam tutata eſt. Suſcepit vero *Otto*, qui 1603. mortuus eſt, ex *Margareta* f. *Ioannis Henrici C. Schwvarzenburgii* 1551. ducta, quæ 1557. extincta eſt, 1553. *Eliſabetham*, dein 1582. Erico Braheo C. Wiſings-

Franciſcus Dux.

Otto D.

Otto jun. D.

[a] Familia vetus inter nobiles Lunæburgios. Juxta Bunting. Chron. Brunſuic. Reuſn. vocat Annam Comitiſſam de Compenmois Italam: quæ mortua 1580. Alii Com. de Compiegne vocant.

Wisingsborgio nuptam, & 1617. defunctam, 1555. *Ottonem Henricum*, & 1557. *Ioan. Fridericum*, quorum ille 1591. hic 1619. vivendi finem fecere. Ex altera conjuge *Hedvvige* f. *Ennonis C. Ostfrisiæ* 1562. ducta, quæ 1616. mortua est, genuit, præter eos qui in tenera ætate extincti sunt, 1564. *VVilhelmum*, 1567. *Annam Margaretam*, quæ 1643. præposita Quedlinburgia decessit, 1569. *Hedvvigem* (1620. fato functam) 1570. *Christophorum*, 1572. *Ottonem*, (qui *Hedvvigem* f. *Iulii D. Brunsuicensis* 1621. duxit, sed 1641. mortuus est) 1573. *Ioannem*, (1625, mortuum) 1577. *Catharinam Sophiam*, quæ 1619. Hermanno C. Schauenburgio nupsit, 1578. *Fridericum* (qui Carolo Sueciæ regi in Livonia militavit, & 1605. mortuus est.) Cæterum omnes hi filii ἄπαιδες extincti; Ultimus lineam terminavit 1642. WILHELMUS, qui post academias, Galliam, Angliam, Germaniam, Italiam, Belgium, Ungariam, Sarmatiam, Daniam multa diligentia peragraverat, & à patris morte initio cum fratre *Christophoro*, (qui *Elisabetham* f. *Iulii D. Brunsuicensis*, viduam Adolfi Com. Schauenburgii 1604. duxerat, sed 1606. fato suo functus est) dein solus regimen (ob quod destinatum in orientem iter omittere coactus est) gesserat; Princeps linguarum & studii *Theologici* apprimè peritus, unde extant aliqua de diversis articulis fidei manuscripta ab ipso concinnata. Harburgum etiam

Wilhelmus D.

etiam plurimum excoluit, & rem monetariam inprimis integram ſervaſſe & curaſſe commendatur. *Hic* (ERNESTUS ex *Henrici* filiis) in aula Friderici III. Elect. Saxoniæ educatus, Witebergæ literis incubuit. Inde in Gallia commoratus eſt, & ordinem regii judicii diligenter obſervavit. In patriam reverſus, patre abſente, Evangelicam doctrinam juxta *B. Lutheri* ſenſum ditionibus introduxit, Catecheſi populum adſuefecit, & literarum ſtudia promovit in opidis. Inde in comitiis 1530. cum *Franciſco* fratre & aliis principibus *Auguſtanæ Confeſſioni* ſubſcripſit, & Cæſari obtulit, eoque facto acceſſit *Smalcaldico* fœderi: Ob quæ à Cæſare aliquandiu *inveſtitura* ipſi negata. In ſedando tumultu ruſtico 1525. & poſtea Anabaptiſticis Monaſterienſium furoribus compeſcendis, cum aliis operam ſuam junxit. Poſtea ob imperium urbis *Brunſuici* cum agnato *Henrico* lis fuit, ſcriptis acta. Contra hunc etiam Joanni Friderico Electori Saxoniæ 1542. aſtitit. Deceſſit princeps & aliis omnibus boni principis virtutibus condecoratiſſimus & pientiſſimus, ac Theologorum, in quibus Urbanum Regium ſummo in pretio habuit, amantiſſimus, 1546. Genuit verò ex *Sophia Megapolitana* 1528. ducta 1541. in puerperio extincta, præterfilias *Margaretam*, 1534. *Catharinam*, 1537. *Eliſabetham Urſulam* 1539. *Magdalenam* 1540. *Sophiam* 1541. natas (quarum prima Joanni Comiti Mansfeldio

Erneſtus D.

feldio 1559. tertia 1558. Ottoni C. Schauenburgio, quem morte 1516. destituit, quarta 1561. Arnoldo C. Bentheimio, extincta dein eodem cum sorore anno, quinta 1562. Popponi princ. Hennebergio nupsere) filios quatuor,

Franciscus Otto D.

1530. FRANCISCUM OTTONEM successorē, qui 1559. tertio mense post nuptias cum *Elisabetha Magdalena* f. *Ioachimi II. Electoris Brandeburgici* filia fatis raptus est, 1532. FRIDERICUM cui prælium *Sivershusanum* 1553. ferale, 1533. HENRICUM & 1535. WILHELMUM. Quorum hi duo ramos peculiares constituunt.

I. LINEA DANNENBERGIA, nunc WOLFENBUTTELANA.

Henricus Dux.

HENRICUS initio communibus auspiciis post patris mortem cum fratre Wilhelmo ducatum rexit decem annis, inde cælibem vitam eligens, conventione cum eo facta, huic ducatum reliquit, & retinuit principatum *Dannebergium*. Successionis *Grubenhagensis* partem ultimo mortuo ab agnato *Henrico Iulio* frustra petiit, & mutato cælibatus proposito ducta 1569. *Ursula Saxonica Francisci Lauenburgici* filia, genuit præter filias 1576. *Sibyllam Elisabetham* 1601. Antonio Juniori C. Oldeburgio nuptam, & 1577. *Sidoniam*, 1645. extinctam,

extinctam, filios 1571. JULIUM ERNESTUM, 1572. FRANCISCUM, 1579. AUGUSTUM, & 1598. rebus humanis exemtus est. E filiis *ille* post patrem *Danneberga* præfuit, & bis maritus, primum *Mariæ* f. *Ennonis C. Frisiæ*, quæ 1616. extincta, & dein 1617. *Sibyllæ* patruelis, quæ 1652. maritum secuta, ex illa pater *Mariæ Catharinæ*, natæ 1616. & nuptæ 1635. Adolpho Friderico D. Megapolitano, nullo masculo relicto 1636. vita excessit. *Iste* Canonicus *Argentinensis* & *Colonienſis* non procul *Argentorato* torrente *Rencha* 1601. haustus in urbis summo Templo cubat: *Hic* initio etiam Canonicus *Argentinensis* in ea urbe vixit. Inde *Hizgera* habitanda data est. Cum vero etiã *Fridericus Ulricus Brunsuicensis* lineæ ultimus extinctus esset, non illi tantum, sed & huic in principatu *VVolfenbutelano* successit. Ejus etiam linea in pace *Osnabrugensi*, si deficiat Cellensis, ad alternationem *Episcopatus Osnabrugensis* vocatur. Post primum cum *Clara Maria* f. *Bogislai D. Pomeraniæ* 1607. initum & 1623. morte diremtum matrimonium, ex quo nihil liberorum superfuit, egregiam sobolem, paternarumque virtutum æmulam è posterioribus sustulit; ex *Dorothea* f. *Rudolphi principis Anhaltini* 1623. ducta, 1634. mortua, 1628. *Rudolphum Augustum*, 1629. *Sibyllam Ursulam*, doctissimam principem, Christiano D. Holsatiæ nuptam & 1671. extinctam, 1632. *Claram Augustam*

Iulius Ernest. Dux Augustus D.

guſtam, 1653. Friderico D. Wirtenbergio ſociatam, felicem inſignis ſobolis matrem, 1633. *Antonium Ulricum*: ex *Sophia Eliſabetha* f. *Ioannis Alberti Ducis Megapolitani* 1635. ducta, 1636. *Ferdinandum Albertum* & 1638. *Mariam Eliſabetham*, Adolfo Wilhelmo Duci Saxoniæ junctam, nunc vero Alberti D. Saxoniæ ſponſam. Porro pater Auguſtus ætate omnes alios noſtri temporis in Germania principes ſuperavit, & pietate ejusque cura, juſtitia, atque literis [a] inſigne nomen promeritus eſt [b]: Ejus curæ ortum debet bibliotheca *Guelferbytana*. [c] Jam ſenex viſum amiſit, & raro exemplo iterum felici medici cura recepit, ſed & eo ſanitatis vigore fuit, ut per 50. integros annos in illa nihil deſideraretur. Demum naturæ conceſſit 1667.

Rudolphus Auguſt Dux. Ex filiis RUDOFUS AUGUSTUS patri ſucceſſit, & Guelferbyti habitat. *Brunſuigam*, à majoribus & altera inprimis linea toties impetitam, obſedit & ſubjugavit. Cum agnatis fœderatorum

a Sub nomine *Guſtavi Seleni* in quibusdam ſcriptis latere voluit.

b De eo præclare & verè I. A. P. in epiſt. dedic. ad Schvvarzkopf. præfixa Iſm. Bulliald. L. 2. pro Eccl. Luſit. ad Clerum Gall. *Non alieno regitur imperio, neque jubendi ac vetandi impos nihil ex ſumma fortuna præter licentiam uſurpat, ſed prudentia non minus quam nominis ac annorum ſimilitudine Auguſto illi Cæſarum felicissimo conferendus, totum ſe Reip. dicavit, nihil aliud in principatu, niſi beatam ſuorum potiùs quam ſuam vitam ſpectare ſolitus.*

c De qua Celeberr. Herm. Conringius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [550] - 514
PUBLIC DOMAIN

deratorum copiis in præsenti bello suas junxit, adversus Gallos in Rhenanis partibus atque Mosellanis, & Suecos in Bremensi ditione. Ex *Christina Elisabetha* f. *Adolphi Friderici C. Barbiensis* 1650. ducta, non nisi filias suscepit 1653. *Dorotheam Sophiam*, & 1654. *Christinam Sophiam*, quarum illa Joanni Adolpho D. Holsatiæ nupsit. ANTONIUS ULRICUS princeps literis insigniter excultus [a], fratris auspiciis regiminis curam Guelferbyti gerit: Alioquin ei assignatę sunt præfecturæ *Schœningen, Ierxheim, Voigtsdalen & Calvörde*. Tum Evangelicorum *Argentinensium Canonicorum*, in quibus ei ex Pace Osnabrugensi locus datus est, penes ipsum directorium est. 1656. nuptias celebravit cum *Elisabetha Iuliana filia Friderici D. Holsatiæ* consobrina, ab ineunte ætate sibi destinata, & ex ea suscepit sobolem paternarum ac avitarum virtutũ æmulam. Superant tres filii, nati 1657. *Augustus Fridericus* (qui Argentinæ aliquandiu vixit, inde peragratis exteris oris autoritate Cæsaris legionem ducit Colonellus) ..... *Augustus VVilhelmus*, 1671. *Ludovicus Rudolphus*: tum filiæ quatuor, quarum prima *Elisabetha Eleonora*, nata 1659. Joannis Georgii Ducis Megapolitani vidua est. FERDINANDUS ALBERTUS ex tertio matrimonio in *Bevern* habitat, maritus *Christinæ* filiæ Friderici Landgravii Hassiæ, unde filias habet,

Anton. Vlricus Dux.

Ferdinandus Albert. Dux.

a Studia ejus pia docet Christliches Harpffenspiel.

filii autem duo mortui sunt. Ei item præbenda in Argentinensi episcopatu Osnabrugensi pace assignata est.

II. CELLENSIS. vid. p. 512.

Wilhelmus D. WILHELMO *Cellensis* obtigit hæreditaria portio: cui 1582. *Hojensibus* comitibus extinctis accessit comitatus ille, quem communi cum agnatis *Iulio* & *Erico* jure, ut & 1585. solus *Diepholtensem* mortuo *Friderico* comite ultimo, adiit. Mortuus est 1592. ex *Dorothea Danica* Christiani III. Regis filia 1561. ducta, quæ 1617., mortua est, numerosa prole suscepta: præter filias (quæ octo numero *Sophia*, nata 1563. Georgio Friderico M. Brandeburgio 1579. nupsit, 1639. decessit, *Elisabetha* 1565. genita, Fridericum C. Hohenloicum 1585. maritum nacta est, & mortua 1621. *Dorothea*, edita 1571. 1586. thorum ingressa est Caroli C. Pal. Rheni, & de subditis optime merita obiit 1649. *Clara*, lucem aspexit 1571. 1593. Wilhelmo Com. Schvvarzburgio 1593. juncta, viduam vitam diuturnam duxit in Heringen usque ad excessum 1658. *Anna Ursula* 1572. seculum ingressa, 1601. egressa est, *Margareta* 1573. in lucem edita, Joanni Casimiro D. Saxoniæ 1599. copulata, ad 1643. superfuit, *Maria* natalem 1575. habuit, emortualem 1610. *Sibylla* vitam hausit 1584. accepit conjugem *Iulium*

Iulium Erneſtum patruelem, & illam clauſit 1652.) ſeptem filii ſuperfuere patri, quos cum patruo *Henricus Iulius* ſucceſſione *Grubenhagenſi* excluſit; unde utriusque lineæ *Brunſuicenſis* & *Lunæburgicæ* controverſia. Cæterum filii nati Erneſtus 1564. *Chriſtianus* 1566. *Auguſtus* 1568. *Fridericus* 1574. *Magnus* 1577. *Georgius* 1582. *Ioannes* 1583. communi pacto conſtituere, ut uno ſolum uxorem ducente, quæ ſors in *Georgium* cecidit, reliqui cœlibem ducerent vitam.[a] Ex illis ERNESTUS primus patri ſucceſſit, ad annum usque mortis 1611. Hinc CHRISTIANUS *ſenior*[b], *epiſcopus* etiam *Mindenſis* ab anno 1599. Huic cum *Friderico Ulrico* agnato, qui lineæ Guelferbytanæ ἐξοχὴν aliquam urgebat, de *priori ſede* fuit controverſia. Demum[c] ut *Rex Daniæ* poſſet *inferioris Saxoniæ circuli* dux eſſe, quod munus Chriſtiani erat, hic ætatis gravioris prætextu abdicatus eſt: juſſi vero à Cæſare ordines, imperium circuli ei reſtituere. Vitam terminavit 1633. Poſt illum AUGUSTUS, olim 1605. *Hanſeaticarum* copiarum, quæ *Brunſuico* ſaluti fuere, dux, regimen ſuſcepit, qui ſimul *Raceburgenſis* ad-

Erneſtus D.
Chriſtianus Epiſc. Mind.

a Concordiam hanc amicam fratrum Turcarum Imperator ita, cum de ea loquentes audiret, miratus dicitur, ut rem dignam crederet, quam ut oculis uſurparet longum quis ſuſciperet iter.

b Ita dictus comparatione Chriſtiani filii Henrici Julii agnati.

c Vide Limn. Jur. publ. 4, 9, 70.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [553] - 517
PUBLIC DOMAIN

sis administrator fuit. 1634. extincto agnato *Friderico Ulrico Grubenhagium* principatum *Cellensi* junxit, & rebus humanis excessit 1636. Successit FRIDERICUS [a] præpositus Bremensis in utroque, & ad 1648. gessit, quo rebus humanus exemtus est. Ad reliquos fratres MAGNUM, GEORGUM, & JOHANNEM Canonicum *Mindensem* fatis præreptos (Primus enim 1632. secundus 1641. tertius 1628. extincti sunt) ordo successionis Lunæburgicæ delatus non est; istius tamen, *Georgii*, nomen celebre. Nam qui 1591. Jenam incoluerat, inde aulas varias inviserat, 1604. Belgium etiam lustraverat, aque Mauritio principe, tum 1606. ubi Rinbercanæ obsidioni interfuit, ab Archiduce & Spinola singulari honore cultus fuerat, hisce operam erat addicturus 1607. nisi induciæ interveniissent. Inde exteras regiones 1608. Franciam & Angliam 1609. Italiam, Siciliam, Melitam, peragravit. 1611. sub *R. Daniæ* adversus *Suecos* prima stipendia fecit, legionis dux, inde *generalis Vigiliarum præfectus*, inprimis vero ad Calmariam strenue se gessit. Seq. anno munus iterum deposuit. 1616. A fratribus missus Pragæ apud *Imperatorem* difficultates causæ *Grubenhagicæ*, ut lata 1609. in favorem *Lunæburgiorum* sententia publi-

Georgius D.

[a] Ex pacto solennes nuptias non contraxit: pater vero ex filia Secretarii fuit Ernesti Lunæburgii (Juncker Ernst von Lüneburg.)

publicaretur, urſit: quæ paulo poſt expeditæ. 1619. In *dieta circulari* habita Brunſuigæ *inferioris Saxoniæ* dux militaris conſtitutus eſt, quo titulo ſe abdicavit 1624. & *ſeq. anno* Cæſareas partes adverſus regem, Saxonici circuli creatum Ducem, quem agnati *Friderici Ulrici* orbitati imminere verebantur Lunæburgici, in juſti militis modum amplexus eſt, duxitque primum duas, pedeſtrem & cataphractorum, demum 17. legiones. Cum poſt triennium aliquot legiones in *Italiam* mittendæ eſſent, ipſe honorifice à Cæſare dimittitur. Sed dein ex *Lipſienſis* fœderis præſcripto copias ſcribit, paulo poſt *Suecia Regi* aperte accedens. Poſt hujus mortem ei una cum Cniphuſio tertia pars exercitus Suecici commendata, qua per *VVeſtfaliam* ac ad *Viſurgim* res ageret, *Haſſis* junctus. 1633. his auſpiciis & copiis *Hammelam*, cæſis ad *Oldendorf* Cæſareanis ducibus *Merodio* & *Gronsfeldenſi*, *Oſnabrugum* & *Petersburgum* munitionem cepit. *Anno ſeq.* in dieta circulari habita Halberſtadii deſignatus *generalis circuli Saxoniæ inferioris*, & una cum Haſſis *Gehlenium* in Monaſterienſem agrum perſecutus eſt, ubi *Hammoniam* ſine ullius viri jactura & alia, atque retrocedere ob penuriam coactus *Hildesheimium* & *Mundam* occupavit, *Nyenburgo* etiam & *Neuenſtatt* ad obſequium reductis. 1635. *Pace Pragenſi* Cæſari reconciliatus & cauſa *Brunſuicenſis* ſucceſſionis expedita;

unde *seq. anno* in principatu *Calenbergio* à subditis receptus est. Post hæc 1637. *Gallassio* Suecos in *Pomeraniam* rejicienti astitit, & per otium recuperavit sua. Sed 1638. *Gallassio* petenti hyberna negans, ad hostem iterum inclinare deprehensus est : & Gallassius ne utrinque premeretur , tanto magis maturavit iter. Itaque post hæc iterum Suecica secutus est auspicia[a]: ita tamen ut quæ ejus subsidio gererentur, alienæ gloriæ cederent. Ad extremum 1641. cum *Guelferbyto* iisdem , quibus olim *Pappenheimius*, obstruendo fluvii alveo, operibus expugnando intentus esset, jam ab aliquot annis viribus fractus defecit , relictis ex *Anna Eleonora* f. *Ludovici Landgravii Hassiaci*, 1617. ducta, quæ Herzbergæ vidua habitavit & 1659. extincta est , præter filiam *Sophiam Amaliam*, natam 1628. & 1642. nuptam Friderico, qui dein Rex Daniæ hoc nomine III. fuit, & marito vidua supersest, filiis quatuor. Ex his CHRI-

Christianus Ludov. Dux.

STIANUS LUDOVICUS, nat. est 1633. princeps sinceri animi & magni. Patruo 1648. in principatu *Cellensi* successit. In pace Osnabrugia præla-

a De eo acerbius judicat autor Epit. rer. Germ. Lunæburgicus Svedici satellitis Satrapa & prætorii ejus assecla (nam quicquid gerendum & ab auspicio ejus & in famam Suedici nominis cedebat) quam sibi majoribusque suis & tot consanguineis principibus , quos perpetuo magni beneficii auctoramento sibi obnoxios facere poterat , magis quam ut se ipsum exteri dominatus mancipium fieri pateretur , similis esse maluit, &c.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [556] - 520
PUBLIC DOMAIN

prælaturam *VValckenried* obtinuit. In bello Danico ut *Saxonici inferioris circuli Dux* Bremerfœrdæ recuperandæ jam collegerat copias, ut res ad bellum ſpectaret. Duxerat 1653. *Dorotheam* f. *Philippi Ducis Holſatiæ*, ſed matrimonium ſterile fuit, & morte illius 1665. diremtum. Hac controverſiæ inter fratres, quæ [a] ſcriptis acta, cauſa ſubminiſtrata eſt, & Joannes Fridericus, qui exſpiranti præſens fuerat, poſſeſſionem arcis & civitatis occupavit, legatorum fratris Georgii Wilhelmi diplomata cancellariæ, templo & curiæ affixa refixit, propoſitum compoſſeſſorium repudiavit, & alias præfecturas quæ Calenbergiis jam fidem dederant in ſuas traxit partes, tanquam legitimus Chriſtiani Ludovici in Cellenſi principatu ſucceſſor. Eandem viciſſim ſibi deberi Georgius Wilhelmus prætendebat, quod in teſtamento patris 1641. quo exæquatio duorum principatum præcepta, & alter quem optaſſet primogenito, alter ſecundogenito deſtinati, cautum ſit, ſi contingeret primi lineam deficere, ut reſiduæ ſecundæ iterum permitteretur optio, prius habitum an recens vacuefactum tertiogenito vel quartogenito relinqueret. Hac optionis libertate gaudere volebat, quod teſtamentum hereditario pacto majorum

[a] Edita: Kurtzer Bericht von dem Sereniſſimo Hertzogen G. Wilhelmen ꝛc. competirenden Jure optionis, &c. Ex altera parte, begründeter Gegen-Bericht ꝛc.

fratrum & dein juniorum juramento confirmatum sit, occupationem autem hanc turbationem interpretabatur. Demum cum conductis utrinque copiis ad bellum res spectaret, plures vero principes suas partes interponerent, ita transactum est, ut Georgius Wilhelmus Cellensem, frater Joannes Fridericus certis conditionibus Calenbergium obtinerent.

Georg. Wilhelmus D. GEORGIUS WILHELMUS natus 1624. *Calenbergium* s. *Hannoveranum* principatum à patre habuit, dein, quod audivimus, cum *Cellensi* hunc permutavit. Italiam semel atque iterum adiit, & in ea aliquandiu commoratus est. Cum fratre Ernesto Augusto & agnato Rudolpho Augusto adversus Francos arma junxit fœderatis in Alsatia 1673. inde 1674. *Trevirim* expugnavit, victo ad Conzerensem pontem & capto Marescallo Crequio: inde in Suecos etiam eadem convertit. Conjugem duxit imparis conditionis ex vetusta tamen Francorum nobilitate[a] *Eleonoram Desmiers* s. *Alexandri Domini d' Olbreuze*, quæ Domina de Harburg dici solita. Ex ea suscepta filia ab Imperatore Ducissa Brunsuici & Lunæburgi declarata est.

Joannes Frider Dux. JOANNES FRIDERICUS natus 1625. Religioni Pontificiæ 1651. accessit. Fratre Christiano Ludovico mortuo Cellensem principatum

[a] Descendit à Fulcone D'esmiers Dn. de Lolbroise circa 1082. Avus Eleonoræ Alexander Subizii Ducis in bello Hugonotarum exercitus generalis locumtenens fuit, & in Medulensi pago cum filio Joanne cæsus est.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [558] - 522
PUBLIC DOMAIN

patum prætendit, ſed Calenbergium obtinuit, & Hannoveræ habitat. Princeps eſt judicii inſignis & in legendis libris induſtrius. In præſentibus motibus Gallicis & Suecicis partibus favit, atque ut pax maturaretur fœdere junctus fuit, inde abductus neutralitati inhæret, copiis non contemnendis inſtructus. Uxorem habet ab anno 1668. *Benedictam Henricam Philippam* f. *Edoardi C. Palatini Rheni*, in Galliis natam & educatam. Ex ea filiæ ſuſceptæ ſunt. Fratrum minimus ERNESTUS AUGUSTUS, natus 1620. ſanctione pacis Oſnabrugenſis, (in qua jus hoc non huic lineæ ſolum, ſed & ſi deficeret Wolfenbutelanæ quæſitum eſt, ut alternis vicibus cum Pontificiis Epiſcopatum tenerent) *Oſnabrugenſis* Epiſcopus deſignatus eſt, & 1661. mortuo Franciſco Wilhelmo ex comitibus Wartenbergiis Epiſcopo ſucceſſit. Cum fratre Georgio Wilhelmo eadem egit, in expugnandis Treviris & Crecquio inflicta clade victoriæ conſors. Uxorem duxit *Sophiam Friderici V. Elect. Palatini filiam* 1658. ex qua geniti ſex filii 1660. *Georgius Ludovicus, Fridericus Auguſtus, Maximilianus Wilhelmus, NN., NN., Erneſtus Auguſtus.*

Erneſt. Auguſt Epiſcop. Oſnab.

II. BRUN-

II. BRUNSVICENSIS vel GUELFERBYTANA ſ. WOLFENBUTELANA PRIOR. vide pag. 505.

Henricus D. HENRICUS *Magni* filius, alterius rami, qui cum *Calenbergio Guelferbytanum* principatum tenuit, fuit ſator. Martii animi princeps 1388. Lunæburgenſes ſuperavit, 1395. Ottonem Schaumburgium impetiit. 1404. ab Hermanno Eberſteinio, Simone & Bernardo Lippiæ Comitibus captus, nec niſi promiſſo lytro 20000. floren. dimiſſus, ſed à Pontifice à juramento abſolutus eſt: Lippienſium proſcriptorum ditiones ferro & flamma vaſtavit. Cum Verdenſi Epiſcopo perpetuas aluit inimicitias. Cæteroqui juſtitiæ amantiſſimus princeps obiit 1416. Uxores habuit *Sophiam* ſ. *VVratislai D. Pomeraniæ* 1386. ductam, & *Margaretam* ſ. *Hermanni Landgr. Haſſiæ*: ex hac 1411. natus

Henricus D. HENRICUS, pacificus, vel Lappenkrieg/[a] adoleſcens 20. annorum ope Ottonis Lunæburgii Wolfenbutelium fratri externis bellis occupato eripuit, ſed cum ad inteſtinum bellum res ſpectaret, aliorum interventu ea compoſita, & Wilhelmo Homburgum & Calenbergia conceſſa. Reliquam fere ætatem in tran-

[a] Wo er etwas wolt anfangen / ſo klappet es gleich als baſt/ und war eitel Lapperey. Inde à militibus hoc illi nomen.

tranquillitate ſumma exegit, veteribus patribus ut pietate ſic paſtoritio ſtudio non valde abſimilis. Deceſſit 1473. ex *Helena* f. *Adolphi D. Cliviæ* filia 1471. defuncta, non niſi filia relicta *Margareta*, nupta Wilhelmo principi Hennebergio 1469. Ex priori conjuge *Sophia Pomerana* Henricus iſtius pater genuerat præter *Catharinam* Friderici bellicoſi Electoris Saxoniæ conjugem 1442. defunctam, WILHELMUM *ſeniorem* à ſeptem victoriis (quas 1421. adverſus Huſſitas ad Brunam Moraviæ, 1422. adverſus Hildeſienſes, cum Grunenſem arcem etiam vi expugnavit, 1424. pro Sigismundo contra Turcas, 1427. ab Erico Daniæ rege ad Flensburgum pro Sleſuicenſibus & civitatibus maritimis, 1446. adverſus Theodoricum Archiep. Moguntinum, 1462. contra Mauritium C. Oldenburgium, Bremenſes & Hojenſes ad Wœlpam, 1479. ab Einbeccenſibus reportavit) *Victorioſus* vel etiam Gottskuhe cognominatus, *Ottonis Gœtingenſis*, cujus tutor fuerat, ditiones initio 10000. aur. oppigneratas, inde eo mortuo ſucceſſione hereditaria pro media parte obtinuit, altera tamen *Lunæburgiis* agnatis ut cederet, compelli non potuit[a]; unde usque ad *Mindenſem* transactionem linearum controverſiæ: demum Wilhelmus nonagenarius 1482. deceſſit. Ex *Mechtilde* f. *Ottonis Comitis Schauenburgii*, vidua Bernardi D. Lunæburgii non

Wilhelmus ſen. D.

a Hortled. 1, 4, 125. p. 433.

non nisi *Ottonem*, qui matrem in puerperio extinctam 1468. mox secutus est, ex priori vero *Caecilia* f. *Friderici I Elect. Brandeburgici* 1427. ducta duos superstites habuit filios. Inter quos

Wihelmus junior D. WILHELMO *Gœtinga*, *Friderico Hannovera* obtigerant, sed ille sive ejus filii hunc in vinculis tenuerunt, (unde etiam hic *Fridericus* nulla relicta prole ex *Anna Erici D. Brunsuicensis* & *Margareta Conradi C. Rietbergii* filia, quæ ducta 1483. diu ei superstes fuit, 1494. ob capitis imbecillitatem in custodia obiit) & Wilhelmus tranquillitatis amantior, qui etiam *Helmstadium* urbem ab Abbate 1490. emit, demum administratione filiis tradita & regione inter eos divisa, 1503. vita functus est. Ex *Elisabetha* f. *Botonis C. Stolbergii*, quæ 1499. mortua est, suscepit præter *Annam*, Wilhelmo sen. Landgravio Hassiæ nuptam, duos filios *Henricum* & *Ericum*, ex quibus duarum linearum *Guelferbytanæ* & *Gœtingiæ* pater est.

I. GUELFERBYTANA.

Henricus senior D. HENRICUS *senior* vel *malus* (der Quade) dictus, filius *Wilhelmi junioris*, natus 1463. bella ex bellis serens, semet & subditos variis molestiis implicuit: cum *Hildesheimiis*, & urbe *Brunsuicensi* 1492. ob agros, quos in principatu illa habebat, & ob quos tributum, atque vectigalia rerum exportandarum & importandarum

darum dux petebat, bellum gessit: hic eos ope principum & comitum vicinorum aggressus est, civitati alii vicini auxilia ferebant, ita ut Duce in cœnobio *Rittershusino*, ut comeatum præcluderet, hybernante, *Hildesheimienses* inferrent necessaria. Res demum composita, ut 2. arces, quas eripuerat dux, civitati restitueret, duas sibi servaret, & amnestia sancita, cives fidele principi officium præstarent. Hinc 1514. Henricus in *Ostfrisia* in obsidione arcis *Orthi* globo tormentario capite truncatus interiit.[a] Ex *Catharina Bogislai M. D. Pomeraniæ*, cujus interventu difficili bello cum Hildesheimiis & civitatibus Saxonicis eluctatus est, sorore 1486. ducta, quæ 1526. obiit, filiæ fuere *Elisabetha*, quæ perhibetur Wilhelmo C. Hennebergio nupsisse,[b] & *Catharina* Magno D. Saxoniæ

a *Epitaphium apud Bunting.*

Salvifico à partu sinuosum mille per orbem
annis quingentis bis septem jamque peractis
eum pia concelebrat solemni Ecclesia ritu
Baptistæ sacri clarissima festa Joannis:
Henricus senior bello imperterritus heros
Brunsuigi illustris Dux, Lunæburgicus atq;,
Consultor bonus & numerosa prole beatus,
Ordum dum castrum dura obsidione premebat
per caput auricomum trajectus glande volucri
flammifici saxi Phrysiis occumbit in agris.
Brunsuigæ in templo Blasii requiescit avito
corpus, at invecta est superis anima illius astris.

b Videtur hoc matrimonium suspectum, cum ab Hennebergicis non memoretur.

xoniæ inferioris copulata, & 1563. extincta: Filii autem fuere plures. CHRISTOPHORUS natus 1487. Vix puer 1493. fit *Verdenſis* Epiſcopus, inde Archiepiſcopus *Bremenſis*, à *Iohanne Rhodio* aſſumtus pridem Coadjutor, ut ſe adverſus *Magnum D. Saxoniæ inferioris* defendere melius poſſet, ei vero ſucceſſit 1511. dein 1557. cum à ſubditis æri alieno, quod vita ſolutius acta, & bellis contra *Albertum Brandeburgicum* geſtis contraxerat, exſolvendo, tributa exigeret, & *Urſatici pagi in Friſia* incolas ea pendere detrectantes caſtigaſſet, ab *Erico* patrueli vi repreſſus, atque in conſilio conventus Saxonici accuſatus, parum ab amittendo archiepiſcopatu abfuit, quem tamen cum deprecatione ordines placaſſet, ad mortem usque, quæ eum ſeq. anno oppreſſit, retinuit.[a] GEORGIUS *Caroli V.* miles in bello *Smalcaldico*[b], & dein *Epiſcopus Mindenſis*, ac poſt fratrem *Archiepiſcopus Bremenſis*, qui licet *Evangelicus*, nihil tamen in religione publice mutavit, morum gravitate & literarum cultu egregius princeps. Morte oppreſſus eſt 1566. FRANCISCUS nat. 1492. *epiſcopus Mindenſis*, fratris adverſus *Hildesheimium* adjutor vel potius belli fax, 1529. vita exceſſit. ERICUS captus in prælio Lunæburgio ſed lytro ſoluto dimiſſus, & 1525. Confluentiæ extinctus, & WILHELMUS Commendatores Teutonici (quo-

Chriſtophorus archiep Brem.

Georgius archiepiſc. Brem.

Franciſcus Epiſc. Mind.

a Thuan. L. 18. p. 864. 865.
b Thuan. L. 2. p. 100.

(quorum hic ab Henrico fratre, cum ei in prælio *Lunæburgico* vitam ſervaſſet, vix ab *Hildesheimio* Epiſcopo dimiſſus, diuturno carcere vexatus, & ut patrimonio, acceptis 2000. annuis aureis & jure *primogenituræ* probato, renunciaret, coactus eſt: ob quod apud Cæſarem Proteſtantes Henricum accuſavere.[a] *VVilelmus* 1558. mortuus eſt) & ante omnes dicendus ille HENRICUS *junior* natus 1589. Princeps otii & quietis impatiens, totus etiam ad rumpendam apud alios pacem ſpectabat, adeoque multarum in Germania miſeriarum autor fuit.[b] In juventute *Georgio Saxoni* adverſus *Friſios* ſerviit: inde patruo Erico aſtitit contra Epiſcopum *Hildesheimienſem* (contra quem triennio ante arma ferens vix fuga elapſus erat) proſcriptum 1521. & multa epiſcopatui adempta ſibi vindicavit.[c] Præterea *Carolo V.* adverſus *Gallos* in agro *Mediolanenſi* & *Neapolitano* operam militarem addixit, nec minus 1525. in bello *ruſticorum*, his compeſcendis ſtrenuè ſe geſſit. 1535. inter ipſum & fratrem *VVilhelmum* in comitiis provincialibus conventio facta, & jus *primogenituræ* ſancitum, quod dein *Carolus V.* ratum eſſe juſſit. Cum reformationis opus inciperet, *Luthero* præ aliis infeſtus fuit, & jam 1522. mandato, ne quis ejus doctrinam amplecteretur

Henricus D.

a Sleid. L. 13. p. 378.
b Luth. T. 7. Altenb. 465. a.
c Sleidan. L. 12. p. 339.

cteretur vetuit.[a] 1530. vero in comitiis Augustanis ad moderationem inclinare visus est. 1537. cum *Smalcaldici* ad conventum *Brunsuicensem* ituri essent, illis fidem publicam negavit, & *seq. anno* fœderi, quod *sanctum* appellabant, nomẽ dedit.[b] Cum vero *eodem anno Landgravius Philippus* ejus secretarium *Stephanum Fabrum* cum literis ad *Elector. Moguntin.* quibus consilia adversus Protestantes continebantur, cepisset, initium *invectivarum* factum, quibus hinc *Henricus*, illinc Saxo & Hassus alter alterum acerbissime insectati, quæ publice extant.[c] *Sequentibus annis* plures, qui per Saxoniam *incendia* excitaverant, Henricum, à quo ad id pretio auctorati essent, indicarunt, unde publica ejus apud Cæsarem accusatio.[d] Demum 1542. cum non cessaret *Goslariam* (hæc cum ab eo varias molestias pertulisset, tandem eruptione facta damna dederat, & ob hoc *proscripta* à *Cameralibus* fuerat, quod executioni dare dux, spretis Cæsaris *suspensionibus*, volebat) & *Brunsuigam* vexare, contemtis etiam Cæsareis mandatis, à *Smalcaldicis* universo ducatu ejectus ad *Bavaros* fugere cogitur.[e] Illi autem facti rationes ad Cæsarem & Ferdinandum perscribunt,

a Vide Luth. T. 2. Altenb. f. 79. a.
b Sleid. L. 12. p. 338.
c Conf. Luth. T. 7. Altenb. 443. b. 444. b. 446. b. seq.
d Sleid. L. 13. p. 370. 378.
e Sleid. L. 14. p. 410.

scribunt, & eidem *sequestrationem* principatus, in quo peculiari constitutione vulgata religionis res ordinaverant, offerunt. [a] Triennio post, cum frustra in *Henrici Saxonis*, quem ob mutatam contra *Georgii* fratris testamentum religionem accusaverat, ditiones immitti speraſſet, à *Rege Galliæ* pecunia adjutus, ut delectus *Rifebergii Anglicos* in Saxonia impediret, in suos usus eam convertit, & ex *Verdensi* agro, multis vicinię damnis illatis copias recuperando principatui adducit. Sed *Guelferbytum* obsidens, à Smalcaldicis discedere, cumque inducias violasset, neque se ad resistendum, militibus ob non soluta stipendia obsequium detrectantibus, parem jam crederet, ad *deditionem Mauritio Saxone* intermedio cogitur. Ita cum filio captivus *Ziegenhainæ*, *B. Luthero* ne dimitteretur dehortante, [b] & fœderatis apud Cæsarem ejus *proscriptionem* urgentibus, detentus est: donec inter conditiones *Hassi* reconciliandi 1547. ejus etiam libertatem Cæsar pacisceretur. [c] Dimissus cum jurasset, nihil adversus Smalcaldicos tentare velle, lites tamen renovat, & aliis ut idem facerent, exemplo præit. [d] 1550. *Brunsuigam* obsedit, sed utrinque arma deponere jussi sunt à Cæsare, qui

a Sleidan. L. 15. p. 448. L. 16. p. 472.
b Luth. T. 8. Altenb. f. 462. b.
c Thuan. L. 4. p. 192. 193.
d Thuan. L. 5. p. 235. Sleid. L. 22. p. 684.

Henricum cui alioqui favebat infirmiorem videbat.[a] Hinc obsidioni *Magdeburgicæ* se quoque miscuit, mox cum Episcopis *Monasterienſi* & *Mindenſi*, *Bremenſibus* & *Erico patrueli* gessit bellum, attractis *Mansfeldiis* copiis.[b] Paulo post à *Volrado Mansfeldio* universis fere finibus iterum ejicitur, ut ad Cæsarem, qui Metim obsidebat, auxilii causa proficisceretur. 1553. Cum *Alberto Brandeburgico* novum bellum, qui militem ejus ob stipendia non soluta, parum abest, ad defectionem permovisset, & *Brunsuiga* iterum obsessa.[c] Sed ille victus, hæc omissa, cum socii pecuniam ulterius conferre negarent. Tum per *Thuringiam* iter faciens *Iohanni Friderico Saxoni*, partim ob veteres inimicitias, partim quod favere Alberto diceretur, minitatur. Sed composita res, & 20000. imperialium à Saxone, totidem ab Hasso soluta, *Mansfeldii* etiam reconciliati.[d] Anno seq. cum Albertum hinc inde persecutus esset, ad antiqua consilia revolutus in *inferiori Saxonia* grassari cepit, & plerosque[e] principes & civitates ad dandam pecuniam coegit. Ad extremum cum tot bellorum cladibus & domesticis ruinis farciendis ad civilem

a Thuan. L. 6. p. 302.
b Thuan. L. 11. p. 539. Sleid. L. 24. p. 790.
c Sleid. L. 25. p. 809.
d Sleid. L. 25. p. 811.
e Megapolitanos, Luneburgios, Anhaltinos, Mansfeldios. Sleid. L. 25. p. 823. Thuan. L. 13 p. 614.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [568] - 532
PUBLIC DOMAIN

vilem administrationem animum aliquandiu applicuisset, atque diu satis *concilii* Christiani expectatione elusus esset, *Augustanam Confessionem* veram se judicare publico diplomate professus,[a] 1568. vita excessit. (vide *Thuan.* L. 63. p. 652.) Altera ejus uxor *Sophia* f. *Sigismundi R. Poloniæ*, 1556. ducta & 1575. extincta, sterilis fuit; ex priori *Maria* f. *Henrici C. V Virtenbergici* 1515. ducta, 1542. mortua (cui ob pellicem *Evam Trottiam* multæ molestiæ.[b] conf. Sleid. L. 15. pag. 442.) undecim suscepit liberos, ex quibus aliqui brevis ævi. Filiæ natæ sunt 1518. *Catharina*, dein 1537. Joanni M. Brandeburgio nupta & 1574. extincta, *Margareta* Joanni D. Monsterbergio sociata 1561. & quadriennio post defuncta, 1532. *Clara* Abbatissa, & dein uxor Philippi Duci Brunsuicensis in Grubenhagen 1560. 1595. mortua, & *Maria*, quæ 1539. Abbatissa vitam clausit. Filios genuit 1521. CAROLUM VICTOREM, suum in exilio, dein captivitate 1545. socium, PHILIPPUM MAGNUM, natum 1522. Caroli V.

a Hortled. 1, 4, 31. p. 1628.

b Eam in arce Stauffenburg aluit, & loco ejus aliquod simulacrum ligneum apud Franciscanos sepeliri curavit, sacrificiis etiam pro illa celebratis, ac ea precibus populi commendata, ne fraudem uxor suboleret: quæ tamen rem comperit, & subinde literis suam deploravit infelicitatem. Inde vero Protestantes eum propriæ religionis ludificatorem arguerunt. Ex ea autem ad 7. liberos sustulit. Conf. Luth. T. 7. Altenb. 464. b. Hortl. 1, 4, 48 p. 1903.

in *Smalcaldico bello* militem, tum vicinis vexandis miniſtrum, & 1538. JULIUM[a]. *Illi* duo 1553. prælio ad *Sivershuſam* cecidere, *hic*, antea cum fratres adhuc viverent ſacris deſtinatus patri ſucceſſit, & mox poſt ejus mortem *religionem Pontificiam* abolevit, advocatis *Iacobo Andreæ* & *M. Chemnitio*, qui *Evangelium* introducerent, quod exemplum Epiſcopus *Verdenſis* & Abbas *Rittershuſius* ſecuti. *Corpus doctrinæ Julium* ditionibus ſuis præſcripſit. Cum civitate *Brunſuicenſi* etiam 1569. dereſtantibus controverſiis tranſegit. Cum 1582. *Hojenſes* extincti eſſent, una cum agnatis illum comitatum adivit; hinc hereditatem *Erici patruelis* & quantum ea ex avitis domus bonis conſtabat, & recentius bello Hildeſienſi quæſitis,[b] crevit 1584. Demum 1589. cum 21. annos ditionem in ſumma tranquillitate & ſedula juſtitiæ cura rexiſſet, & ex Martis officina in Muſarum domicilium, 1576. impetratis à Maximiliano II. privilegiis, academia *Helmſtadienſi*

Julius Dux.

a Qualis erat princeps gentis Joſaphatus Hebrææ,
Ille Deo meritis proximus, orbis amor.
Talis Ateſtina prognatus origine Guelfus,
ambiguum cœlo dignior anne ſolo.
Hoc duce religio ſacris infecta Latinis
eluit invectum purificata nefas.
Aſpice caniciem frontisque decentis honorem,
ingenii facies arguit alta decus.

Henr. Meibom.

b Thuan. L. 8. p. 953.

ſtadienſi [a] ex conſilio *Martini Chemnitii* inſtituta, (quæ ob hoc *Iuliæ* nomen ſervat) & ampliſſimis vectigalibus locupletata, transformaſſet, obiit. (vide *Thuan.* L. 61. p. 181. 80. p. 953. 96. p. 727.) Inter liberos autem, quos ex *Hedvige* f. *Ioachimi II. Electoris Brandeburgici* 1560. ducta, quæ 1602. obiit, ſuſtulerat, *jus primogenituræ* patris exemplo reſuſcitavit. [b] Fuere illi alterius ſexus, natæ 1561. *Sophia Hedvigis* 1577. Erneſto Ludovico D. Pomeraniæ nupta, & 1631. extincta, 1566. *Maria* 1582. Franciſco D. Saxoniæ inferioris ſociata, & 1626. defuncta, 1567. *Eliſabetha*, 1583. Adolpho Com. Schauenburgio, & 1604. Chriſtophoro agnato juncta, quos 1618. morte ſecuta eſt, 1571. *Margareta*, quæ 1580. deceſſit, 1574. *Sabina Catharina*, 1590. vivis exemta, 1577. *Dorothea Auguſta*, Abbatiſſa Gandersheimia, quæ 1611. mortalitatem exuit, 1580. *Hedvigis*, Ottoni agnato duci 1621. ducta, & 1641. mortua. Mares vero in lucem editi 1568. PHILIPPUS SIGISMUNDUS Epiſcopus *Verdenſis* (ubi coadjutorem & ſucceſſorem ſibi deſtinavit *Fridericum* dein *Daniæ Regem*) & *Oſnabrugenſis* [c], ſpe etiam *Mindenſis*, qua excidit, cum pater in

Philip. Sigism. Epiſcop. Verd. & Oſnab.

a Thuan. L. 96. p. 727.

b Limn. Jur. publ. 4, 8, 116.

c Contra plures competitores eum obtinuit 1591. magna omnium lætitia, quod de æquitate ejus aliis rebus perſpecta etiam Catholici bene ſperarent. Thuan. L. 100. p. 949.

implendis conditionibus moraretur, 1623. humanis rebus exemtus (vide *Thuan.* L. 83. p. 128. L. 100. pag. 949.) 1573. JOACHIMUS CAROLUS, præpositus *Argentinensis* (qui 1615. obiit) 1578. JULIUS AUGUSTUS, Abbas in *Michelstein* qui 1617. decessit, & 1562. omnibus major HENRICUS JULIUS. Huic initio 1566. Episcopatus *Halberstadiensis* bimulo, certa conditione, concessus, ut religio Pontificia præsidio firmiori niteretur, & debitorum onere levaretur diœcesis [a]: Sed cum pater *Evangelicam* religionem assumsisset, canonici spe sua se excidisse videre. Inde ex resignatione *Hermanni Schauenburgici* Episcopatus *Mindensis* 1581. accessit, quo se abdicavit in favorem fratris, sed hic frustra eum expectavit. [b] Cum patri successisset, defuncto 1596. *Philippo* ultimo, cujus jam aliquot arces occupaverat, successionem *Grubenhagiam* soli sibi asseruit: Unde cum reliquis agnatis, qui se gradu propinquiores præverti fremebant, controversia gravissima orta. [c] Sed *Henricus Julius* antiquorum se pactorum præscriptione tuebatur, & possessionem jam adeptus ad juris discepta-

Henric. Julius Dux.

a Tantum quotannis ei 1000. Joachimicos destinaverat, reliquis vectigalibus ad æs alienum dissolvendum deputatis. Thuan. L. 38. pag. 432. dicit fuisse, novum præposteræ prudentiæ & domesticæ parsimoniæ commentum.

b Thuan. L. 83. p. 128.

c Thuan. L. 115. pag. 289.

disceptationem provocabat, in ea vero ad extremum succubuit. Alia item 1605. cum urbe *Brunsuicensi* lis, quam repentina irruptione occupata jam porta intercipere tentavit dux; cumque consilium eventus, rejecto à porta milite, destituisset, obsedit [a], sed etiamsi fluvii *Okkari* aggere facto coercitione & inde secuta regurgitatione atque inundatione pilisque ignivomis, insuper habito *Cæsaris* avocatorio mandato, non parum damni dederit urbi, aggeribus ruptis & auxiliis *Hanseaticarum* civitatum, quæ in provincia hostiliter se gessere, adventantibus solvere obsidionem coactus est: Et ab *Imperatore* utrique parti pax imperata. [b] Missus tum à *Belgis* roganti duci *Ernestus Casimirus C. Nassovius*, in obsidione adstiterat. Nondum ita Henrico Julio satisfactum, qui ulterius civitatem in *Imperiali* aula persequi, *incendiariorum* emissorum eos etiam incusans, quod constanter negavere, non desiit, donec 1606. impetraret adversus eam *denunciationem banni* cum termino suspensivo, quæ 1610. simplex declarata, & *executio* duci, qui paulo ante in reconciliando *imperatore* & *Matthia Archiduce* laboraverat, permissa: *Hanseaticæ* autem civitates à ferendo auxilio prohibitæ. Extincto 1599. ultimo comite Reinsteinio ditiones occupavit. Academiam à patre erectam liberaliter

a Thuan. L. 133. p. 1064.

b Thuan. L. 136. p. 1170.

raliter dotavit, ipſe literis egregie tinctus & literatorum amans, *pro patria conſumi* [a] in pretio ducens. Moriens Pragæ Dux [b] 1613. ex priori conjuge

a Hoc ſymbolon erat: In quod *Henr. Meibomius apud Bunting.*

Innumeras quisquis placidi ſine munere ſomni
cernis abire mihi noctes, operasque diurnas
ſurgere ab aurora, tenebrisque accedere ſeris.
Qui vacuum ludo & modicum potusque cibique
ad pluteos aſtare vides, volvisque ſubinde
quæ noſtræ peperere manus, & vena ſubacti
ingenii fæcunda dedit, quid dicere ceſſas
ſymbolon hoc quadrare mihi, nec verius ullum
Lemma meam ſignare vicem? quin diſpice pondus
Curarum & capiti toties injuria noſtro
tela malignorum ſparſasque impune per orbem
in famam inſontis nullo diſcrimine ſannas.
Atque ea tranquille vel diſſimulata vel æquo
condonata animo: verbis num protinus iſtis
plena parata fides, verumque in lemmate pondus?
Audi livor edax, erebique calumnia proles,
quid patriæ jubeas præſtare intelligo, nec me
ignoro viresque meas, dum totus in illo
verſor ut officii partes ſine crimine tuter.
Dum benefacta libens digna mercede rependo,
conſultoque obſum nulli, proſum omnibus æquè,
victima pro patria conſumor & oppeto curâ.

b Mitius aut melius nondum Germania pectus
Vidit honorata ſceptra tenere manu.
Et tamen hoc ipſum viroſa calumnia nunquam
ceſſat inauditis commaculare probris.
Si cuiquam nocuit, nocuit ſibi, parcior iræ,
tunc ubi res armis expedienda fuit.
Siſte mihi antiquos Heroas, ſiſte recentes,
cui velit aut poſſit cedere nullus erit.

Henric. Meibom.

conjuge *Dorothea* f. *Auguſti Electoris Saxoniæ* 1585. ducta, quæ 1587. mortua eſt, *Dorotheam Hedvvigem* 1587. genitam, 1605. Rudolpho principi Anhaltino ſociatam, & 1608. extinctam: ex altera verò *Eliſabetha* ſorore *Chriſtiani IV. Regis Daniæ*, qui in obſidione Brunſuici ei adfuit, ducta 1590. extincta 1626. plures reliquit liberos: filias natas 1592. *Sophiam Hedvigem*, 1617. Erneſto Caſimiro C. Naſſovio junctam, 1593. *Eliſabetham*, quæ 1612. Auguſto, & 1618. Joanni Philippo ducibus Saxoniæ nupſit, atque 1650. obiit, 1595. *Hedvvigem*, 1619. Ulrico D. Pomeraniæ elocatam, 1596. *Dorotheam*, 1615. Chriſtiano Wilhelmo M. Brandeburgio copulatam, & 1649. extinctam, 1612. *Annam Auguſtam*, Georgii Ludovici principis Naſſovii conjugem: filios autem quatuor, ex quibus HENRICUS CAROLUS natus 1609. & RUDOLFUS 1602. Epiſcopum *Halberſtadienſem* geſſere, ſed in adoleſcentia extincti ſunt, ille 1615. hic 1616. CHRISTIANUM fratrem majorem in epiſcopatu ſucceſſorem habuere, in ducatu autem pater primogenitum, natum 1591. FRIDERICUM ULRICUM. Hic cum *Hannoveræ* inſtitutus tractatus, quia *Brunſuicenſes* arcem quidem duci in urbe, non vero portæ claves permittere vellent, fruſtra fuiſſet, urbem obſedit 1615. Subſidium urbi *Fridericus Com. Solmenſis*, *Hanſeaticæ* reipublicæ nomine intulit, miſſus etiam

Frider. Vlric. Dux.

etiam eidem fini *Henricus Fridericus Nassovius* à Batavis. Itaque interpositione Regis Daniæ, plurimorum Electorum, principum & civitatum pax concluſa; *ſeq. anno* ſervatis privilegiis à civibus Duci *homagium* præſtitum, & 1617. *proſcriptio* quam ab Imperatore Dux obtinuerat abolita. In cauſa autem *Grubenhagia*, ſententia adverſus patrem 1609. concepta, ſed demum 1617. publicata, dux *poſſeſſionem* principatus illius *Lunæburgicis* cum fructibus & ſumtibus reſtituere juſſus eſt. 1623. Palam translationem *electoratus* in *Bavarum* improbavit, & in ſeq. bello *Danico, regis* avunculi partes ſecutus eſt, verum adventantem *VVallenſteinium*, ingreſſu in principatum fruſtra eſt conatus arcere. 1626. Rex eo deſtituto ducatum fratri ejus *Chriſtiano* commiſit, unde Fridericus Ulricus poſt prælium ad *Lutteram* ad Cæſarem rediit: *Guelferbytum* vero, quod à Chriſtiano *Dani* habebant, à Pappenheimio, qui omnibus modis hoc agebat, ut perduellionis crimen duci impingeret, *Okkari* inundatione domandum fuit. Cum 1631. *Lipſiæ* ob defenſionem *Evangelici* conveniſſent, hic etiam legatos ſuos eo miſit. Demumque 1634. ultimus ſui rami, nullis ex *Anna Sophia* f. *Ioannis Sigismundi Electoris Brandeburgici*, 16~~40~~[44]. ducta, cum qua ei ob graves ſuſpiciones non bene convenit, (ſed dein in Schæningen diu ſedem viduam habuit) liberis, extinctus, heredes agnatos Lunæburgios

gios habuit. Frater ejus CHRISTIANUS *junior* [a] natus 1599. superioris temporis motibus inclaruit. Apud *Batavos* posuerat belli tirocinia, hinc *Friderico Palatino Bohemia* pulso, ejus causam tueri, in symbolum partis *regiæ* chirothecam pileo aptatam gestans [b], constituit. Itaque collecto in Saxonia & Westphalia exercitu 1621. per *Hassiam* grassatur, *Amænoburgum* Moguntinæ ditionis capit, sed à *Comite Anholdio* rejicitur. *Anno seq. Lippia, Susato, Paderborna* captis multam prædam conficit, [c] & in *Palatinatum* ascensurus, cum ad *Hachstam* Mænus transeundus, contra *Fleckensteinii* ei ducendo à Marchione Durlacensi missi consilium, *Cæsareos* aggreditur; Ita copiæ ejus nullo ordine dispositæ facile in fugam versæ, nemineque persequente magna pars exercitus fracto ponte *Mæno* hausta, & impedimenta ac machinæ Tillio relictæ. Inde eum & *Mansfeldium* ad *Tabernas* Palatinus actis gratiis dimittit, facta quo vellent discedendi potestate. Hi ergo cum in *Lotharingia* propositum aliquandiu celassent, aliò subinde converti simulan-

Christianus Episc. Halberstad.

a Respectu Christiani Cellensis ita dictus.

b Juraverat, non se prius è capite chirothecam dimissurum, quam Fridericus solio Pragensi restitutus esset. Brachel. L. 1. p. 43.

c Paderbornæ S. Liborium patronum loci ex solido auro 80. pondo conflatum abstulit: Susato magnam copiam argentei instrumenti nactus numos cudi fecit cum epigraphe: Gottes Freund/der Pfaffen Feind.

ſimulantes, tandem ab *Hollandis* advocantur. In itinere ad *Floriacum* illis *Cordubanus* occurrit, ubi æquo marte pugnatum, Chriſtianus autem brachio vulneratus, gangræna ſerpente reſecare illud, ſubſtituto alio ferreo haud incommodo, coactus eſt. Subſidiis his cum firmati Hollandi eſſent, obſidio *Bergarum ad Zoomam* ſoluta. *Seq. anno* iterum in Germaniam reverſus Brunſuicenſis *Oſnabrugenſes* vexat, & *circuli Saxonici*, qui defenſioni ſuæ militem ſcribebat, præfecturam ambit: oblatam autem à Cæſare veniam, niſi *Palatino* & aliis ſimul daretur, accipere recuſat: ſed paulo poſt cum in Monaſterienſem agrum, viſus Saxoniæ finibus decedere, abiret, gravi ad *Stattloam* ſtrage à Tillio affectus in *Belgium* denuo abit, illic & poſt hoc in *Anglia* novos apparatus facturus. His factis 1625. cum *Mansfeldio* Regis *Daniæ* partes ſuſcipit, & *Monaſterienſem* diæceſin miſere vexat. Rex autem ei, fratre exautorato 1626. *ducatus adminiſtrationem* & regii exercitus tertiam partem committit, qua Cæſareanos diſtineret, *Mindenſem* autem & *Oſnabrugenſem* ditiones infeſtaret. Eodem vero anno Chriſtiano mortuo, ad *Fridericum Ulricum* principatus rediit.

II. GOE-

II. GOETINGENSIS & CALENBERGIA. vid. p. 526.

ERICUS *senior* natus 1470. secundus *Vilhelmi junioris* filius, fortis miles, qui duodecies in acie stetisse & victor abiisse traditur, novæ lineæ sator fuit: Hic *Palæstina* visitata, in aula *Maximiliani Imperatoris*, cui in bello *Bavarico* 1504. prælio adversus *Bohemos* vitam, *aurea stella insignibus* adjecta ob id donatus, servaverat, vixit. Turcas in Croatia fugavit. Helveticis præliis pene omnibus non interfuit modo sed & præfuit. Frisios 5. cladibus affecit. Cum *Hildesheimio* autem Episcopo, *Ioanne Lauenburgico*, grave ei 1518. bellum ortum, cum eum & *Mindensem Episcopum* Joannes auxiliaribus *Lunæburgicis* hostiliter vexaret, frustra illum *Friderico Saxone*, qui vicarius imperii in interregno erat, dehortante. Itaque Ericus & *Henricus* nepos, auxilio à *Georgio D. Saxoniæ* & *Hasso* accepto *Dasseliam* & alia capiunt; Sed Ericus vulneratus & captus ac Cellam deductus est, atque 12000. aureorum lytron exsolvit. Paulo post cum Episcopus *inducias* pepigisset, Hassi autem occasione convitii à Brunsuicensibus discessissent, hi in Lunæburgensi agro ab Episcopo contra fidem opprimuntur, & gravi afficiuntur clade. Demum *Carolus V.* electus Hildesheimium ob pacem publicam violatam proscribit, & Brunsuicenses ejus proscri-

Ericus senior Dux.

proſcriptionis, quam hoſtis initio irridebat, autoritate freti, epiſcopatus majorem partem ſubigunt, ſibique addicunt. Ita arces 18. (præter alias nobilibus feudo conceſſas) oppida 7. & ad 1000. pagi his acceſſere. Sed 1540. *Paulus V. Pontifex* ſpolii Brunſuicenſes condemnavit, ademta cum fructibus & damnis reſtituere jubens, & *appellationem* ad Papam melius informandum irritam declarans. [a] Ipſi eodem anno Hagenoæ in Comitiis mortuo [b] ſucceſſit ex poſteriori conjuge (prior *Catharina* f. *Alberti D. Saxoniæ* ſeculari anno ducta, 1524. ſine prole deceſſerat) *Eliſabetha* f. *Joachimi I. Electoris Brandeburgici* 1527. copulata, & 1558. mortua, præter filias *Annam Mariam* 1550. Alberto D. Boruſſiæ nuptam, & 1568. eodem die cum marito [c] extinctam, *Eliſabetham* Georgio Erneſto principi

a Hortled. 1, 4, 18. p. 1378.

b Epitaphium ſepulcro impoſitum à D. Burch. Mithobio:

Clauditur hoc cippo peregre tumulatus, Ericus
Dux Brunſuicenſis gloria ſumma domus
Pectore qui tumidos infracto contudit hoſtes,
& variis auxit regna paterna locis.
Inprimis bellax erat, Hildesheimia teſtis,
unde patrem patriæ jure vocare queas.
Nomen & Auguſti merito ſuperaddere tantum
quod dextrum fauſto Marte peregit opus.
Tam bene de populo meritus regnoque paterno,
ſumma ſit ut patriæ lausque decusque meæ.

c Ut qui concorditer vixerant, eodem momento ad Deum migrarent, ne alter ſuperſtes alterum lugere cogeretur. Thuan. L. 63. p. 652.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [580] - 544
PUBLIC DOMAIN

principi Hennebergio 1543. elocatam & 1566. defunctam, atque *Catharinam* Wilhelmi B. Rosenbergii in Crumlau, Burggravii Bohemiæ uxorem, natus 1528. filius ERICUS *junior*, sub tutela matris, quam vivo adhuc marito, quamvis *fœderis Catholici* particeps & Evangelio infestus esset, hoc amplexam, ordines provinciæ malebant tutricem, quam *Henricum* patruelem, qui tutor esse prætendebat.[a] Ita in religione *Evangelica* Ericus educatus, eam demum deseruit, quo accepto nuncio mater mœrore 1558. mortua est. In bello *Smalcaldico* Cæsari militaverat, & 1546. adversus *Bremenses* missus est. Hanc urbem cum frustra obsedisset, & paulo post repentina irruptione ab *Alberto Mansfeldio* in Visurgim cum equitatu esset non sine magna clade compulsus, culpam in *Vrispergium* rejecit, cui locum & diem conveniendi condixerat. Unde inter hos jurgia, ut ad duellum res spectaret, cum Ericus Vrispergium perfidiæ, hic illũ militaris imperitiæ argueret.[b] 1552. Bellum adversus patruelem *Henricum*, qui per *Philippum* filium eum vexabat, ortum, sed *seq. anno* compositum. Ipse *Alberti Brandeburgici* partes nihilominus tueri perrexit, & ejus causa ad Cæsarem suscepit iter, eumque monuit de consiliis adversus ipsum initis.[c] 1557.

Ericus junior Dux.

a Hortled. 1. 4. 15. p. 1333.
b Thuan. L. 4. p. 191.
c Thuan. L. 11. p. 542. 545.

conſcriptis copiis in *Belgium* auxilio Philippi Regis iturus, in itinere *Chriſtophorum Archiepiſcopum Bremenſem*, qui ſubditos armis caſtigabat, coërcet, eumque apud Circulum accuſat, inde adverſus *Gallos* Hiſpano meret,& prælio ad *Quintini fanum* intereſt. [a] Eidem regi militavit 1577. contra Belgas, 1580. in Luſitanos. Cum *Daniæ rex* 1563. ab Erico ſibi contra *Suecos* oblatas copias recuſaſſet accipere, hic ſtipendia ſolvere impos, à *Monaſterienſi* Epiſcopo, inde *Dantiſcanis* pecuniam extorquet: mox *Boruſſiam* invaſurus erat, ſed ſororius dux *Albertus Brandeburgicus* (qui tamen ex illo terrore in mentis imbecillitatem incidit) copiis oppoſitis irruptionem prohibuit. Unde exercitus ſubito dilapſus, & ipſe cujus reditus fugæ ſimilis erat curioſis, quo conſilio expeditionem ſuſceperit, divinandum reliquit: cum ipſe, ut erat homo impatiens otii, & faſtu ac ſtolida taciturnitate vanis conſiliis plerumque rapiebatur [b], fortaſſis cauſam ignoraret. Tandem cum biennio antea cum agnatis Julio & Wilhelmo *Hojenſibus* comitibus ſucceſſiſſet, 1584. Papiæ, qui extra patriam majorem partem ætatis antea quoque exegerat, vitam clauſit, terribilis ſuis, neque tamen ulla re memorabili geſta

a Thuan. L. 18. p. 864. L. 19. p. 876.

b Thuan. L. 36. pag. 313.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [582] - 546
PUBLIC DOMAIN

gesta admodum clarus [a], & ex conjugibus *Sidonia* f. *Henrici Ducis Saxoniæ* 1545. ducta & 1575. extincta, atque *Dorothea* f. *Francisci Ducis Lotharingiæ*, ducta 1575. defuncta 1587. ob cujus in regnum prætensiones eum, ne auxilio Suecorum aliquid tentaret, *rex Daniæ* metuit, [b] liberos nullos, ex nobili concubina *Catharina à VVodam* reliquit *VVilhelmum Lib. Baronem in Haren* & *Lisfeld*, & *Catharinam* Joanni Auriæ Genuensi nuptam. Hereditatem ejus crevit *Guelferbytanus*.

a Thuan. L. 80. p. 953.

b Thuan. L. 60. pag. 109.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [583] - 547
PUBLIC DOMAIN

SCIAGRAPH. FAMIL. GUELFICÆ BRUNSVICENSIS.

Primarios masculos & emortuales annos exhibens.

Azo Atestinus Cunigundæ Guelficæ maritus.

Welfus Dux Bavariæ 1101. — *Azo Atestinus, a quo tota gens Atestinorum & Estensium, duces Ferrariæ & hodie Mutinæ s. Modenæ.*

Henricus Dux Bavariæ 1125. — *Welfus D. Bavariæ* 1119.

Henricus superbus Dux Bavariæ & Saxoniæ 1139. — *Conradus Cardin.* 1125. — *Welfus D. Bavar. M Tusc.* 1191.

Henricus Leo Dux Bavariæ & Saxoniæ 1195. — *Welfus Dux Spoleti & Tusciæ* 1168.

Henricus C. Pal. Rheni. 1227. — *Otto IV. Imperator* 1218. — *Wilhelmus* 1213.

Agnes C. Palat. Vxor Ottonis D. Bavar. — *Otto Dux Brunsuici & Lunæb.* 1252.

Braunschweig. — **Lüneburg.**

Albertus Magnus 1279. — *Conradus Episc. Verd.* 1303. — *Otto Ep. Hildesh.* 1379. — *Ioannes* 1261.

Grubenhagen. **Götingen.** **Braunschweig.**

Otto 1330.

Henricus mirabilis 1321. — *Albertus pinguis* 1318. — *Wilhelmus* 1292. — *Otto Wilhel. Lud. Ep. mus* 1368. *Mind.* 1346.

A

Henricus 1377 — *Ernestus* 1344. — 1354.

Otto maritus Reginæ Neapol. 1388. — *Albertus* 1397. — *Fridericus* 1404. — *Ernestus Abb. Corbiens.* 1422.

Ericus 1431. — *Otto* 1411.

Henricus 1469. — *Albertus* 1486. *vel* 1490.

Henricus 1526. — *Philippus* 1551. — *Ericus Episc. Osnabr. Monast. & Paderb.* 1532.

Ernestus 1567. — *Albertus* 1546. — *Ioannes* 1557. — *Wolfgangus* 1595. — *Philippus ultimus* 1596.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [584] - 548
PUBLIC DOMAIN

A

Albertus pinguis 1318.

Otto largus 1374. | Ernestus ander Lein. 1379 | Magnus pius. | Albertus Ep. Halberst. 1358. | Henricus Ep. Hildesh. 1362.

Otto armipotens 1394. | Ludovicus 1358. | Magnus tor-quatus 1368. | Albertus Arch. Brem. 1395.

Lüneburg. | Braunschweig.

Otto cocles 1463. | Fridericus El. Imp. 1400. | Bernardus 1434. | Henricus 1416. | Otto Archi. Brem. 1416.

Otto claudus 1445. | Fridericus 1478. | Wilhelmus Bassen 1482. | Henricus pacificus 1473.

Wilhelmus junior 1503. | Fridericus 1494.

Wolffenbüttel. | Calenberg.

Henricus Senior 1514. | Ericus 1540.

Christophorus Archiep. Brem. 1558. | Henricus junior 1568. | Franciscus Episc. Mind. 1539. | Ericus 1584.

Carolus Victor 1553. | Philippus Magnus 1553. | Iulius 1589.

Henricus Iulius 1614. | Philippus Sigismundus Episcopus Verdens. & Osnabr. 1623.

Fridericus Ulricus ultimus 1634. | Christianus Episc. Halberstad. 1626. | Rudolphus Episc. Halberstad. 1616. | Henricus Carol. Ep. Halberst. 1615.

B

Fridericus 1478.

Bernardus 1464.

Otto 1471.

Henricus 1532.

Harburg. Cell.

Otto 1549. Ernestus 1546. Franciscus 1549.

Otto 1603. Franciscus Henricus Wilhelmus

Otto 1559. Danneberg. Cell. 1592.

Wilhel- Christopho- 1598. C

mus rus 1606.

1642. Iulius Erne- Franciscus Augustus in

stus 1636. 1601. Wolffenbüttel

1667.

Rudolphus Au- Antonius Vl- Ferdinandus

gustus. 1704. ricus. Albertus.

Augustus Fride- Augustus Wil- Ludovicus Ru-

ricus. helmus. dolphus.

C

Wilhelmus in Cell. 1592.

Ernestus 1611. Christianus Ep. Mind. 1633. Augustus 1636. Frideri- cus 1648. Magnus 1632. Geor- gius 1641. Ioannes 1628.

Christianus Lu- dovicus 1665. Georg. Wilhelm. in Cell. 1705 Ioannes Fride- ricus in Han- nover. Ernestus Au- gustus Episc. Osnabrug.

Georgius Lu- dovicus. Fridericus Au- gustus. Maximil. Wilhel- mus & fratres.

FAMILIA

FAMILIA WIRTENBERGICA, *a* IN QUA DUCES WIRtenbergiæ & Tecciæ, Comites Montispelicardi, antiqui Domini Beutelspacenſes, &c. *b*

DE *Sereniſſimæ* hujus familiæ, non minus quam de aliarum, origine, varia varii memorant. Cum à *Romanis* alii deducant, qui vel ſub *Druſo* aut alio *Romano* duce, in hac parte Sveviæ, conſederint, vel ſub *Carolo Magno* aut *Conrado II.* ex *Italia* venerint. Alii *Thuſcos* tempore *Tarquinii priſci* à *Gallis* expulſos in ſubſidium vocant. Quidam in *originariis Svevis*, qui hanc oram incoluerint, perſiſtunt. Nonnulli à *Guelfis*, alii à Rege *Francorum VVirthungo*, quidam à *Theodorico Veronenſi R. Oſtrogothorum* in *Italia*, vel ejus genero *Rudolpho R. Burgundiæ* derivant. Communius nunc ad Francos referunt: Et quidem arbitrantur, *Emericum* quendam, *Origo.* *Emericus Coneſtab. ſ. Major domus Clodovei.*

a Charitina ſ. Wirtungana Reuſnero.

b De hac familia conf. Joh. Georg. Walz Würtenberg. Stamm- und Namens-Quell. Nec non Kurtze Hiſtoriſche Entwerffung der Herkunfft und Stamms-Urſprungs der beyder Durchleuchtigſter Häuſer Wirtenberg und Heſſen; Occaſione nuptiarum Sereniſſimi Ducis Wilhelmi Ludovici & Magdalenæ Sibyllæ Haſſiacæ: autore Excellentiſſimo D. Joanne Ulrico Pregizero. A quo plures hinc inde indicantur editi & mſſc. qui hiſtoriam hanc illuſtrarunt, ſcriptores.

dam, vel ipsius *Clodovei R. Francorum* vel uxoris *Clothildis Burgundicæ* cognatum (ut ita affinitas *Gothica* & *Burgundica* non omnino de nihilo sit) *Conestabilem Clodovæi* fuisse in pugna adversus *Svevorum* regem *Bandocarium* prope *Weibtingen* & *Beinstein* commissa 499. ac à Rege *Sveviæ præfectum* in his oris relictum condidisse arcem *Beutelspacensem*. Post illum, sed dubia fide & gradibus incertis, collocant *Emericum II. Dagoberti* aulæ magistrum, *Albertum Pipini* regis aulicum, hujus ex *Pfiretensi* matre filium *Eberthalium* vel *Eberhardum Caroli Magni* magistrum aulæ, belli ducem & ex *Hildegarda*, quam Fastrada ei genuerat, generum, qui 811. extinctus in Dionysii fano sepultus prope *Parisios*. Huic duos assignant filios *Eberhardum Beutelspacensem & Astulfum C. Calvensem, Leonis III. Pontificis* patrem. *Calvenses* in seculum usque decimum tertium duravere, quo 1235. *Conradus C. Calvensis* legitur vixisse. Celebres autem in ea Calvensium gente, *Conradus Henrici aucupis* adversus Hungaros 922. miles, *Gebhardus* Episcopus *Aichstettinus*, inde Papa *Victor II.* dictus 1057. *Erlangus episcopus Herbipolitanus*. 1104. *Bruno episcop. Metensis*, *Iutha*, pietate in *Welfum* maritum nota (vide supra p. 481) à scriptoribus inprimis memorantur. Ab *Eberhardo* vero Astulfi fratre, quem etiam *Caroli Simplicis* aulæ magistrum constituunt, & 893. prælio adversus Odonem usurpatorem regni

Eberthalius.

Astulfus C. Calvensis.

Eberhardus B. Beutelspac.

regni cecidisse memorant, *Emericum III.* & *Clodoveum* natos volunt, & illum ab Henrico aucupe, cui adversus Hunnos militavit ad Merseburgum, virtutis præmio obtinuisse comitatum *Græningensem*; Emerico dantur liberi *Henricus*, *Bertha* & *Ulricus Beutelspacensis*. Tum mentionem quoque faciunt *Alberti C. VVirtenbergici* & *Lœvvensteinii* (nam hi quoque comites ejusdem originis censentur fuisse, & ultimus ex illis *Ludovicus*, *Henrici episcopi Bambergensis* frater ἄπαις 1441. comitatum *Friderico C. Palatino* vendidit) dotatoris *Blasii monasterii* in sylva nigra, cujus filius *Bertholdus* Comes *Lœvvensteinius*, sed alter *Conradus* memorati Ulrici Beutelspacensis ex filia *VVerntrude* gener & hæres fuerit, pridem ejusdem proximus agnatus. Traditio etiam habet, hunc Conradum, qui turbas, quæ ob Rudolphum Henrici IV. adversariũ totam Germaniam concutiebant, cum fratre Brunone Hirsaugiensi Abbate, sedare conatus frustra fuit, ob fidelem operam ab Henrico *VVirtenbergiæ* creatum *comitem*.[a] Mansit tamen dominii *Beutelspacensis* diu conjunctus Wirtenbergico titulus. Conrado filios aliqui *Henricum* & *Ulricum* comites Wirtenbergicos & Dominos Beutelspacenses, ac *VVernerum* comitem Græningensem ascribunt. Alii *Ulricum*, *Eberhardum* & *Henricum* assignant, *Ulrico* autem *Ioannem*, propagatorem

Albertus C. Wirtenberg. & Lœvvenst.

Conradus C. Wirtenberg.

[a] Trithem. vocat *inter omnes Svevos potentissimum.*

rem ſtemmatis, *Ludovicum*, *Emiconem* & *VVernerum* Græningenſem. Werneri poſteritas comitum *Græningenſium*, *Landavienſium* & *VVullenſtettenſium* titulos geſſere, donec *Hartmanni* ab Eberhardo illuſtri C. Wirtenbergio, cujus tutelam minus fideliter geſſerat, capti filii *Conradus*, *Eberhardus* & *Ludovicus* titulum *Græningenſem* omitterent. A *Ludovico*, qui in Italiam profugit, *Landos Venetos*, è quibus *Petrus Landus* 1538. *Dux Reipublicæ* fuit, arceſſunt; à fratribus *Comites de Landau*, ex quibus *Eberhardus* 1437. monialibus *Creuzthalenſibus* comitatum & arcem (quam ampliando monaſterio deſtruxere) vendidit, & qui ſuperſunt nobiles de *Landau* derivantur. A *Iohanne*, vel ut alii *Ulrico*, reliquos Wirtenbergicos communiter deducunt, ſed denuo gradibus variantibus, nam Joanne *Annæ Badenſis* marito, *Emericum Henrici VI.* perpetuum comitem, *Ludovicum*, & *Ulricum*; *Ludovico* & *Margareta* Hohenbergica Henricum; qui primus *Beutelspacenſi* titulo abſtinuit, hoc & *Irmengarde Burgovia* Henricum *epiſcopum Aichſtettenſem*, qui 1259. deceſſit, *Ulricum* qui 1264. mortuus & *Eberhardum I.* natos alii volunt; nonnullis ſeriem diverſam nectentibus. Poſt hæc certior deductio. Et ille *Eberhardus I.* natus 1202. eo inprimis memoratur, quod, cum uxorem haberet *Agnetem* filiam *Bertholdi D. Zeringenſis*, viduam *Egonis C. de Aurach* 1225. ductam, Bertholdus autem

Comites Græningenſes & Land.

Eberhard. I.

autem junior, ſororis ſuæ filios *Cunonem* & *Bertholdum* comites *Auracenſes* ob electionem ſui ad *Imperium* oppignoraſſet Electoribus, deinceps repræſentare promiſſa nequiret, ob quod illi in captivitate detenti, hi votum fecerunt, ſi liberarentur, ſacrum ordinem ſuſcipiendi, & liberati vitrici Eberhardi ope voto ſatisfecerunt. Unde *Cuno* quidem monachus Eslingenſis (aliqui factum *epiſcopum* & *cardinalem* volunt) aliqua *Eslingenſi* monaſterio reliquit, quæ tamen permutatione tandem etiam ad Eberhardum delapſa, *Bertholdus* autem factus abbas *Salmonsvilæ* vitricum heredem voluit. Hæc circa 1240. acta. Alii *Uracum* arcem ab *Henrico C. Furſtenbergico* 310. marcis argenti venditam Ulrico Eberhardi (qui 1258. deceſſit) filio perhibent. Dictus eſt hic *Ulricus cum magno pollice*, quem dextrum majorem habebat, & ei *Wilhelmus Hollandus* Imper. advocatiam monaſterii *Denckendorf* conceſſit.[a] In Cæſarum Richardi & Conradi gratia floruit, & hanc officiis togatis & ſagatis promeruit. Extinctus eſt 1265. & poſt 17. dies maritum ſecuta uxor *Agnes* f. *Boleslai D. Lignicii*, mater *Ulrici*, qui 1315. mortuus eſt, relictis ex *Irmengardi* f. *Alberti C. Hohenbergii filia*, *Agnete* 1331. Eberhardo C. Werdenbergio, 1357. Ulrico C. Helfenſteinio, iterum 1366. Conrado

Ulricus cum pollice.

[a] Literæ adhuc extant. Naucl. Volum. 3. gen. 42. pag. 307.

rado C. Schluſſelburgio nupta, & *Vlrico*, Eccleſiaſtico, conditore priſcæ vaſtatæ arcis Wirtenbergiæ & veteris Stutgardinæ, 1348. extincto, atque *Eberhardi II.* Hic γαςρότμηλος, cognomento *illuſtris*, vel *rixoſus* dictus eſt. Tutorem *Hartmannum Comitem Græningenſem*, [a] qui infidelius adminiſtraverat tutelam, ad mortem usque captivum tenuit. *Eslingenſes* qui tempore interregni ejus patrocinium optaverant, ſed imperatore creato illud ſibi porro neceſſarium non eſſe credebant, caſtrum *Calthentalium* 1281. obſidentes male multavit [b]; ſed 1284. quia *Rudolphum Imperatorem* agnoſcere recuſabat, ab eo tota ditio vaſtata, *Stutgardia* obſidione cincta, demum interpoſitione Moguntini res compoſita, & in gratiam comes reductus, *Eslingenſis* etiam controverſia diremta eſt. Iterum ſibi adverſum & Teccio Duci ac Comiti Achalmenſi gravem comitem Rudolfus altera vice in gratiam recepit. *Adolfo* vero cum tota Svevia juraſſet, ſolus Eberhardus reſtitit, ob hoc *Albertus* ei 1301. pro 12000. libris obolorum *Comitatum Græningenſem* (comes enim Græningenſis pro Adolfo ſteterat) tradidit, ſed reluit deinde 1316. Fridericus Impera-

Eberhardus illuſtris

a Hic etiam agnatus fuit. Cum enim ejusdem gentis eſſent, qui Grœningen, Stutgard, Aurach tenerent, ab his opidis cognominabantur. Naucl. Vol. 3. gen. 43. pag. 314.

b Naucl. Vol. 3. gen. 43. p. 345.

Imperator, & *Grœningam* reſtituit imperio. *a* Mortuo Alberto *Henrico VII. Cæſari* Eberhardus iterum obſequium negavit, ſed ob hoc per vicarium Cæſaris *Conradum de VVeinſperg* univerſa fere ditione exutus, & caſtrum *VVirtenberg* deſtructum. *Ludovico* Imperatore magis propitio uſus eſt, qui adverſus Fridericum eum reſtituit. Cæterum *Hohenſtaufenſe* dominium & alia in *Svevia* Imperator *Rudolfus* (cum tempore interregni occupata bello ab Eberhardo initio repetiiſſet) demum in feudum contulit. *Calvenſem* [b] etiam comitatum familia huic debere videtur, quem acquiſiverit circa 1308. De *titulo* variant, cum quidam hereditate oblatum arbitrentur, alii à *Palatinis Tubingenſibus*, vel aliis emtum, alii gratia Imperatoris *Alberti* obtigiſſe perhibeant. A Conrado Weinspergio & filiis etiam *Neyffen* emit 1301. Nec minus *Pfullingenſem* comitatum & Lichtenbergam arcem ditionibus ſuis adjecit. Deceſſit 1325. Ejus ſymbolum: Gottes Freund und aller Welt Feind. Uxores habuit *Adelheidem C. VVerdenbergenſem*, & *Irmgardim Rudolphi M. Badenſis filiam* 1297. ductam, matrem *Margaretæ*, Eitelfriderici C. Zollerani, *Mechtildis*, Cratonis C. Hohenloici, *Irmgardis*, Rudolphi C. Hohenbergii,

a Hartmanni poſteri contenti manſere titulo Landavienſi.

b Ille in alia linea hæſerat, quæ agnata Wirtenbergicis. Ultimus notatur Comes Conradus 1235. Poſt eum in cujus manu fuerit comitatus non conſtat.

henbergii, conjugem (quarum hæc 1340. extincta) *Henrici* (cui ex *Sophia Hochbergia* nulli liberi) *Eberhardi*, & qui succeſſit ULRICI[a]. Hic à *Conrado C. Schluſſelburgio*, marito patruelis ſuæ *Agnetis*, cui 1322. *Fridericus Imper.*[b] *Græningenſe* feudum donaverat, 1336. comitatum hunc 6000. libris obolorum emit. Confirmavit illud *Ludovicus* Imperator, & feudum una cum vexillo imperii ei contulit. Id meritis Ulrici datum, quod Imperatori fideliſſimus fuerat, & literas, quibus Pontifex Joannes XXIII. Ludovicum excommunicaverat, nullibi in ditione ſua recipi paſſus erat; unde idem Ludovicus 1330. eum præfectum ſ. advocatum provincialem Sveviæ & Alſatiæ declaravit. Cum 1339. rediret ex comitiis *Metenſibus*, ubi honorifice habitus, à Domino *Vinſtingenſi* abſque cauſa capitur, & nonniſi 100000. marcis argenti in lytron ſolutis dimittitur.[c] Idem Ulricus[d] 1342. à *Gœzzone* & *Vilhelmo* fratribus *Comitibus Palatinis Tubingæ, Tubingam*, vel emtione vel pignoris jure obtinuit, & 1344. mortuus traditur. Eo & *Sophia* ſ. *Theobaldi C. Pfireta-*

Vlricus

a J.U.P. duos Ulricos Eberhardo illuſtri filios aſſignat, ſeniorem ſ. VII. cui uxor *Irmentrudis* ſ. *Alberti jun. C. Hohenloici*, & filius *Vlricus VIII.* fuerint, tum Juniorem ſ. IX. Sophiæ Pfiretenſis ſ. Ferretenſis maritum. Quid dicam, non habeo.

b An Ludovicus.

c Naucler. Vol. 3. gen. 45. p. 387.

d Vel filius Eberhardus cum Ulrico fratre 1342. 20000. libr. obol. ab illis emit.

Pfiretarum, 1330. extincta, nati *Vlricus X.*[a] Alberti Auſtriaci in obſidione Tiguri miles, qui 1366. fatis conceſſit, pater ex *Catharina* f. *Ioannis* C. *Helffenſteinii*, *Adelheidis* Rudolpho M. Badenſi nuptæ, *Margaretæ*, ... Domino Ravenſteinio ſociatæ, & *Catharinæ*, [b] Ulrico jun. C. Helfenſteinio 1369. conjunctæ, & ſucceſſor EBERHARDUS *Contentioſus*, Greiner vel Rauſchebart dictus, ab *Alberto ſapiente Duce Auſtriæ*, qui à Comite Schælcklingenſi *Ehingam* emerat, Eberhardo jus aliquod prætendente & contractum impediente, bello petitus eſt: ſed hic hoſtis caſtra perrupit & ei magnam intulit ſtragem. Inde fœdus cum *Auſtriacis* [c] ſine exceptione Imperatoris factum, ob quod etiam illud ſolvere coactus eſt. 1348. una cum fratre Ulrico à Wilhelmo C. Palatino Tubingenſi alteram dimidiam partem opidi & arcis *Calvenſis* 7000. libris obolorum, & eodem à Conrado Com. Palatino 9600. libr. *Schœnbuchium tractum* emit. 1349. in exercitu Caroli IV. fuit Tigurum obſidentis, & poſtea etiam Alberti Auſtriaci, cum ſecunda vice eam impeteret. 1352. Ulmenſes ad Weidenſtetten fugavit. Ab Imperatore *Carolo IV.* cui inprimis contra Guntherum adverſarium fidelia præſtiterat

Eberh. Contentioſ.

a Alii Ulricum ἄγαμον faciunt, & Helfenſteiniam Catharinam hanc dant Henrico fratri, qui 1370. obierit.

b Aliis ea Eberhardi Contentioſi ſoror.

c Naucl. Vol. 3. gen. 46. p. 402.

ſtiterat officia, 1313. advocatus *Vlmæ*, *Heilbronnæ*, *Reutlingæ*, *Eslingæ*, *VVilæ* & plerarumq; aliarum Sveviæ civitatum conſtitutus, ab his, quæ nimiis exactionibus ſe gravari querebantur, & demum à Carolo, ut advocatia iterum abſtinere Eberhardum juberet, eamque Ruperto C. Palatino demandaret, obtinuerant, cum Eberhardus non acquieſceret, Imperatoris juſſu, qui ipſe cum exercitu adventavit, & Rupertum adverſus eundem auxilio Rhenanarum civitatum inſtructum ire juſſit, bello petitus eſt: Invaſit etiam Wirtenbergicum agrum Epiſcopus Auguſtanus & Conſtantienſis. Marchio autem Badenſis ſe excuſavit. Sed demum interpoſitione Moguntini & Epiſcopi Spirenſis res compoſita. Dein 1361. *Eslingenſes* Cæſaris, ob tumultum cum ea in civitate comitia haberet adverſus ejus miniſtros exortum, juſſu Eberhardus caſtigavit, & obſeſſos ad gravem multam coegit. 1367. Eberſteinios comites, quod Ulrico filio inſidiati eſſent, aggreſſus ditiones eorum vaſtavit. Cum ab Imperatore denuò obtinuiſſet, ut à civitatibus Suevicis certa tributa exigeret, hæ vero negarent, recruduit bellum: quo ad Altheim earum copias fudit 1372. capto duce *Vlrico Helfenſteinio*, qui in captivitate mortuus. 1373. pax facta, & civitates 138000. floren. ſolverunt. Unde Eberhardus 1376. à Friderico D. Tecciæ dimidiam ejus partem arcis Tecciæ & Kirchheimiæ 17500. floren.

floren. & postea 1385. Ovven & Gutenberg ejusdem ditionis emit. 1376. Cum Carolo IV. Ulmenses, quod Wenceslao Regi Romanorum homagium præstare nollent, coacturus, & per filium Reutlingenses & Eslingenses à ferendis auxiliis prohibiturus, 1377. ad *Reutlingam* magnam nobilitatis partem amisit. Post quæ 1379. res denuo composita. Sed renovatum bellum, & civitatibus plures fœdere junctæ, Eberhardo autem dux Bavariæ & aliquot principes: Inde cruentum commissum prælium 1388. ad *VVilam*, quo præter comitis filium, aliosque comites, *Zolleranum*, *Lœvvensteinium*, *VVerdenbergium*, *Tubingensem*, nobiles plurimi periere.[a] Et demum 1389. pax conclusa. Eberhardus autem 1392. mortuus est, pater ex *Elisabetha* f. *Henrici C. Hennebergii*, 1389. extincta, *Sophiæ*, quæ 1353. Joanni Duci Lotharingiæ nupsit, & ULRICI[b] qui dicto prælio cæsus est. Is 1376. arcem *Staufensem* à nobilibus *Riedheimiis*, quibus Austriaci Albertus & Leopoldus 12000. Ungaricis florenis 1370. oppignoraverant, pretio hoc soluto emerat: quod à *Carolo IV.* 1378. confirmatum. Ex *Elisabetha* f. *Ludovici Imperatoris Bavariæ ducis* 1362. ducta, *Vlricus*

a Naucl. Vol. 3. gen. 46. p. 407. 418.

b Quantus erat virtute togæ, virtuteque dextræ,
Huldricus patriæ splendor honosque domus.
Cæsaris esse gener dignus: qui clarus honore
Bojariæ magnas amplificavit opes.

Nic. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [597] - 561
PUBLIC DOMAIN

genuit *Henricum*, *Ulricum* canonicum Augustanum, & avi successorem EBERHARDUM,

Eberhardus mitis.

qui cognomento *mitis*, *liberalis* seu *pacificus* 1395. nobilitatis seditionem expertus est, sed Heimsheimio occupato, ubi convenerant, citò oppressit, autoribus digna pœna affectis. Eidem à secunda conjuge *Beatrice* vel *Judith a filia Friderici D. Teccensis* ultimi, & ultimæ *Ducissæ Vrslingensis*, quæ ducta 1417. à nonnullis fertur obtigisse ducatus *Teccensis*. Reliqua autem gentis in *Algoja* bona, sororum *Friderici* filiis *Rechbergiis* & *VVertheimiis* addicta. Alii[a] *Teccensis* hujus connubii nullam mentionem faciunt, & præter *Antoniam Vicecomitem Mediolanensem* filiam Barnabæ, viduam Friderici R. Siciliæ, *Vlrici*, *Ludovici*, qui minores decessere, & *Eberhardi* matrem, 1405. mortuam, non nisi *Elisabetham Joannis Burggravii Norimbergii* filiam 1406. ductam, *Elisabethæ* conjugis Joannis C. Werdenbergii, parentem, conjugem assignant. In aula sua hic Eberhardus VI. principes, 8. comites, 5. barones & 70. nobiles habebat. Eaque in imperio autoritate fuit, ut plerisque litibus arbiter adhiberetur; sæculi sui Salomon vocari meritus. Naturæ debitum persolvit 1417. Filius EBERHARDUS *junior*

Eberhardus junior.

ab uxore *Henrica filia* primogenita *Henrici de Mont-*

a Ita Clariss. D. *Pregizerus* in allegata descriptione, ad quam concinnandam documentis publicis instructus fuit. In quem modum etiam Reusnerus, Limneus.

Montfaucon de Montbelgard Domini d' Orbes, qui 1395. ad *Nicopolim* prælio adversus Turcas cecidit, 1397. ducta, *comitatum Montispelicardi*, per varias diu familias hactenus vagum, domui acquisivit, & licet Henrici sorores jus aliquod etiam suum prætenderent, à Duce Burgundiæ Joanne investituram & ab Imperatore confirmationem impetravit. Ea postea marito 1419. amisso vidua utrumque principatum bene rexit, secunda vice *Cratoni C. Hohenloico* nupta, & 1444. denata est. Cum vero Eberhardus hic præter *Annam* 1430. Philippo seniori C. Catimelibocensi nuptam, & 1471. extinctam, duos filios haberet *Ludovicum* & *Vlricum*, duarum linearum extitit autor. Ludovicus *superiorem* principatus partem cum *Mompelicardo* obtinuit, sede *Vraci* electa: Ulrico cum *Stutgardia* pars *inferior* paruit; divisione voluntate matris 1442. instituta, & à Cæsare confirmata.

LINEA I. VRACENSIS.

LUDOVICUS 1431. Sigismundo adversus Hussitas militavit. A comitibus *Helfensteiniis* 40000. aureis *Balingam*, *Dutlingam*, *Blaubeuram* 1447. emit. Primusque monetam cudi fecit. [a] Ecclesiasticorum & cœnobiorum insignem benefactorem se exhibuit. Demum *Ludevicus.*

[a] Vel in eo majorum exemplum secutus est.

mortali vita exceſſit 1450. [a] Uxorem duxerat 1434. *Mechtildem* f. *Ludovici mitis C. Palatini*, quæ dein 1452. Alberto Auſtriæ duci nupſit, & 1482. extincta eſt, & de literis ita meruit, ut ejus ſuaſu maritus ſecundus *Friburgenſem*, & filius Eberhardus *Tubingenſem* academias fundaſſe dicantur. Ex Ludovico mater fuit *Eliſabethæ*, quæ 1470. Joanni C. Naſſoviæ Saræpontano, & 1474. Henrico C. Stolbergio nupſit, *Mechtildis*, Ludovici Landgravii Haſſiæ uxoris ab anno 1453. & 1495. denatæ, tum *Ludovici* 1439. nati & 1457. mortui, *Andreæ*, qui puer deceſſit, atque EBERHARDI. [b] Hic *Barbatus*, *probus* & *ſapiens* cognominatur, tum reſpectu patruelis *ſenior*. Natus 1445. ſub tutela matris & patrui, informatione autem *Ioannis Naucleri*, adolevit. 1462. ſub Friderico III. Imperii

Eberhardus Barbatus.

a Naucl. Vol. 3. gen. 49 p. 437.

b Tu bello, tu pace bonus, tu maximus arte
auxiſti patriam nobilitate domum.
Flos regni, pietatis honos, prudentia legum,
Juſtitiæ lumen, Pieridumque decus.
Tu patrias ſanctis muniſti legibus urbes:
moribus ornaſti patria regna bonis.
Splendida munificus largitus munera doctis,
Inſtruxti ſanctam, laudis amore, ſcholam.
Quæ modo Germanis Clariſſima floret in oris,
qua Tubiæ radit Neccaris urbis agros.
Fortunate ſenex, patriæ pater, optime princeps,
Nunc magno nomen vivit in orbe Tuum.

Nic. Reuſn.

perii vexillum gessit. Iter ejus in *Palæstinam* 1468. susceptum, quo Hierosolymis eques creatus est, descripsit *Ioachimus Mynsingerus à Frondeck.* Quamvis autem literis non instructus hic princeps, (à quibus malis consultoribus in juventute abstractus erat, sed postea lectione librorum Germanicorum, quales aliquot ex latino idiomate verti curavit, defectum supplere studuit) earum tamen fautor, *Tubingensem academiam* 1477. consensu Friderici III. Imper. & Sixti IV. Pontificis, fundavit. Tum 1482. à Pontifice, à quo aurea rosa donatus est, obtinuit licentiam extruendi cœnobii *eremitarum* (in Schönbuch) ubi sub præposito 12. canonici regulares nobiles cum 12. laicis degerent, illudque reditibus insignibus dotavit. 1492. *Aurei velleris equitibus* ascriptus, & 1495. in Comitiis *VVormatiensibus* à *Maximiliano I. Imper. dux VVirtenbergicus* & *Teccius*, cum honorifico virtutis ac in imperium meritorum testimonio, & ditionum amplissimarum (quas dein nunquam dividi cum patrueli suo Eberhardo constituit) elogio creatus est.[a] Cum ad cænam à *Saxonibus* vocatus esset, reliqui autem de principatibus suis jactarent, de hoc uno gloriatus est, *quod in medio æstu solus in cujusvis è subditis gremio audeat* dormi-

Dux primus.

a Ea conditione, ut mascula progenie deficiente ad imperium relaberetur ducatus, als deß Reichs Widumbgut. vide Limn. Jur. publ. 2, 10, 20. & 5, 16, 2. ubi diploma.

dormire. Brevis tamen ejus dignitatis fuit fructus, nam sequens annus ei emortualis. Illius sepulcro astans *Maximilianus Imperator* dixit: *Latere in hoc tumulo talem principem, cui sapientia & multis virtutibus parem in Imperio nullum noverit.* De ejus virtutibus & defectibus vide *Naucl. Vol. 3. gener. 50. pag. 519.* Inprimis commendatur in proposito constantia, unde cedrus symbolum hieroglyphicon fuit. [a] E conjuge *Barbara Gonzagea* f. *Ludovici M. Mantuani,* quæ 1503. mortua est, nullam prolem reliquit, sed naturalem filium habuit *Ludovicum à Greiffenstein juris doctorem, Naucleri & Capnionis* fautorem.

II. STUTGARDIANA.

vide pag. 563.

Vlricus. ULRICUS cognomento (ob mores perhumanos) *Adamatus,* vel Gotts Nießwurtz/ *Stutgardiæ* habitavit, eamque plurimum ornavit. 1436. ludum equestrem solennem Stutgardiæ celebravit. 1450. à *Ludovico D. Bavariæ* [b] emit 60000. aureis Rhenanis Dominium *Heidenheim* & arcem *Hellenstein.* Cum autem postea contra eundem Ludovicum proscriptum auxilium

[a] Was Hertzog Eberhard fing an/
Bleib/ wie ein Cedren/ lang bestahn.

[b] Hic Helfensteiniis in illo dominio, quod ipsis Carolus IV. 1353. hereditario jure addixerat, successerat.

auxilium tuliſſet *Imperatori Friderico* Ulricus, armis ea rurſus extorſit Ludovicus. In bello, quod *Albertus M. Brandenburgius* contra *Norimbergã* 1449. geſſit, adhæſit Ulricus Alberto contra *Svevicas civitates*. Iterum adverſus *Eslingam*, quæ novo vectigali ipſius ditionibus incommodabat. Sed pax denuo compoſita 1454. Aliud,[a] cum *Fridericus victorioſus Palatinus* Ulricum impediret, quo minus uxoris tertiæ, *Margaretæ Sabaudæ*, quæ *Ludovici Electoris* vidua fuerat, dote frui poſſet, bellum contra hunc 1460. ſuſcepit, quod pactis terminatum, *ſequenti anno* rurſus ortum ob cauſam *Moguntinam* juſſu imperatoris. Eo vero bello[b] 1462. ad *Seckenheim* Ulricus cum *Epiſcopo Metenſi* & *M. Badenſi* captus, ſed brevi dimiſſus eſt. Deceſſit 1480. De ejus virtutibus & defectibus, vide *Naucler.* Vol. 3. gener. 49. pag. 499. Poſt primam uxorem *Margaretam Cliviam* f. *Ducis Adolphi*, 1440. ductam & 1443. extinctam, matrem *Catharinæ*, quæ Abbatiſſa in Lauffen, deceſſit 1497. ex ſecunda *Eliſabetha filia Henrici Divitis D. Bavariæ* 1444. ducta, & 1451. denata, præter *Margaretam*, quæ monialis 1470. extincta eſt, & duos immatura ætate extinctos, alios duos filios genuit, *Eberhardum* & *Henricum*. Tertia 1453. in thorum adſcita *Margareta Amedæi D. Sabaudiæ*

a Naucl. Vol. 3. gen. 49. p. 472.
b Naucl. Vol. 3. gen. 49. p. 487.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [603] - 567
PUBLIC DOMAIN

diæ filia, Ludovici Electoris Palatini vidua, quæ 1479. maritum præceſſit, eum parentem fecerat *Eliſabethæ*, *Helenæ*, *Margaretæ*, *Philippinæ*, quæ nupſere 1468. Friderico C. Hennebergio, 1475. Cratoni C. Hohenloico, 1459. Philippo C. Kœnigſteinio & Eppſteinio, 1469. Jacobo Com. Hornano. Obiere autem annis 1501. 1506..... 1449.

Eberhardus jun. D. EBERHARDUS *junior*, natus 1447. Aulam Regis Galliæ & alias inviſit patris voluntate. Patre mortuo ditiones fratri & patrueli ceſſit, ſervata ſibi annua penſione, ac iterum alias aliasve aulas viſitavit. Inde dux patrueli *Eberhardo Barbato* ſucceſſit. Cum vero ſtatus eum amotum ob multa proterve deſignata cuperent, pulſus eſt à *Maximiliano Imperatore* 1498. vel juxta alios ipſe ex mala conſcientia aufugit, cimeliis & omni argento ſecum ad Palatinos allatis. Quæ cum reſtituere nollet, aſſignati è ducatu 6000. aurei viciſſim ei non depenſi. Extinctus eſt in arce *Lindenfels* in ſylva Ottoniana 1504. & ſepultus *Heidelbergæ*. Uxor fuit *Eliſabetha f. Alberti Elect. Brandeburgici*, ducta 1465. Vidua habitavit *Nurtingam*, hancque igne miſere afflictam pene ex integro reſtauravit: atque 1524. mortua eſt.

Henricus. HENRICUS, alter filius Ulrici, natus 1446. prius ſacris erat deſtinatus & coadjutor *Moguntinus*. Sed quod patruelis & frater maſculis carerent, dignitatem hanc reliquit. Hic cum *Monpelicardum* (quod ne *Burgundicum*

dicum agnoſceret feudum, aut Dolæ compareret, ab Imperatore juſſus eſt) teneret, *Hagenbachio* decapitato, *Baſileenſes* & *Sundgojos* pro *Carolo Burgundo* armata manu 1474. è Mompelicardo infeſtavit. [a] Vitam finivit captivus *Vraci* 1519. Pater communis duarum linearum à totidem filiis, nimirum ex *Eliſabetha* f. *Simonis C Bitſchii* & *Bipontini*, 1487. mortua, genito *Ulrico*, ex altera *Eva* f. *Ioannis C. Salmenſis*, 1489. ducta, præter *Mariam*, Henrico D. Brunſuicenſi 1515. nuptam, & 1541. extinctam, *Henrico*.

LINEA I. DUCALIS PRIMA.

ULRICUS [b] *Henrici* & *Eliſabethæ Bipontinæ* filius, natus 1487. hoc ex *confirmatione* nomen habuit, in baptiſmo *Itelius Fridericus* [c] dictus. Ad *Eberhardum Barbatum* adhuc in cunis *Richovilla*, ubi natus, *Stutgardiam* delatus, *Vlricus Dux.*

a Gollut. mem. de la Fr. Comt. 10. p. 103.

b Ejus elogium ita deſcripſit Trithem. allegante Joh. Val. Andrea: Ducatum Wirtenbergicum ſtrenue gubernat, pacem ſervat, juſtitiam cunctis adminiſtrat, divitiis, gloria, virtute ac potentia nulli ſecundus, non minus ad bellum, ſi oportuerit, quam ad pacem diſpoſitus. Dedit huic natura corpus compoſitione & natura conſpicuum, aptumque animo ſpecioſo, quem contineret, ut juſtitiæ, ſuæ, quam ſolet extollere Hippocrates, etiam in hoc non oblita fuerit.

c Aliis *Henricus*.

tus, ac ab eo educatus est. Patruo vero *Eberhardo* abdicato, à *Maximiliano Imperatore*, qui *tutelam* gessit, ducatui præficitur, non nisi undecennis: sedecenni autem plane administratio demandatur, quod ætatem suppleret intellectus maturus. 1504. In *bello Bavarico* jussus *Palatinos* aggreditur, ac *Weinspergam*, *Meckmuhlam*, *Neostadium*, *Maulbronnam*, *Bessigheimium*, & comitatum *Lœvvenstein* occupat, cujus impetratis literis confirmatoriis à *Cæsare* non nisi partem reddit, & ut comitatus feudum esset domus ducalis, effecit.[a] Ob eam hoc bello præstitam Bavaris operam, etiam in compensationem ab *Alberto Bavaro* dynastiam *Heidenheim* cum arce *Hellenstein*, avo erepta, recipit. Alia accessio ditionibus facta, cum 1506. *Ferdinandus Novocastrensis* ei jus suum, quod habebat ex fidei commisso in dominiis *Blamontii*, *Hericuriæ*, *Clemontii*, *Chastelotii* & *Insularum*, *Clervalli* atque *Passavantii*, certa pecuniæ summa accepta venderet: unde Ulricus paulo post arcem & dominium *Blamont*, dejectis comitibus *Furstenbergiis* & *Werdenbergiis*, qui eadem prætendebant, vi recepit. Inde jure agi ceptum adversus *Ortenburgicos*, quibus ex altera parte jus cessum, ob ultima *Dolæ*, ob reliqua dominia in *Spirensi* Camera, cum jurisdictionem *Burgundicam* Wirtenbergica domus nollet agnoscere. Maximilianus Imp. 1510. ipsocum

a Literæ confirmatoriæ extant apud Limn. Jur. publ. Add. ad V, 16.

ipſocum convenit de certis caſibus qui evenire poſſent, *unione hereditaria* inter utramque domũ, Wirtenbergicam & Auſtriacam, conſtituta. Cum vero Ulricus poſtea ſuorum exaſperaſſet animos, videreturque reformidari quam amari malle, [a] tum *Reutlingam* civitatem vexaret, à *Svevici fœderis* ſociis duce *Ludovico Bavaro* ducatu ejicitur 1519. [b] Ab his ducatum *Cæſar* obtinuit, & fratri *Ferdinando* in diviſione provinciarum conceſſit. Interea *Mompelicardi* commoratus dux 1525. conductis aliquot *Helvetiorum millibus* fruſtra conatur ducatum recipere. [c] Unde quamvis pro ipſo principes aliquot in *Auguſtanis comitiis* Cæſarem interpellaſſent, hic nihilominus repetitis ab initio cauſis, quamobrem fuiſſet profligatus, ornamenta ſolennia principatus fratri ſuo publice contulit. In Madritenſibus etiam pactis Galliæ rex duci exuli auxilium ferre vetitus eſt. Ejus tamen reſtituendi conditio *Landgravio Philippo* pro incitamento relinquendæ *religionis Evangelicæ* ibidem propoſita. [e] Et Landgravius ille jam

Ejectus

a Hub. Thom. Leod. vit. Frid. Palat. addit venationum & ferarum nimium ſtudium cauſam abalienatorum animorum.

b Tubinga tum præ reliquis fidelem ſe exhibuerat, ab omni ſeditionis contagio libera, unde à duce dein novum inſigne, vexillum & ſigillum meruit. Ex Cruſ. Theod. Hæping. Jur. inſign. c. 8. n. 464. c. 9. n. 336.

c Sleid. L. 4. p. 112. 113.

d Sleidan. L. 9. p. 237. e Sleid. L. 7. p. 196.

jam tum aliquid moliri cogitabat, sed à nonnullis, qui operam polliciti, destitutus, distulit. Postea vero 1533. quod & Cæsar absens & Suevicum fœdus in annos undecim antea factum expirasset, in *Gallia* regi Ulrici nomine *Mompelicardum* conficiendæ pecuniæ in belli sumtus oppignorat: nec enim Regi ob *fœdus Cameracense*[a] aperte licebat assistere. Hoc auro *anno seq.* suscepta expeditio, qua victis Austriacis ad *Laufenam* omnia ad Ulricum rediere.[b] Inde omni jam agro occupato pacificatione *Cadamica* res composita, per *Saxonem* tanquam mandatarium Landgravii & Ulrici. Conditionem vero, qua sanciebatur, ut hic ejusq; masculi heredes *Ferdinandi Regis* tanquam *Austriæ* principis beneficiarii sint, & ab eo ducatum acceptum ferant, illisque extinctis ad Austriacos redeat, ac ita *utile dominium penes Wirtembergios, directum penes Austriacos* sit, ita moleste tulit Ulricus, ut ob hoc & succenseret Landgravio, & dubitaret, an pacem acciperet.[c] *Sequenti anno* mox *Mompelicardum* reluit; & 1536. in *Smalcaldicum fœdus* recipitur.[d] *Religio*[e] quoq; Evan-

Restitutus.

a Thuan. L. 1. p. 28.
b Sleid. L. 9. p. 242.
c Sleid. L. 9. p. 252.
d Sleid. L. 10. p. 288.
e Quo duce religio caput extulit aurea cœlo:
quæ nunc in toto purior orbe volat.
Quo duce cœperunt melius confidere Musæ,
& tractare novo pectine fila lyræ.
Nic. Reusn.

Evangelica ab eo in principatu introducta: Theologi egregii cœnobiis præfecti: Scholæ in illis introductæ, & *Tubingæ* Auguſtinianum monaſterium ſtipendiariis incolendum conceſſum. Cum ex eo ſuſpectus eſſet, tanquam in vicinos Epiſcopos aliquid moliretur, rex Galliæ ad ipſum literas dedit, ipſe autem in reſponſo ſe excuſavit.[a] In *bello* autem *Smalcaldico* 1546. ipſe inter primos copias ſuas eduxit, duce *Ioanne Heidecco*, una cum *civitatibus ſuperioris Germaniæ*. Cum vero res Smalcaldicorum improſpere ſucceſſiſſent, *Hohentvviela* ſupplices literas ad Cæſarem ditioni ſuæ appropinquantem ſcripſit.[b] Et cum jam aliqua à *duce Albano* in ducatu eſſent capta, *Friderico Palatino* intermedio (fratre tamen Georgio excluſo) reconciliatus eſt, ne forte ex deſperatione ad Gallos confugeret, imperatori, quamvis duris conditionibus:[c] Unde poſtea *Interimiſticam formulam* 1548. recuſare non auſus, *Brentium* tamen exulem *Horburgi* ſuſcepit.[d] Interea 1547. *Ferdinandus* tanquam ruptis pactis prioribus ipſi de tota provincia intendit litem.[e] Qua adhuc pendente Ulricus fato fungitur 1550. vide Thuan. L. 1. p. 27. L. 4. p. 164. L. 6. pag. 311. 1520. *Hohentvvielam* à vidua Clingenberg

a Sleid. L. 12. p. 343.
b Thuan. L. 4. pag. 164. Sleid. L. 18. p. 559.
c Sleid. L. 18. p. 562. 563. Thuan. L. 4. p. 164.
d Sleid. L. 20. p. 631.
e Sleid. L. 19. p. 590.

genbergia emtam ditionibus adjecit. *a* E conjuge *Sabina Bavarica*, filia *Alberti Ducis*, ab avunculo Maximiliano Imperatore 1511. procurata, quæ tamen 1515. eo deserto ad suos divertit, & ex eo ducatum nunquam, nisi dum ipse exul, & post ejus mortem ad dotalitiorum bonorum possessionem, *Nurtingam*, ubi de pauperibus & ægrotis bene merendo elogia plurimorum promeruit, reversa sed 1564. defuncta est, suscepto 1515. filius unicus superfuit

Christophorus D.

CHRISTOPHORUS. *b* Hic cum sorore *Anna* nata 1513. (dein 1530. mortua est) quadrimus à *fœderis Suecici* sociis in arce *Tubingensi* obsessus, & dein ab avunculo *Wilhelmo D. Bavariæ* educatus, tum 1522. *Oenipontem* amandatus, ut cum liberis cujusdam Medici literis imbueretur. Inde in aula *Caroli V.* inter honorarios *ephebos cameræ* adolevit, & in comitatu ejus multas

a Zeiler. Itin. German.

b - - veteris sanctissime nominis heres
Christophore, ô populi cura salusque Tui.
Dum poteras, placida terras in pace regebas:
annorum implerunt fata benigna moras.
Quæ Tua non virtus possedit pectora, princeps
inclyte? quæ laudi defuit umbra Tuæ?
Vivus eras, timidusque Dei, reverensque sacrorum;
ah quantum est verum posse timere Deum.
Jura, fides, probitas sub Te vixere, decusque:
sub Te libertas extitit alma duce.
Tunc Astræa diu neglecta soloque fugata,
cum nemesi rediit cumque pudore sacro.

Nic. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [610] - 574
PUBLIC DOMAIN

multas luſtravit provincias. Cum Cæſar in Italiam rediret, jam diu ille à ſuis ſolicitatus divertit è comitatu, inque vicinam Bavariam ad avunculum Ludovicum, apud quem per ſemeſtre latuit, ope præceptoris ſui fidiſſimi *Mich. Tiferni* Hungari, quo egregie in Græcis & Latinis profecerat, elapſus eſt. Solus enim cum eſſet familiæ hæres, *a* in *Hiſpania* eum *in ordinem eccleſiaſticum* intruſuri credebantur. Inde in avitum ducatum reſtitui petiit. Ferdinandus etiam conſiliariis mandavit, ut de reſtitutione *Tubingæ* & *Neyffæ*, quæ in tractatibus Chriſtophoro ſervata erant, imo & ita res ſi ferret totius ducatus, ipſo cum agerent; hi ægre muneribus ſuis ceſſuri, ut nihil in conventu Auguſtano proficeretur, niſi quod 4000. floreni ex ducatu ejus ſuſtentationi aſſignati, effecere. 1530. in comitiis Auguſtanis pro reſtitutione patris interceſſit, ſed fruſtra. 1532. patre reſtituto in *aulam Gallicam* ſe contulit, & 8. annos in ea egit. Ejus auſpiciis, cum vix 22. annum ætatis ageret, 33. vexilla duxit in [b] *bello Subalpino*, & *Alexandriam* obſidione cinxit. Regi autem & regis filiis gratiſſimus fuit, unde ab aliis invidia,

a Sleid. L. 9. p. 244.

b Eo bello plurimum vires ſuas debilitavit. Nam aliquoties 16. integras horas cataphractus ſumma æſtate arma non depoſuit. Unde jam ſenior ſæpius queſtus eſt, valetudinem tunc debilitatam. Inprimis cum in Italia etiam venenum datum ſit, quod corpus infirmavit, ſed eo tempore ſanitatis virile robore victum erat.

dia, ut in *Caſtroheraldi* in diſcrimen vitæ inciderit, ſed adverſus aggreſſores fortiter ſe defendit. His vero, cum poſtridie à rege ipſius arbitrio dederentur, ignovit. Demum cum in regno ſæpe ob *Evangelicam religionem* videret aliquos ſuppliciis affici, & ipſe jamdū 1538. *Niceæ Pontifici* pedum oſculo, quo eum Rex & alii proceres coluerant, etiam à Coneſtabili monitus, negato (ob quod C. Furſtenbergius & alii idem officium detrectarunt) ſe religionis feciſſet ſuſpectum, rei pertæſus in Germaniam rediit. 1542. in *Turcicam* expeditionem iturus erat, niſi à patre, qui Mompelicardenſem ditionem regendam tradidit, à propoſito eſſet revocatus. Hoc itaque volente uxorem *Annam Mariam* Brandenburgicam f. *Georgii pii* 1544. duxit, & exiguo contentus *Mompelicardi* vixit. Inde *Smalcaldico* in *bello Baſileam* ſecuritatis cauſa conceſſit: *interimiſticam* autem *formulam* conſtanter recuſavit. Cum patri ſuccederet 1550. illa religio in ducatu recepta erat, & tria adhuc in eodem præſidia *Hiſpanica*, ſed utroque onere levavit patriam. Ad *Concilium Tridentinum* miſit legatos, politicos *Wernerum de Munchingem*, *Hieron. Gerhardum*, & Theologos *Ioan. Brentium*, *Iacobum Beurlinum*, *Iacobum Heerbrandum*, *Valentinum Vannium*; & *Confeſſionem*, quam etiam ab objectionibus tueri parati erant, ſed non admiſſi ſunt, offerri curavit. *a* 1551. *Fœderi* adverſus *Cæſarem*

a Sleid. L. 23. p. 706. 722. 735. 739. 744. 745. 756.

Cæsarem noluit participare, sed unica tantum conducta legione sua præsidiis firmavit: unde eo dein mediatore usus Cæsar. 1552. Ei cum præposito *Elvangensi* [a] controversia fuit, eumque ad justas conditiones vi adegit. Inde *jus provinciale* primus evulgavit 1555. 1559. destinatus est ab Imperio legatus ad *R. Franciæ*, cum Cardinali Augustano, qui inprimis eum amavit.[b] 1561. in conventu *Naumburgico* cum *Ioanne Friderico Saxone invariatam Aug. confessionem* ursit.[c] Nec *Reformatis* alias quoque favit, spiritum eum agnovisse testatus. 1563. ipsi à regina *Catharina regni Gallici administratio* aliqualis oblata, sed se excusavit princeps.[d] Alias quoque *Francicis rebus*, cum ob *religionem* bella gererentur, nunquam misceri aliter voluit, quam quod, si componi res religionis possent, 1561. missis Parisios legatis & Theologis tentaverit, & apud regem miseros deprecatione juverit; oderat enim subditorum ob religionem rebelliones; canonem ajens esse, *confiteri & pati*. Cæterum de ducatu suo optime meritus, eum ex pluribus partibus, quæ diversas mensuras, pondera, leges, consuetudi-

a Thuan. L. 11. p. 533. Sleid. L. 24. p. 790. 792. 793.

b Sleid. L. 26. p. 869. ubi Cardin. Augustanus eum vocat virum bonum, prudentem, peritum, pacis amantē: addit: inde à primo tempore, quo cæpit inter nos esse notitia, valde semper in eum fui propensus.

c Thuan. L. 28. p. 31.

d Thuan. L. 36. p. 278. 279.

nes &c. habebant, in unam reipublicæ formam redegit. [a] Arces decem [b] extruxit & perfecit, alias restauravit. Subditorum nulli sine expressa venia sub ipsius regimine licuit, militarem operam ulli addicere, excepto *bello Turcico*. Porro ipse linguis & aliis literis probe excultus, & literatorum fautor eximius, *Tubingensem academiam* auxit, & *leges disciplinæ* astrictas esse voluit; *Illustri* quoque *stipendio*, in quo antea 70. alebantur, alios alumnos 90. adjecit; alias quoque per ditionem erexit *scholas*. Ut Ecclesiæ bene esset, ordinationem Ecclesiasticam publicavit, synodales conventus, visitationes scholarum, consistorium instituit. Cum autem in senectute, quam sacrorum librorum lectione oblectavit, è juventutis laboribus, & quod olim in Italia venenum datum, infirmior fuisset, tandem 1568. *Stutgardiæ* vitæ varia fortuna jactatæ, in qua tamen semper eundem animum servavit, hoc est invictum se præbuit, terminum attigit, Princeps omni laude superior, & licet olim miles, pacis amantissimus, quam in *circuli*, cujus *dux* erat, negotiis semper cordi habuit. vide Thuan. L. 11. pag. 533. L. 34. p. 278. L. 63. p. 653. Liberos ex *Anna Maria* sua *Brandenburgica*, quæ vidua ad 1589. Nurtingæ vixit, suscepit plures, & eorum educationi

a Limn. ex Besoldo.

b Stutgard, Gæppingen, Hohentwiel, Brackenheim, Leonberg, Neuenburg, Grayeneck, Pfullingen, Steinhulben, Waltenbuch.

cationi diligentissime incubuit, ob hoc plerumque ipsiscum solitus cænari; filias etiam suas vitando otio *Latinæ linguæ* operam navare voluit. Fuerunt hæ natæ 1547. *Hedvigis* (elocata Ludovico Landgravio Hassiæ 1563. 1590. mortua) 1548. *Elisabetha* (1568. juncta Georgio Ernesto principi Hennebergio, & 1586. Georgio Gustavo C. Palatino, 1592. extincta) 1549. *Sabina* (1566. Wilhelmo Landgrav. Hassiæ nupta, quem morte deseruit, 1581.) 1550. *Amalia* (maritum 1578. nacta Richardum Com. Palatinum, reliquit 1589.) 1552. *Eleonora* (1571. Joachimo Ernesto pr. Anhaltino & 1589. Georgio Landgravio Hassiæ sociata, 1618 vita excessit) 1559. *Dorothea Maria* (conjugem sortita 1582. Ottonem Henricum C. Palatinum, ejus fata 1639. secuta est) 1561. *Anna* (1582. Joanni Georgio & 1594. Friderico Ligniciis ducibus copulata, 1616. vivendi finem fecit) 1563. *Sophia* (maritum Fridericum Wilhelmum ducem Saxoniæ, qui eam thori sociam legerat, morte sua 1590. viduum fecit.) Inter filios autem primogenitus 1545. EBERHARDUS vivo patre 1568. mortuus spes de se conceptas destituit: successor autem fuit LUDOVICUS cogn. *pius*, natus 1554. Huic à patre dati tutores *VVolfgangus C. Palatinus*, *Georgius Fridericus M. Brandenburg.* & *Carolus M. Badensis*. Produx autem fuit *Henricus C. Castellæ*. 1571. gubernationem ducatus Ludovicus ipse suscepit; jam antea *circuli Sue-*

Eberhardus

Ludovicus Dux.

vici Dux. Formulam Concordiæ inter præcipuos promovit, eique ſubſcripſit. In memoriam ſui, cum ex utraque conjuge *Dorothea Urſula* f. *Caroli M. Badenſis*, quam 1575. duxerat, & 1583. amiſit, atque *Urſula* filia *Georgii Ioannis C. Palatini* 1585. aſcita, (quæ vidua ad 1635. Nurtingæ vixit) prole careret, *Collegium illuſtre Tubingæ* primo 1589. lapide poſito extrui fecit, & ipſe initiavit 1592. Impenſæ 60000. aureis conſtitere. Tum & quam voluptuariam vocant domum (Luſt-Hauß) non procul arce in horto conſtruxit, in quam 3. tonnæ auri erogatæ. *Ludovicum C. Lœvvenſteinenſem* ob aliquas controverſias exuit comitatu: tandem 1593. è venatione redux catarrho ſuffocatus, lineam terminavit, ſcripto herede, agnato proximo *Friderico*.

II. MONTIPELICARDENSIS vel DUCALIS SECUNDA.

vide pag. 569.

Georgius. GEORGIUS frater Ulrici, natus 1498. ab eo *Richovillanam* ditionem obtinuerat, ſed *Chriſtophorus* dein 1553. totum principatum *Monpelicardenſem* & fructus præfecturæ *Neuenburg* adjecit.[a] In Montpelicardenſi principatu, cum ob pagos *Louze* & *Chagey* controverſiam haberet cum Comite *Ortenburgico*, Burgundia

a Limn. Jur. publ. 4, 8, 118.

gundia autem neſciat pares curiæ, hunc coram judice *Veſulienſi* convenit : nec tamen in aliis jurisdictionem Burgundicam cum præjudicio imperii agnoſcens. In *bello Smalcaldico* [a] inter Proteſtantes meruit : unde cum reconciliaretur Ulricus Cæſari, Georgius excluſus, & bona, ut quorundam aliorum, proſcripta. Sed dein 1552. cum aliis proſcriptis receptus in gratiam, triennio poſtea monitu nepotis Chriſtophori conjugem duxit *Barbaram Haſſiacam* f. *Philippi*, atque poſt alterum triennium 1558. deceſſit. Filius, qui cum ſorore *Eva Chriſtina* poſthuma 1558. nata, & 1575. mortua, ſolus ſuperfuit, FRIDERICUS initio *Richovillæ* apud matrem, quæ dein Danieli C. Waldeccio nupta, 1597. extincta eſt, dein vocatus *Stutgardiam* 1568. cum *Ludovico* ſobrino propiori educatus eſt. Ejus autem nomine antea *Chriſtophorus* tutor *Claudium Franciſcum Lonvianum de Rye*, qui ob prætenſiones *Novocaſtrenſes* durante juris diſceptatione *Hericuriam* & dominium *Chaſtelot* vi occupaverat, & ne ex curia quidem Dolana pœnalibus mandatis, licet ſubditus Burgundiæ, parebat, armata manu, *Hericuria* dejecerat. Tum adultior *Germaniam*, *Daniam* & *Ungariam* Fridericus peragravit. 1581. *Formulæ Concordiæ* ſubſcripſit. Regimine ſuſcepto Monpelicardum habitavit, & *Fridericus.*

a Sleidan. L. 17. p. 534. 18. p. 563. 24. p. 784. Thuan. L. 4. p. 198.

plurimum ornavit. 1586. *legatus* principum Germanorum cum Wolfgango C. Isenburgio in *Gallias* inteſtinis bellis afflictas miſſus eſt. Antea tamen *Colloquium* [a] inſtitutum *Monpelicardi*, impulſu *Claudii Antonii Viennenſis Claravantii*, religionis gratia inter *D. Andreæ* & *Bezam*. Dein 1589. Badenſi etiam colloquio interfuit. Inde 1577. *Guiſius* & *Muſſipontanus* principatum invaſere, ac incendiis & rapinis deformavere: ut Fridericus ipſe Stutgardiam ſecederet. Queſtus eſt apud Cæſarem, tum 300. *vicos incendio abſumtos*. 1592. periculoſo propter tempeſtatem itinere in *Angliam* eſt profectus. [b] Inde cum ſucceſſiſſet agnato in ducatu, agere cum *Auſtriacis* cepit, ut ab ipſorum jurisdictione eximeretur, ob quod 1597. ne turbaretur negotium, à *fœdere Gallico* licet interpellatus ſe excuſavit. [c] Tandem 1599. 24. Januarii, *Imperator Rudolphus* conſentientibus *Auſtriacis* cæteris, bona pecuniæ ſumma accepta, *inveſtituram ducatuum duorum ad priman & immediatam formam*, abolita feudali obliga-

Dux.

a Thuan. L. 85. p. 221. Protracti tum magis in apricum errores Bezæ, unde qui Maulbronnenſe colloquium Eccleſiæ ſuæ ſymbolicis ſcriptis annumerare non dubitat Maſſonius, hoc deletum cupit. De eo virulenta in noſtros epiſtola extat apud Goldaſt. Polit. Imp. P. 29. n. 3. p. 1336.

b Edita deſcriptio duorum itinerum à M. Erhardo Celſio.

c Thuan. L. 118. p. 410.

obligatione, qua ab aliquo tempore Austriacis obstricti fuerant, *reduxit, quæ etiam ab illo tempore hucusque semper observata; reservata tamen Austriacis successione in casum deficientis masculæ sobolis, ubi tantum religioni cautum.* [a] 1600. ad Jubilæum Romanum profectus est itinere occulto: cujus dein edita descriptio. [b] Cæterum *Eques* regiorum *Gallici* [c] & *Anglici* [d] *ordinum* fuit, & oppignorata sibi ducatum *Alensonium* in Gallia, & *Oberkircham* ab Episcopo Argentinensi [e] possedit. Multa quoque

a Limn. Jur. publ. Addit. ad 5,16,7. ubi priorem suam sententiam corrigit, & transactionis verba adducit. Confer Thuan. L. 104. p. 1410.

b Edita descriptio duorum itinerum à M. Erhardo Cellio.

c Ordinis Michaelis.

d Inauguratio hæc descripta & typis impressa, illo titulo: Actus solennis Anglo-Wirtenbergicus, quo Anglicæ societatis regium ordinem Garterium ab Anglica legatione accepit Illustriss. Dux Wirtenberg. Fridericus Stutgardiæ. 8. Id. Nov. 1604. De actu illo extant etiam Panegyrici Anglo-Wirtenbergici tres M. Joh. Augustini Assum. Majori studio rem delineavit Erhardus Cellius opere, quod inscripsit: *Eques Auratus Anglo-Wirtenbergicus.* 1605. In quo 8. libris explicat, primo ordinis Garterii originem & dignitatem. 2. Friderici Ducis peregrinationes, & in Angliam iter. 3. In Anglia exhibitos honores & reditum in patriam. 4. Legationes & literas mutuas & præparationem ad solennitatem. 5. Actum ipsum. 6. Conciones, congratulationes. 7. Prandium. 8. Choreas, cœnam, legatis exhibitos honores & eorum dimissionem.

e Unde ista etiam titulis adjecta: Herr zu Heidenheim und

principatui loco [a] adjecit, & quædam condidit: in quibus templum & collegium Monpelicardense, ut & opidum *Freudenstatt* recipiendis ex Styria exulibus extructum. Plures arces [b] aut de novo extruxit aut refecit. Cum moreretur princeps heroici animi & acris judicii 1608. [c] ex *Sibylla* f. *Ioachimi Ernesti princ. Anhaltini* 1581. ducta, quæ vidua 1614. Leonbergæ excessit, candidissima & pia fœmina, 15. liberos genuit; ex quibus, ut eos omittamus qui minores decessere, *Sibylla Elisabetha* nata 1584. maritum habuit Joannem Georgium Saxonem dein Electorem, ducta 1604. extincta 1606. *Eva Christina*, nata 1590. Joanni Georgio M. Brandeburgio 1610. nupsit, & maritum morte secuta est 1657. *Agnes*, lucem aspexit 1592. conjugem accessit 1620. Franciscum Julium D. Saxoniæ inferioris, & 1629. obiit. *Barbara* genita 1593. 1616. elocata est Friderico M. Badensi, & 1627. defuncta. *Anna*, quam hauserat vitam 1597. 1650. terminavit. Inter filios FRIDERICUS ACHILLES natus 1591.

Friderici Achilles.

virtute

und Oberkirch/Pfandsherr deß Hertzogthums Alenzon und darzu gehörtger Herrschafften/beyder Königl. Cronen Franckreich und Engelland Ordens-Ritter.

a Bessigheim cum appertinentiis à Badensibus emit, Altensteig, Liebenzell item acquisivit: nec non Falckenstein, Eselburg.

b Neuenstatt, Tubingen, Hellenstein, Neuenburg, Calvv.

c Orationes funebres ei consecrarunt Thomas Lansius & Andr. Osiander.

virtute & literis probe excultus, *conſultatione de principatu provinciarum Europæ* habita & vulgata innotuit, cumque per corporis molem ad exteros ire non liceret, *Geographicis & Hiſtoricis* ſtudiis aliisque artibus ingenium excoluit. Habitandum per fraterna pacta accepit *Neoſtadium ad Cocharum*: unde ob bellicos tumultus ad fratrem *Stutgardiam*, hoc vero mortuo domum reverſus eſt: demum nephritide & catarrhis 1631. enectus. Alius frater MAGNUS *Magnus* n. 1594. poſt varia itinera militarem ſecutus eſt vitam, *Venetorum*, ſub Georgio Ludovico C. Lœvvenſteinio, mox *Unionis* auſpiciis uſus: cum vero pedeſtres & equeſtres pariter copias duceret, cum *M. Durlacenſi* prælio ad *VVimpenam* 1622. victus, & miſere 12. vulneribus, ut corpus nudum præ ſqualore vix agnitum ſit, laceratus occubuit. [a] Ei *Neoburgum* habitandum aſſignatum fuerat. Hi Friderici filii ἄπαιδες extincti ſunt. A reliquis 3. totidem lineæ.

LINEA I. STUTGARDIANA.

JOHANNES FRIDERICUS *Monpelicardi* 1582. natus, *Stutgardiæ* autem & in *Collegio Tubingenſi* educatus eſt, & animum bonis literis imbuit, corpus decore inſigne artibus variis ad robur & agilitatem exercuit. Tum *Italiam*, *Ioannes Frider. Dux.*

[a] Vt qVater aprILIs LVX ſeXta aC bIna refVLsIt
en prInCeps MagnVs fortIter oCCVbVIt.
Dieterlin.

liam, Galliam, Germaniam, Daniam, ubi à Christiano IV. *Bohemiam*, ubi à Rudolpho II. Imperatore, *Ungariam, Belgium*, ubi in castris hinc à Spinola isthinc principe Mauritio, honorifice exceptus est, lustravit. Cum patri successisset, *unioni* nomen etiam dedit: unde in *bello Alsatico* una cum sociis contra *Leopoldinos* egit, dein cum iisdem *Udenheimium* destruxit. 1621. Tractatibus, quibus *Unio dissoluta*, subscripsit. 1626. Una cum Lotharingiæ duce se apud Cæsarem pro mediatore in causa *Palatini* interposuit, unde *Colmariæ* conventus celebratus, sed sine fructu. Circulum vero Svevicum, cujus dux erat, tota fere Germania bello ardente, quoad vixit, tranquillum prudenter servavit. Demum 1628. cum *Gœppingam* profectus fuisset, aversurus à *Ligisticis* imminentem ducatui ruinam, vix redux Stutgardiam, morte inter publicas curas opprimitur. Princeps à candore & constantia singulariter commendandus. *a* Ex *Barbara Sophia* f. *Ioachimi Friderici Electoris Brandenburgici* ducta 1609. (quæ vidua in exilio Argentorati 1636. decessit, princeps pietatis & beneficentiæ studiosissima [b]) ei, præter eos qui immatura ætate defuncti, & tres superstites filias, natas 1613.

ANTO-

a Unde quadravit Symbolum: *Consilio & constantia.*

b Symbolum: M. V. S. I. C. A.

Mein Vertrauen Stehet In Christo Allein.
Mein Vester Stein Ist Christus Allein.

ANTONIAM, 1619. ANNAM JOHANNAM, 1620. SIBYLLAM, *Leopoldi Friderici* patruelis viduam (cui *Hericuria* ſedes) à pietate, virtute, artibus & literis commendatiſſimas, tres filii nati ſunt. Ex quibus EBERHARDUS, anno 1614. natus eſt, & ſub curatela *patruorum* duorum & matris (quod in tempora triſtiſſima incidit) adolevit, & regiones exteras inviſit, antequam ipſe ſuſciperet adminiſtrationem, quod factum cum 1633. Geneva rediiſſet. 1634. poſt *Nerolingenſe prælium* ducatus occupatur à Cæſareis, & 1635. in *pace Pragenſi* ab amneſtia dux excluditur. Cum autem adhuc in exilio *Argentinæ* viveret, cum Cæſare agi ceptum, & demum reconciliatio ſecuta, ac ipſe 1638. magnæ ditionum parti reſtitutus. Multa tamen durante tempore belli ab utraque patre ducatus pati non deſiit: donec *pax Oſnabrugenſis* & *Monaſterienſis* 1648. ſequeretur, in qua plurima, inprimis monaſteria & eccleſiaſtica bona, olim vi ab *Oſſa* Cæſareo commiſſario erepta, domui reddita ſunt, & hactenus debitis uſibus dicata, ſcholis cœnobiorum reſtitutis. Ex eo ſummo cum prudentiæ, juſtitiæ, beneficentiæ & magnificentiæ elogio ditionibus, quæ pacato regimine refloreſcere cepere, præfuit, magnam in imperio & apud exteros (ita Reges Franciæ & Hiſpaniæ legationibus, R. Daniæ elephanti ordine eum honorarunt) virtute ſua autoritatem

Eberhardus Dux.

tem adeptus: optime quoque de multis illustribus, quorum *curatelam* summa fide gessit, meritus. Plurima etiam in Norimbergensi executionis pacis destinata dieta sancita per delegatos suos effectui dari curavit. Ejus studio, ut fuit in literas propenso amore, *Tubingensis* academia restaurata, & ibidem *illustre collegium* etiam renovatum. Interfuit quoque princeps 1653. & 1664. *comitiis Ratisponensibus*. Peculiari principum *fœderi*, quod pro *conservatione pacis Monasterienſis* ictum, nomen dedit è præcipuis. Ab eo vero 1664. Episcopus Argentinensis dynastiam *Oberkirch* redemit. Demum cum etiam quoad vixisset, in vicinia jam ardente bello, principatum ab eo divinâ gratiâ servasset intactum, fatis concessit 1674. Bis maritus fuit, ducta 1637. *Anna Catharina* f. *Ioannis Casimiri Rhingravii*, quæ 1655. extincta est, & 1656. *Maria Dorothea Sophia* f. *Ioachimi Ernesti Com. Oetingensis*. Ex quibus numerosa proles, nam, præter eos qui maturo fato rapti, nati sunt ex primo thoro 1637. *Ioannes Fridericus*, qui literis & exercitiis satis excultus Londini itinere Anglico 1659. defunctus est, 1642. *Sophia Ludovica* (1671. Christiano Ernesto M. Brandeburgio sociata) 1644. *Christina Friderica* (1665. Alberto Ernesto C. Oetingensi elocata, & 1674. parentis fata brevi secuta) 1645. *Christina Carola* (1662. Georgio Christiano principi Ostfrisiæ copulata, nunc vidua & filii Chri-

Christiani Eberhardi posthumi tutrix) 1647. *Wilhelmus Ludovicus.* 1648. *Anna Catharina.* 1651. *Eberhardina Catharina.* 1652. *Fridericus Carolus* (qui cum fratre exteras oras invisit, & cum Imperatori Egræ obsequia sua detulisset, Italiam quoque ingressus est) 1654. *Carolus Maximilianus.* Ex altero matrimonio superfuere geniti 1657. *Georgius Fridericus.* 1661. *Ludovicus.* 1669. *Ioannes Fridericus.* 1671. *Sophia Carola.* Post quos posthumus lucem sed vix aspexit & iterum reliquit 1674. *Emanuel Eberhardus.* Ex his WILHELMUS LUDOVICUS, studiis Stutgardiæ & Tubingæ excultus, Galliam, Angliam, Hollandiam, Daniam & Sueciam peragravit, 1673. *Magdalenam Sibyllam* f. *Ludovici Landgravii Hassiæ* conjugem elegit, & 1674. applaudente tota provincia, in novas spes erecta, domum deduxit. Ex qua 1674. nata est *Eleonora Dorothea.* Demum parenti difficili tempore hoc successit, & iisdem vestigiis insistens de subditis & imperio bene mereri satagit. *Wilh. Ludovicus Dux.*

Secundus filius Johannis Friderici FRIDERICUS natus est 1615. Ejus *baptismalia sacra* anno sequenti multa solennitate, quam peculiaris liber descripsit, celebrata sunt. Ubi primum adoleverat, militaribus exercitiis præcipue applicatus est animus *Genevæ*, cum ea urbs, *Lugduno* ob pestem, qua ipse quoque princeps tentatus, deserto, electa ad hoc fuisset. Eidem in altero itinere Francico, quod ducente *Fridericus Dux.*

cente *Mauritio B. Croneccio* initum, *Salmuria* locum præbuit. Inde mari *Italia* petita, cujus cum partem aliquam luſtraviſſet, inque eo itinere non vulgare intrepidi animi documentum, cum eum prædones exules numero ſuperiores aggreſſi mortem intentarent, edidiſſet Fridericus, per *Pedemontium* tertia vice repetita *Francia*, mox *Anglia*, *Hollandia*, demum *Dania*. Apud hunc *regem* conſilii materni olim dati memor, annum 1636. ſubſtitit princeps, ſumma benevolentia, quam dein filius 1656. *ordine Elephanti* collato renovavit, habitus. Regis conſilio *Electorem Saxoniæ*, inde *Viennæ Imperatorem* convenire viſum eſt, ſi quid domui proficuum potuiſſet obtineri. Multusque ibi ab ipſo *Cæſare*, *Archiduce Leopoldo* & aliis proceribus habitus noſtro honos, & ducatus per *Maximilianum C. Trautmansdorfium* ſerio oblatus, ſi *religionem Pontificiam* amplecteretur. Verum cum Dei offenſione & fratris injuria accipere beneficium generoſe negavit, & cum pro *fratris reſtitutione* oraſſet, aſſignatis, unde vivendi media ipſe acciperet, aliquibus præfecturis dimiſſus, literas Cæſareas ob hoc ad *Sulzenſem* & *VVolckenſteinium* præfectos (qui dein recentiora mandata accepiſſe cauſabantur) datas nullo fructu ſecum tulit. Nec diutius ludi ſuſtinuit *Fridericus*, itaque ad *Bernhardum Vinarienſem* in Burgundiam profectus, in ejusdem comitatu expugnationi caſtrorum

Ioux in Burgundia, *Thannæ* & aliorum interfuit. *Bernhardo* amico ſuo amiſſo, cum *Roſa* Bavaros *Hohentvvielam* prementes repentina irruptione adoriretur, comes expeditionis eſſe Fridericus voluit, & gravi defunctus periculo rediit. Poſt hæc in eodem exercitu volo commoratus eſt, donec 1640. paulo antequam *Gallo-Vinarienſes* ad Erfordiam *Svecis* & *Brunſuicenſibus* jungerentur, duas legiones regendas acciperet. Ex eo in plerisque actionibus, prælio ad *Guelferbytum*, quo multum Cæſareis damnum illatum, inprimis vero in altero, quo in *Kerpenſium* agro *Antoniano*, apud aggeres limitaneos 1642. *Lambojus* profligatus & captus (ex prima *VVirtenbergicorum* aggreſſione victoria pependit, fructus autem præter inſignem prædam, *Iuliacenſis* & *Colonienſis* agri occupatio fuit) Ducis virtus emicuit. 1643. *Rotvilæ* tentandæ cum delecta manu miſſus princeps, vulnere accepto, & neceſſariis deficientibus fruſtra fuit. Eandem fortunam tamen exercitus, ſubſidio Gallico nuper aucti, ducibus, *menſe Novembri*, iterum tentare placuit. Quamvis tempore incommodiſſimo, cum itineribus nive obſeſſis à commeatu & alio apparatu laboraretur, pertinacia tamen obſidentium (*Galli* poſtquam *Guebrianus* vulnus acceperat, inſtitutum deſeri voluerunt, quibus *Germani* obniſi ſunt) tandem urbs dedita, & præter *Guebrianum*, & *Tupadelium* in ea noſtro hoſpitium aſſigna-

assignatum. Quamvis vero hic in urbem necessaria convehi instanter monuisset, nihil à ceteris profunda securitate sopitis obtineri potuit. Unde paulo post *Duttlingâ* cum ducibus militiæ præcipuis, bellicis instrumentis omnique apparatu, ab hoste capta, aliquæ cladis reliquiæ Rotvilam se recepere: Equitatus autem & pauci alii fuga salutem quæsivere, nec vero reliquis, ut pariter se meliori tempori servarent, permissum. Ante vallum à superiori ruina nondum refectum mox hostiles copiæ victoria parta tumidæ comparent, & ex interceptis quibus necessaria petebantur literis defectuum in urbe satis gnaræ, cum dedere se dux recusaret, tormentis, quæ paulo antea ceperant, magna vi urbem quatiunt, ut una die 1500. ictus displosi numerarentur. Quamvis ergo strenue *VVirtenbergici* se defenderent, ob omnium quæ vitæ & defensioni necessaria sunt penuriam, accedente aliorum, quibus ex priori clade fugitivis pavor supererat, desperatione, omnique suppetiarum spe præcisa, tandem Fridericus ad deditionem coactus est, profectusque *Parisios regi* facti rationem approbavit. Cum vero in *Gallia* aliquandiu egisset (ubi per otium *Gravelingæ* obsidioni interesse placuit) variisque novis promissis diu frustra habitum se vidisset, 1646. *Landgraviæ Hassiacæ Cassellanæ* auspiciis novam militiam, constitutus generalis vigiliarum præfectus, suscepit. In hac

VVran-

VVrangelio occupanti *Paderbornam* & *Stattbergam* adfuit, & primum *Boechholto*, dein *Coesfeldæ* impositus præfectus, nonnisi hyemem ibi egit, æstate aliis expeditionibus occupatus. Cum 1648. ad *Grevenbrugam* Hassiacos in fugam conjecisset *Lambojus*, *VVirtenbergica legio*, ducem ante se consistentem imitata, sola rem restituit, tormenta prius deserta & ab hoste neglecta occupavit, & donec cæteri animos reciperent hosti profligando, ejus impetum sustinuit. Ut victoriam *Geisius* nostro non invitus tulerit acceptam. Pace imperio reddita, quod bello exhausta provincia plura vix concedere videretur, à fratre *Neostadium* (ubi sedes sumta) *VVeinsbergam* & *Mekmuhlam* accepit. Et hactenus post labores otium exercitiis, curis & studiis principe dignis, quorum aliquam fidem *hoplotheca*, impressorum scriptorumque voluminum *Bibliotheca* [a] & κειμηλιοταμεῖον instructissima, quotidianisque augmentis crescentia facere Neostadii possunt, condivit. 1653. Coronationi Imperatoris Leopoldi Francofurti interfuit. 1672. ab imperio defensionis suæ studioso generalis cura peditatus & rei tormentariæ [b] ei ob militarem experientiam oblata est. E conjuge *Clara Augusta* filia *Augusti D. Brunsuicensis*, familiæ suæ illustri ornamento, ducta 1653. numerosam prolem suscepit, in qua ad

a Ultra 20000. librorum numerans.

b General-Feldzeugmeister.

indolem excelsam paternorum avitorumque decorum æmulatio, ad quam & pietatem atque principibus dignas artes quotidie accenduntur, accedit, & spes ampliores votis bonorum applaudentibus excitat. Nati sunt, præter eos qui infantes ad meliora properarunt, 1654. *Fridericus Augustus*, 1657. *Albertus* (cui una cum fratre opusculum hoc prima vice inscriptum: hic vero spes de se egregias conceptas variolis infestatus 1670. pia morte coronavit [a]) 1658. *Sophia Dorothea*, 1659. *Ferdinandus VVilhelmus*, 1661. *Antonius Ulricus*, 1667. *Carolus Rudolphus*. Ex his post iter Gallicum FRIDERICUS AUGUSTUS & FERDINANDUS WILHELMUS militarem tuendo imperio jam sectantur vitam, inter copias Brunsuicenses alter cum militari imperio, equitum turmæ præfectus, alter voluntarius comes. In prælio ad *Ensheimium* 1674. fortiter *ille* dimicavit vulnere etiam accepto: iterum 1675. in obsidione *Trevirensi* primam eruptionem hostium strenue repulit, mox in prælio, quo Marescallus Crecquius victus, primus cum suis legionem prætoriam regiam aggressus, & gravi vitæ periculo defunctus est. *Hic* in eodē prælio una cum primogenito Osnabrugensi principe injussus prima specimina suæ fortitudinis, officiali etiam ex Gallis capto, edidit. Tertius filius Johannis Friderici est ULRICUS, natus 1617.

Vlricus Dux.

Post

a Editum eo nomine Fürstlicher Jugendspiegel auß dem Lebenslauff Hertzog Albrechts/ ꝛc.

Post iter Gallicum vitam militarem secutus, *Venetis* initio 1629. operam navare constituerat; inde de Anglica militia cogitavit, sed illud etiam consilium omisit, & 1644. Electori *Bavariæ* se addixit. Equitum turmæ præfectus 1645. in *Iancovienſi* prælio Joannem Werthium jam captum servavit. In *Allersheimio* etiam prælio fortiter certavit, inprimis vero ad Augustam 1648. hostilem impetum cum admiratione omnium sustinuit. Eodem in Bavaria à Suecis captus est, sed brevi redemtus lytro. Inde post pacem Monasterienſem *Hiſpanicis* auspiciis militare cæpit, generalis Teutonici in Belgio exercitus. Multa tum ipsius fortitudini debita in occupatione *Musonii* & *Retelii* 1651. 1652. expeditione versus Parisios, 1653. Rocroji occupatione, & obsidione Atrebatensi, 1656. liberatione Valencianarum. Uti dici queat, Condæo & ipsi debuisse Belgicum Hispanicum, ne omnino obtereretur. 1657. Abdicata militia Hispanica *Cæsari* operam obtulit: cum res non succederet, 1658. *Gallico* Regi se addixit, & 4. legiones duxit. Pace cito secuta pensionem à rege annuam obtinuit. Inde *Venetis* operam detulit 1663. Sequenti equitatus suprema præfectura in bello *Turcico* ab imperii ordinibus ei demandata. Ex eo induciis factis, 1666. *Daniæ* Regi se obtulit, & cum stipendio annuo *Elephanti* ordine ornatus est. 1651. religionem *Pontificiam* amplexus erat, sed 1657. ad Evan-

gelicam reversus. Demum 1671. vivis excessit. Bis maritus, ex *Sophia Dorothea* f. *Henrici VVilhelmi C. Solmensis* 1647. ducta, solum *Mariam Catharinam Carolam*, quæ ilico cum matre 1648. mortua est, ex *Isabella* vero *Alberti D. Arenbergii Pr. Barbansonii* filia, *Alberti Francisci Lalanii C. Hochstratensis vidua*, 1651. ducta, suscepit *Mariam Annam Ignatiam*, quę cum matre Parisiis diu vixit.

II. MONPELICARDENSIS.

vide pag. 585.

Ludov. Fridericus D.

LUDOVICUS FRIDERICUS, nat. 1586. olim in *Guisia* irruptione 1588. à patre, cum ad agnatum confugere cogeretur, subditis *Monpelicardi* pignori relictus, nec vero tum etiam infans tormentorum tonitru territus, illum postea principatum, cum excultis *Argentorati* & *Tubingæ* multo cum profectu studiis, & *Anglia, Scotia, Belgio, Italia, Gallia, Germania* peragratis [a] rediisset, 1617. pacto inter fratres nactus est. *Reditus* vero absque subditorum onere, aliquot *fodinis* & *fabricis ferri*, instar plumbi malleabilis, quod aliud ferrum bonitate superat, institutis non parum auxit. Postea

a Varias regiones, levitate, libidine, fastu, delitiarum appetitu, potationum & vestituum variorum luxu posthabito, sibi usui fore in sapienter instituenda œconomia didicit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [632] - 596
PUBLIC DOMAIN

Poſtea mortuo fratre regimen *Ducatus VVirtenbergici tutorio* ſuſcepit nomine, in negotiis publicis curandis nulli labori parcens. Cum ipſe præeſſet, *edicto reſtitutionis* repetita ſunt *Eccleſiaſtica bona*, quæ magnam ducatus partem conſtituebant. Demum qui concatenatos labores ad virium usque defectionem in curia ſæpe pertulerat, animi cauſa *Monpelicardum* reverſus, pridem ſtomachi debilitate & catarrhis infeſtatus, 1631. deceſſit. Hujus è prima conjuge *Eliſabetha Magdalena filia Ludovici Landgravii Haſſiæ* 1617. ducta & 1624. denata, filia fuit *Henrica Luiſa* 1623. nata, Alberto Marchioni Brandeburgio nupta 1642. & 1650. extincta, filius autem LEOPOLDUS FRIDERICUS, in lucem editus 1624. cui tutores familiæ princeps *Eberhardus* & *Georgius Landgravius Haſſiæ* fuere, eorumque nomine *Joannes VVilhelmus Gelderichius* principatum rexit. Cum vero defenſore *Monpelicardum* egere videretur, an *Suecica* num *Gallica* protectio peteretur, initio dubium fuerat. Demum hæc 1635. prælata, quod propinquior: Miſſusque à rege, ad quem falſus rumor de periculo caſtri allatus, *Arpajonus* cum 300. cataphractis perrupta Burgundia eò pervenit. Poſt quem ejusdem regis nomine March. *Borbonius*, *C. Suſæus*, *Grancejus*, *Abbas Cormelius*, *M. Caſtelmoronius* præfuere. Sed reverſus eò princeps *Leopoldus Fridericus* à rege obtinuit, *Leopol. Friderici* D.

ut ejus auſpiciis præſidio impoſito præeſſet, aſſignato ex ærario iſtius ſtipendio. Demum pace *Monaſterienſi* omnes ditiones deducto præſidio Gallico recepit princeps, & poſt illam in pace rexit, niſi quod 1652. ab exercitu *Fertai Bellefortium* obſidentis non exigua principatui illata damna. Cæterum cum ſingulis fere annis magno ſumtu itinera in varia loca varia ſuſcepiſſet, & ex conjuge *Sibylla patrueli* 1647. ducta (quæ vidua *Hericuriam* incolit, & in ſacello condendo ac ornando plurimos ſumtus fecit) liberos non ſuſtuliſſet Leopoldus Fridericus 1662. moriens ſucceſſorem reliquit fratrem (ſed matre *Anna Eleonora* f. *Ioannis Caſimiri ex Saræpontanis C. Naſſovii* à *Ludovico Friderico* 1625. ducta, quæ adhuc dum ſuperat, 1626. natum) GEORGIUM, qui nunc feliciter di-

Georgius D. tiones regit. Hic fratre vivo *Harburgi* habitaverat, & ab uxore *Anna* filia *Gaſparis Colinii Mareſcalli*, ducta 1648. quæ Reformata prius ad religionem *Evangelicam* 1662. traducta eſt, multa in Gallia bona obtinuit. Ex quibus *Caſtellione ad Lupam* vendito, *Colinium* dominium retinuit. *Monpelicardum* ſuum laudabili conſilio ſtudiorum novam & ob confinia Lotharingiæ, Burgundiæ, Galliæ, Helvetiæ, Germaniæ, commodam ſedem conſtituit, excitis & conſtitutis aliquot profeſſoribus: ſucceſſu feliciori, niſi iſtæ bellicæ turbæ inſtituto obſtitiſſent. Quos primum filios ſuſceperat, duo *Otto Fridericus*

cus & *Conradus Ludovicus* præmaturo iterum fato rapti sunt: at quinque filiæ superant, natæ 1654. *Henrica*, 1656. *Eleonora Carola*, 1672. agnato Sylvio Friderico nupta, 1660. *Anna*, 1661. *Elisabetha*, 1667. *Hedvigis*, & qui ultimus natus est 1670. filius *Leopoldus Eberhardus*, spes patris & subditorum.

III. APENNAGIATA seu JULIANA seu BRENTIANA. p. 585. 596.

JULIUS FRIDERICUS natus 1588. insigni oris gratia princeps, post literas *Tubingæ* excultas, ad longinquas peregrinationes applicuit animum: 1613. ex *Melita* insula in *Asiam* trajecit, & *Ephesi* expugnationi interfuit. Inde 1616. ultimum *Septentrionem*, *Botniam* & *Lapponiam* lustravit. *Sequenti* vero *anno* in tractatu fraterno quædam ad *Brentiam* nactus est. Post fratrem autem Ludovicum Fridericum 1631. *tutelam* & *administrationem* ducatus suscepit. *Lipsiensi fœderi* cum dedisset nomen, à Cæsareis bello petitur, & cum promissa ab aliis circuli ordinibus auxilia emanerent, ipse vero viris belli satis peritis destitueretur, non multo negotio arma per *Furstenbergium* & *Altringium* deferere cogitur. Inde tamen 1633. delectus provinciales *Vinariensi* & *Horniano* exercitui jungit, qui 1634. prælio *Nordlingensi* magnam passi cladem. Post hæc provincia tota occupa- *Iulius Fridericus D.*

ta, & *Heidenheimium* Bavarus recepit, nec reddidit usque ad pacificationem. Ipse paulo post 1635. Argentinæ fatis concessit, multa ex *Anna Sabina filia Ioannis Ducis Holsatiæ*, 1618. ducta, 1659. extincta, prole relicta. Inter filios

Roderi-cus. ejus RODERICUS natus 1618. intio literis & *linguis* (prima & vernacula ei *Hispanica* fuit) dedit operam, tum militare vitæ genus sectatus sub *Svecis* stipendia fecit. Decessit 1651. apo-

Sylvius Nim-rod. D. Oelf. in Silef. plecticus. SYLVIUS NIMRODUS, natus 1622, non minus in studiis, *Historicis* præsertim & postea *Theologicis*, profecit, ut in his etiam μελετήματα quædam publicis typis vulgare promiserit. Præterea in comitatu *Bernhardi Vinarienſis* aliquod exactum est tempus. Demum *Elisabetha Maria Monsterbergensi* herede ducta, socero *Carolo Friderico*, impetrata Cæsarea investitura (qua ipsa conjux simul investita, & beneficium ad secundum si iniret conjugium protensum) in ducatu *Oelsensi* in Silesia successit, eumque ad mortem usque, qua raptus 1664.

Filii. tenuit. Superfuere filii FERDINANDUS CAROLUS, natus 1650. mortuus 1668. SYLVIUS FRIDERICUS, natus 1651. & ab anno 1672. *Eleonoræ Carolæ* agnatæ maritus. CHRISTIANUS ULRICUS, natus 1652. maritus *Annæ Elisabethæ* f. *Christiani princ. Anhaltini*, & ex ea pater *Christiani Ulrici*, & *Leopoldi Victoris*. JULIUS SIGISMUNDUS, nat. 1653. Hi patre moriente dimissi, dein in *illustri collegio Tubin-*

Tubingenſi, & aula *Altenburgica* ad digna familiæ & fortunæ ſublimitate decora, incrementa & virtutes cum cura formati ſunt, inde oris exteris viſitatis ad ſua redierunt. MANFREDUS, natus 1626. poſtquam bellum reliquiſſet, ducta *Iuliana Oldenburgica* f. *Antonii Com. Delmenhorſtani*, ducta 1652. ſedem *VVeildingæ* fixit, ſed valetudine minus firma præditus, & perpetuo aſthmaticus 1662. cum integris ſenſibus valedixiſſet ſuis, vivendi finem fecit, relictis in tutela ducis *Eberhardi* patruelis & *M. Anſpacenſis* FRIDERICO FERDINANDO, AUGUSTO & MANFREDO filiis, 1655. 56. 58. in lucem editis. Præter hos, minores natu Julii Friderici filii, JULIUS PEREGRINATIUS, natus 1627. Gothæ 1645. SVENO MARTIALIS EDELNOLPHUS, natus 1629. 1656. in *Polonia* Suecorum miles, ἄγαμοι deceſſere. Filiæ vero *Iulia Felicitas* nata 1619. Joanni D. Holſatiæ Epiſcopo Lubecenſi 1640. nupſit, & 1661. deceſſit. *Floriana Erneſta*, lucem aſpexit 1623. juncta eſt Friderico Cratoni C. Hohenloico 1657. & vita exceſſit 1672. *Fauſtina Mariana* 1624. edita, vitam cœlibem ducit.

Manfredus.

Filii.

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ WIRTENBERGICÆ.

Potiores masculos & emortuales repetens.

Eberhardus I. C. Wirtenberg ex Beutelspacensibus 1258.

Vlricus cum pollice 1265.

Vlricus 1315. — *Eberhardus II. illustris* 1325.

Vlricus 1348. — *Vlricus. Henricus. Eberhardus.*

Vlricus 1366. — *Eberhardus Contentiosus* 1392.

Vlricus 1388.

Eberhardus mitis 1417. — *Vlricus.* — *Henricus.*

Eberhardus junior 1419.

Ludovicus 1450. — *Vlricus* 1480.

Eberhardus Dux 1496. — *Eberhardus II. Dux* 1504. — *Henricus Dux* 1519.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [638] - 602
PUBLIC DOMAIN

A

Henricus.

Vlricus Dux 1550.

Christophorus Dux 1568.

Eberhardus 1568. Stutgard.

Ludovicus Dux 1593. Mümpelgard.

Georgius 1558.

Friderieus Dux 1608.

Ioannes Fridericus 1628.

Ludovicus Fridericus 1631.

Magnus 1622.

Friderieus Achilles 1631.

Iulius Fridericus 1635.

Eberhardus 1674.

Fridericus Vlricus in Neustatt. 1671.

Leopoldus Fridericus 1662.

Georgius

Leopoldus Eberhardus.

Ioan. Wil-helm. 1659.

Fride-ricus. Ludo-vicus.

Fride-ricus Carol. & fr.

Al-bertus Au-gustus.

1670.

Ferdi-nandus Wilh. & fratres.

Rodericus 1651

Sylvius Nimrodus Dux Oelsæ 1664.

Manfredus in Weildingen 1662.

Iulius Peregrinatius 1645.

Sveno Martial. Edelnolfus 1656.

Ferdinand. Carolus. 1668.

Sylvius Frideri-cus.

Chri-stianus Vlri-cus.

Iulius Sigis-mun-dus.

Fridericus Ferdinand. & fratres.

Christianus Vlricus.

Leopoldus Victor.

FAMILIA

FAMILIA BADENSIS, IN QUA MARCHIONES BADENSES & Hochbergenſes, nec non antiqui Duces Zeringiæ & Tecciæ, &c.a

Origo. SI communem traditionem plurium autorum[b] ſequeremur, ex *Italia* arceſſenda forent Sereniſſimæ gentis incunabula; nam circa 1155. vel 1153. cum *Friderico Barbaroſſa* Imper. in Germaniam quendam *Hermannum M. Veronenſem*, ex *Urſinis* aut priſcis *Gothorum* regibus vel etiam *Scaligeris* oriundum, ſeu ultro veniſſe, ſeu pro obſide ductum, & ſtirpis autorem fuiſſe ferunt. Sed in *Veronenſi* hiſtoria, quam *Torell. Sarayn.* edidit 1549. altum ſilentium. Certior

a Hujus familiæ ſuæ totam à prima origine deductionem & hiſtoriam genealogicam ad Marchionem usque Chriſtophorum atque ita duarum linearum divergium concinnari curavit, & porro aliorum collatis operis exornari deſideravit Sereniſſimus & horum ſtudiorum amantiſſimus princeps Marchio Ferdinandus Maximilianus. Sed ejus morte præmatura affectum remanſit, neque hactenus opus editum eſt. Porro ex hac noſtra deductione in vernaculum converſa eſt hiſtoria domus hujus & Holſaticæ, & occaſione nuptiarum Sereniſſ. March. Friderici Magni & Auguſtæ D. Holſaticæ Francofurti 1672. ſumtibus Matth. Meriani typis expreſſa extat.

b Petrus ab Andlo, Henninges, Reuſnerus, alii: inde etiam Reuſnerus ſimpliciter familiam Veronenſem vocat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [640] - 604
PUBLIC DOMAIN

Certior nunc deductio ex domesticis monumentis firmata est, quæ *Zeringios* duces authores marchionum probat: cui sententiæ suffragatur, quod *Brisgoia Zeringiorum* patrimonium ex parte (quin ipsum etiam *Brisacum*, quod tamen dein ad Zeringios rediit) primis *marchionibus* mox paruerit: à quibus ad hanc usque diem paret posteris. De *Zeringiorum* ortu non minus disceptatur, sed haud dubie cum *Habspurgiis* iidem sunt, idque ante quadringentos annos jam creditum. Ulterius Habspurgiorum ab *Erchinoaldo* derivationem certam esse, supra in *familia Austriaca* diximus pag. 3. seq. Unde eadem de nostra etiam intelligi debent, sive, quod supra factum, ex *Eberhardo* juniori, *senioris* filio, per *Hugonem* deducamus *Guntramum divitem Habspurgiorum* ἀναμφισβήτητον satorem, sive, quod *Badensibus* magis probari video, ad eundem Guntramum per alium aliquem Eberhardi senioris filium *Ottobertum Habspurgiorum* veterum ex adoptione *heredem*, & *Monasterii Trudpertini* instauratorem, ejusque posteros *Rampertum gratiosum*, *Guotramum*, *Luithardum*, (*Luitfridi I.* fratrem) *Luitfridum II.* (cujus frater *Ottobertus episcopus Argentinens.* cæsus 913.) & *Hundfridum* (ipsius Guntrami patrem) Habspurgios comites deveniatur. Guntrami divitis filium *Birctilonem* iterum monuimus ab aliquibus autorem *Zeringiis* assignari, sed hoc Birctilonis fratri *Lan-*

Ex Zeringiis.

Lancellino (qui & *Bezzo*, *Landolus*, *Cuonzelinus*) potius convenit: cum is non *Rapatonem* tantum, sed & *Landolum II. juniorem* genuerit. In his in diversum abeunt rami, & *ille Habspurgiorum* & *Austriorum* genitor est, ut superius vidimus; Hic vero (alias etiam *Bezelinus* vel *Lancelinus* dictus) *Brisiacæ* dominus, (ex quo forte *primogenitum* & *Rapatone* majorem fuisse colligere licet) & *Henrici II.* & *Conradi II.* miles 1036. mortuus, *Bertholdum I. Ducem Zeringiæ* genuit. Huic cum Imperator *Svevicum* promisisset ducatum, dein ejus loco *Carinthiam* concessit. Inter filios *Gebhardus* Episcopus *Constantiensis* 1085. fratris opera creatus, *Pontificiam* factionem pro virili promovit. A reliquis duobus *Bertholdo II.* & *Hermanno* rami *Zeringio-Teccius* & *Hochbergio-Badensis*.

Bertholdus I. Dux Zering.

I. RAMUS ZERINGIO-TECCIUS.

BERTHOLDUS II. Dux *Zeringiæ*, cum *Agnetem* filiam *Rudolfi C. Rinfeldiæ*, *Ducis Sveviæ*, cum promisso ducatus *Sveviæ*, duxisset, ejus deinde in Cæsarem electi, ut & postea *Hermanni* alterius *Anti-Cæsaris*, partes adversus *Henricum IV.* legitimum Imperatorem tutatus est. Quamvis ergo ducatum *Sveviæ*, quem Henricus genero suo *Friderico Hohenstauffio* dedit, non impetraverit, magna tamen pars ejus

Bertholdus II. Dux Zering.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [642] - 606
PUBLIC DOMAIN

ejus *Zeringiis* ab eodem Cæsare, ut controversia dirimeretur, addicta est: qua nihilominus contenti hi esse noluere. Decessit anno 1111. relictis filiis BERTHOLDO III. *Friburgi Brisgojæ* conditore, qui dein, cum cognato *Hugone Dagsburgio* auxilio veniret, 1122. ad *Molsheimium* cæsus est, & CONRADO. Hic Fratri in ducatu successit, *Burgundiæ* etiam nomine Cæsareo rector, unde ab aliquibus *rex Arelatis* dicitur. Burgundiæ autem invasorem *Reinaldum* compescuit & cepit. Cum vero postea *Conrado III.* imperatori esset rebellis, vi hic illum ad obsequium captis *Zeringa* & *Teccio* compulit. Moriens 1152. Conradus dux ex *Clementia* filia *Godfridi Lucelburgii* & *Namurcensis* plures filios reliquit, è quibus *Rudolfus* fuit Episcopus *Leodiensis* (aliis *Lausannæ*) electus etiam ad Archiepiscopatum *Moguntinum*, in quo tamen obtinendo prævaluit *Conradus C. Palatinus*. Unde ipse *Fridericum Imperat.* in Palæstinam secutus, in reditu decessit, 1190. A duobus *Bertholdo IV.* & *Adelberto* novæ lineæ, *Zeringia* & *Teccensis*. Illa perbrevis, cum BERTHOLDUS IV. & ejus filius V. eam constituant. *Ille Friburgi in Uchtlandia* & juxta aliquos *Brisaci* conditor, cum *Reinaldo Burgundo* continuavit bellum, donec ab Imperatore 1167. componeretur, ut reliqua Burgundia & Arelatensi regno abstinens, aliquibus assignatis in *parva Burgundia*, *Allobrogum*, Sedunen-

Berthol dus III.

Conra dus.

Berthol dus IV.

Sedunenſium, *Aventicorum* ditione bonis acquieſceret. Aſtitit vero Cæſari deinceps in bellis *Italicis*. Deceſſit 1186. *Hic* ceptam à patre *Bernam* abſolvit, in Palæſtina *Friderico Barb.* militavit, ut & poſtea ſub *Friderico II.* aliam *ſacram expeditionem* eſt ingreſſus: tum rebelles in *Helvetia* domuit. Cæterum cum à *Papa* & *Colonienſi Electore* offerretur faſtigium *imperiale*, *Philippo Svevo* legitimo Auguſto ſeu ultro ſeu accepta pecunia ceſſit. Ad extremum mœrore ob extinctos ſeu ſecundæ conjugis (quam ob hoc decollari fecit) ſeu Burgundorum ſcelere filios, mortuus eſt 1238. lineæ ultimus. A ſororibus autem, quorum altera comiti *Friburgo-Furſtenbergio*, altera *Kyburgio* nuptæ, quædam illius poſteris in *Brisgoja* & *nigra ſylva*, hujus in *Vchtlandia* bona obtigere. Alter ramus *Teccenſis*, qui in ADELBERTO ſeu ALBERTO fratre *Bertholdi IV.* incipit, diuturnior fuit. Titulus initio *Comitum* & *Ducum Teccia* promiſcuus fuit, tandem hic retentus. In deductione non eadem ſentiunt omnes; unde illis, qui à præſenti diverſam nectunt ſeriem, non ſuccenſebimus. Eſto ex aliquo recentiori poſt ALBERTUM I. ille generationum ordo: ALBERTUS II. ALBERTUS III. ſeu *junior* (à cujus fratre *Ludovico* genitus *Hermannus I.*) HERMANNUS II. *ſenior*. LUCELMANNUS (cujus fratres *Fridericus* & *Hermannus III. junior*, pater *Alberti IV.* quo mediante reconci-

Berthol dus V.

Alber- tus Tec- cius.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [644] - 608
PUBLIC DOMAIN

reconciliati *Rudolfus Imperator* & *Eberhardus VVirtenbergius*, atque *Bertholdi* Episcopi *Argentoratensis* 1223. à quo adversus *Henricum* filium *Friderici II. Imperatoris* bellum feliciter gestum) HERMANNUS IV. frater *Conradi I. Simonis* & *Ludovici II.* quo natus *Ludovicus III.* & *Fridericus II.* Hermanni IV. filii, *Fridericus III.* ἄπαις : ex reliquis alter *Hermannus V. Hermannum VI.* & *Fridericum IV. Hermanni VII. Friderici V.* & *Lucelmanni II.* patrem genuit, alter CONRADUS *Agnetis* Hohenbergiæ maritus stemma produxit : Illo ornatus Epitaphio. *Anno Christi* 1292. *obiit Venerabilis Dominus Conradus Dux de Teck, electus in Regem Romanum.* Fuere ejus filii *Simon II.* genitor *Udalrici*, & LUDOVICUS IV. Imperatori *Ludovico* per gratus, pater *Eberhardi*, *Sigismundi*, *Simonis III. Ludovici V. Ulrici I.* & CONRADI III. Huic ex *Agatha* Hohenbergia nati *Simon V.* pater *Ulrici II.* & CONRADUS IV. quem 1352. in ædibus suis *Monachii* occidit *Svicardus Dominus Gundelfingæ* ob privatas simultates. Hujus filii sunt *Fridericus VI. Conradus V. Lucelmannus III. Ludovicus VII. Ulricus III.* & his clarior FRIDERICUS VII. bellis exercitatus, atque *apud Carolum IV.* contra quem tamen *Eberhardo Wirtenbergico* 1360. astiterat, gratiosus. Factus etiam est *advocatus provincialis* (Land-Vogt) *Sveviæ* & *Alsatiæ*, quam dignitatem filiis quoque assignant.

Mundelheimium à familia *Hochſchlizia* ſuæ genti aſſeruit, ac vi defendit. Illo & *Anna* Helfenſteinia nati *Fridericus VIII. Sigismundi Imperatoris miles* in Italia, *Ulricus IV. Simon IV. Simon V. Georgius* Theologiæ Doctor ordinis Auguſtiniani, *Ludovicus VIII. Patriarcha Aquilegienſis*, qui in concilio *Baſileenſi* mortuus, & ſtemmatis propagator CONRADUS VI. Hic 1371. cum *Ulrico Wirtenbergio* depulit *Burgovia* Bavaros, & ex *Hedvige Ateſtina* genuit FRIDERICUM ultimum *Teccenſium* ducem, 1439. defunctum, unica ex *Vrslingæ* duciſſa relicta filia & herede *Beatrice ſeu Juditha*, à qua ducatus marito EBERHARDO comiti Wirtenbergico obtigit [a]: ſed *Mundelheimium* dominium à *Jutha* ac *Irmgardi* Friderici VII. filiabus *Wertheimiæ* & *Rechbergiæ* ſtirpi illatum eſt.

II. HOCHBERGIO-BADENSIS.

vide pag. 606.

Hermannus March.

HERMANNUS frater *Bertholdi II. D. Zeringiæ*, teſtimonio coævi *Bertholdi Conſtantienſis* agnitus, *Hochbergam* & alia in Brisgoja ex avita hereditate, *Marchionis* cum nomine obtinuit, tandem conſcia uxore *Iuditha Calvenſi*, inſtauratrice cœnobii *Hirſaugienſis majoris* [b], in monaſterium

a Conf. quæ ſupra de hac *Iuditha* p. 562. Et quod à Wirtenbergicis ejus mentio nunc omittatur.

b Trithem. in Chron. Hirſaug. f. 99.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [646] - 610
PUBLIC DOMAIN

nasterium *Cluniacense* se abdidit, ubi 1074. [a] vita functus, relicto filio HERMANNO I. Hic *Marchio de Limpurg* castro Brisgojæ dictus est, antequam accepta à conjuge *Iuditha* [b], ex conjectura quorundam *Hohenbergica* comitissa (nam quod alii de *Comitissa Badensi*, aut de ditione ab *Eberstteiniis* avulsa referunt, fabulam sapit) *Badensi* ditione, hujus sumeret titulum, in familia nova primus. His parentibus natus HERMANNUS II. *M. Badenæ*, qui *Conrado* III. *Imperatori* in expeditione *Weinspergia*, tum *Asiatica* militavit, cumque 1160. moreretur, ex *Bertha Lotharingica* reliquit HERMANNUM III. qui *Friderico Barbarossæ* inprimis gratus, dono ipsius *Veronam* post victoriam adversus *Mediolanenses* accepisse creditur. Unde cum titulum posteri aliquandiu retinuissent, *Originis Italicæ* natum commentum. Tandem secutus in *Palæstinam* herum hunc suum *Hermannus* 1190. *Antiochiæ* sepulchrum invenit. In filiis ejus ex *Bertha Tubingensi* vel *Irmentrude Alsatica* susceptis *Hermanno* & *Henrico* (tertius *Fridericus* improlis) in diversum abeunt, rami *Badensis* & *Hochbergensis*.

Herman. I. March. Bad.

Herman. II.

Hermannus III.

a Trithemius adhuc ejus mentionem facit anno 1082. & quidem quod cænobium Hirsaviense tum fundare cæperit.

b Ea Backenam fundavit, ibique cum pluribus posteris sepulta est.

I. HOCHBERGICA LINEA.

Henricus. Hujus autor est HENRICUS modo memoratus, cui præter *Hochbergam*, patrimonium avitum, Imperator *Fridericus* II. *Brisgojam*, agnatis *Zeringiis* extinctis, traditur concessisse.[a] In ejus autem deductione non inter se autorum concordes sunt sententiæ; quinimo plurimos ex *Hohenbergiorum* comitum[b] stirpe, affinitate nominis decepti, huic arbori inserunt plerique. Sequimur nos, quæ ipsi familiæ explorata. Itaque *Henrico* 1221. mortuo filii RUDOLFUS, & HERMANNUS, illi HENRICUS II. (nisi gradus abundat) huic HENRICUS III. RUDOLFUS, FRIDERICUS fuere.

Hermannus, Rudolfus, Henricus 2. Henricus 3. Rudolfus, Fridericus

a Ajunt titulum Landgraviatus datum.

b Qui late admodum circa Rhenum & Nicrum dominati sunt, & quorum ditiones dein ad Austriacos delapsæ, hodienum in eorum sunt potestate, ut Rotenburgum ad Nicrum, Horba, Heigerloch & alia. Confundunt vero hos Hohenbergios & Hochbergios nostros Genealogi pleriq;, ut Henninges, Reusnerus, Autor Tab. Tubing. Ita Hohenbergii non Hochbergii fuere Burcardus, qui decessit 1279. Alberti plures, ex quibus unus Episcopus Constantiensis, qui decessit 1359. Inprimis ille Albertus, Henrici 3. C. Egesheimii, qui 1238. familiam clausit, sororius, qui una cum Ludovico C. Oetingensi, alterius sororis marito, Alsaticas ditiones hereditate ob hanc suam uxorem adiit. Cum filiam haberet Annam nuptam Rudolpho C. Habspurgio, qui dein imperavit, per eam Habspurgio-Austriaci adiere istas. Alii tamen Annam non Alberti sed Burchardi faciunt filiam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [648] - 612
PUBLIC DOMAIN

fuere. Henricus modo dictus *Rudolfi Imperatoris* exercitum in bello adversus *Ottocarum R. Bohemiæ* duxit, & factus demum *eques* ordini *Joannitarum* (cujus postea filius Hermannus in *Germania prior* & 1321. decessit) dono dedit *Heitersheimium*. Alii duo ejusdem filii HENRICUS & RUDOLFUS III. ditiones iterum partiti sunt. Ille *Hochbergam* ad filium ex *Agnete Hohenbergia* HENRICUM V. cui ab uxore *Anna* f. *Burcardi*, & ultimi Friderici sorore, dominium *Vsenberg inferius* & *Kenzinga* [a] obvenit, ejusque filios OTTONEM, qui dux copiarum *Leopoldi Austriaci* ad *Sempacum* 1386. cecidit, *Joannem*, qui 1411. ἄγαμος decessit, ac HESSONEM transmisit. In *Hessonis* 1409. mortui (à quo *Sulzberga* & reliqua superior dynastia Usenbergica [b], à filiabus Hessonis ultimi Domini, emta) filiis ex *Margareta Conradi C. Tubingensis* filia (præter filias *Margare-*

Hochbergius ramus.
Henricus IV.
Henricus V.
Otto
Hesso.

a Hanc Kenzingam cum arce Kürnberg & nonnullis pagis jam 1376. Albertus Austriæ Dux Burchardo in feudum fœmininum concesserat. Cum vero Annæ uxoris nomine jam ab anno 1352. post mortem Friderici Henricus Marchio ea possedisset, iterum ademit 1358. Albertus, nixus sententia, quam vasalli s. pares curiæ in ejus favorem pronunciaverant.

b Ad illam spectabant Endingen, Rugel, Baalingen, Ihringen, Hechingen, Bischoffingen, & alia loca circa Brisgojæ montem dictum der Käyserstuhl. Hæc autem linea Gebhardi Dom. de Usenberg in divisione cum Burchardo 1300. obtinuerat, ex allodialibus inprimis constantia.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [649] - 613
PUBLIC DOMAIN

tam Friderico C. Leiningio, & *Agnetem* Friderico C. Ortenburgio nuptas) ſuſceptis HENRICO, HESSONE II. & OTTONE III. quorum iſte 1406. hic cum cœlebs 1415. agnato Marchioni *Badenſi Bernardo* Marchionatum *Hochbergium* & *Uſenbergiam* ditionem vendidiſſet, (unde penes alteram lineam non niſi titulus Hochbergæ remanſit) 1418. mortuus eſt, *Hochbergicus* ramus ſuperſtite adhuc *Suſenbergico* defecit. Hujus autor RUDOLFUS III. ſupra dictus, 1313. mortuus, præter filiam *Annam*, Friderico C. Friburgio 1318. nuptam, & 1331 mortuam, filium HENRICUM & RUDOLFUM habuit, quorum hic eques *Rhodius* 1343. exceſſit, ille auctus dominio *Rœtelenſi*, quod 1315. per donationem mortis cauſa, gratia *Leopoldi* ſ. *Lutholdi* ultimi dynaſtæ præpoſiti Baſileenſis, acceperat, & ob hoc ſedē, quam antea Suſenbergæ habuerant, Rœtelium tranſtulerat (unde poſteri Marchiones Rœtelani dicti ſunt) morte, ſua 1334. filiis OTTONI & RUDOLFO V. reliquit. Ille fratris 1356. præmortui ex *Catharina Thierſteinia* filium RUDOLFUM VI. cujus tutor erat, reliquit heredem. Hic Landgraviatum Brisgojæ, qui 77. annis penes Friburgios comites fuerat, 1395. recepit, tandemque Conrado Friburgenſi Comiti in feudum conceſſit, & feudis Friburgicis, quæ ab Epiſcopo Baſileenſi ipſi tenuerant, & alii ab iisdem recognoverant, ditionem

Henricus. Heſſo.

Suſenbergius ramus.

Rudolfus III.

Henricus.

Otto.

Rudolfus V.

Rudolfus VI.

ditionem auxit. Uxores autem duas habuit *Adelheidem* f. *Simonis Dom. à Liechtenberg*, ductam 1379. & 1386. extinctam, atque *Annam Egonis C. Furſtenbergici* filiam, 1387. deſponſatam. Idem 1428. moriens, præter filias *Verenam* Henrico C. Furſtenbergio 1419. nuptam, *Annam*, *Catharinam*, *Annulam*, *Margaretam*, monialesBaſileæ, ex ſecunda conjuge filios plures habuit, in quibus OTTO ex reſignatione Alberti Blareri, qui annuam penſionem ſibi ſervavit 1403. *Conſtantienſem epiſcopatum* rexit: In civitate *Conſtantia concilium* celebrari vidit, ubi pii martyres *Joannes Huſſus* & *Hieronymus Pragenſis* contra datam fidem combuſti ſunt, tres Pontifices *Joannes* XXIII. *Benedictus* XIII. & *Gregorius* XII. depoſiti, *Martinus V.* electus, Papam concilio ſubeſſe decretum, communio ſub una ſpecie ſancita: Demum 1433. ob morbi regii vehementiam ſe epiſcopatu abdicavit Otto, & 1439. mortuus eſt. RUDOLFUS VII. elogium meruit, ut *flos pietatis* & *juſtitiæ* appellaretur, & 1420. mortuus eſt. WILHELMUS autem, qui 1440. cum *Tigurinis* bellum geſſit, & partem *Brigantini* dominii, quod ab uxore obtentum conjicio lineæ unius Montfortiæ ultima, Sigismundo Auſtrio vendidit, ſtemma ex *Eliſabetha C. Montfortia*, (quæ prius uxor *Conradi C. Nelleburgii* iterum hujus Wilhelmi vidua deceſſit 1458.) produxit, & 1444. vitam finivit. Hæc enim præter

Otto Epiſcop. Conſtant.

Rudolfus VII.

Wilhelmus.

Hugonem ἄγαμον, cui & fratri Rudolpho 1444. Joannes Friburgius vivus dominium Badenvveiler donavit & ceſſit, & *Vrſulam* Jacobi Dapiferi Waldpurgii, ab anno 1451. ad 1461. & dein Ulrici Com. Montfortii uxorem 1467. mortuam, peperit RUDOLFUM, ultimi Hochbergii PHILIPPI ex *Margareta Viennenſi* patrem, & Caroli D. Burgundiæ nomine ducatus Lucemburgii præfectum, qui 1487. deceſſit. *Philippus*, qui in Burgundia habitare maluit, & ditiones Brisgojas per præfectos adminiſtravit, 1490. cum agnato *Chriſtophoro Badenſi* pactum *hereditariæ ſucceſſionis* confirmatione Maximiliani Imp. accedente renovavit, unde moriens eum heredem reliquit. Quam ex *Maria Sabauda* Amedei Ducis filia ſuſceperat, filia JOANNA nupta *Ludovico Aureliano D. de Longavilla* attulit ei, quæ Philippus in pacto reſervaverat ſuis, Comitatum *Novocaſtrenſem* in Helvetia [a], & prætenſionem in principatum *Arauſionenſem*. Cum vero idem ex pactis dotalibus 1476. initis per Rudolfum VIII. & à filio Philippo 1482. juramento confirmatis, Mariæ Sabaudæ ejusque liberis maribus aut fæmellis donationis titulo propter nuptias debitam ſucceſſionem ditionum reliquarum, inprimis *Rœtelanum* dominium, *Suſenberg* & *Badenvveiler* ſibi vindicaret, in Camera Spirenſi

Rudolfus VIII. *Philippus.*

[a] Welſch-Neuenburg/ cum dominium S. Georgii in Burgundia.

Spirenſi jure diſceptatum: ſed penes Badenſes, qui 250000. [a] aureos Ludovico 1581. ut omni jure prætenſo cederet, numerarunt, manſit poſſeſſio. Longavillei tamen titulum *Marchionum Rœtelini* ſervârunt, qui in linea illorum notha ad nos usque propagatus eſt.

II. BADENSIS. vid. p. 612.

HERMANNUS IV. *Badenſem* marchionatum in diviſione patrimonii obtinuit, cumque *Friderico II.* adverſus filium *Henricum* rebellem ſtuderet, ab hoc vexatus ſe ſtrenue defendit. Ditiones ab ejus uxore [b] *Irmengardi* filia *Henrici Brunſuicenſis C. Palatini Rheni* (vide ſupra 488.) fundatrice monaſterii *Liechtenthal*, auctæ, cum ea *Durlacum*, *Pfortzheimium*, [c] *Ettlingam*, confirmante *Imper. Friderico*, adferret; Mortuus eſt Hermannus 1243. ſ. 1242. decimo ſexto ante conjugem anno. Filii HERMANNUS V. & RUDOLFUS ſenior initio communibus auſpiciis patrias ditiones rexere, donec ille ob uxorem *Gertrudim* filiam *Henrici Metlingenſis*, heredem *Auſtriæ*, hunc & *Styriæ* principatus procerum Bavariæ auxilio adiret. Quo minus tamen Auſtria univerſa potiretur, factio Curingorum & Comitum Hardecciæ,

Hermannus IV.

Herman. V. Dux Auſtr.

a Juxta alios 225000.

b Alii eam *Eileke* vocat.

c Alii Pforzheimium morte Conradini D. Sveviæ ad Rudolphum ſeniorem delapſum ferunt.

decciæ, nec non arma Ungarica & Bohemica, quæ regibus Bela & Ottocaro eum premebant, obſtitere. Enſium tamen & Noviburgum ac alia in fidem recepit: Et 1250. veneno ut creditur extinctus eſt. Sed nec diuturna in hac domo Auſtriæ poſſeſſio, cum Hermanni filius

Fridericus D. Auſtr. FRIDERICUS 1268. *Neapoli* juſſu *Caroli Andini Regis Neapolitani* cum *Conradino Sveviæ* herede, quem ad occupandum regnum ſibi debitum profectum contra matris voluntatem comitatus erat, ætatis 28. anno decollatus ἄπαις fuerit: Verum ſoror ejus *Agnes* nupta *Ulrico ex Ortenburgiis D. Carinthiæ* & poſt eum *Meinhardo C. Tirolis* mater fuit *Eliſabethæ Tirolenſis, Alberto Imperatori*, primo inter *Habſpurgios Duci Auſtriæ* nuptæ. Ut hinc aliquid Badenſibus, alioquin etiam agnatis ſuis, *Auſtriacos* hodiernos debere, dici poſſit. RUDOLFI, quem *ſeniorem* diximus, linea diutius ad nos usque duravit. Ipſe cum frater in Auſtriam ſeceſſiſſet, regimen ſolus gerere cepit, *Hermanno Thuringo* adverſus *Conradum IV. Imper.* inde *Richardo Anglo* adhæſit, & cum aliis in *Svevia*, cujus poſſeſſionem tempore interregni invaſerant, à *Rudolfo Imperatore* armis petitus eſt; Vivendi finem fecit 1288. relictis ex *Cunigunda* f. *Ottonis C. Eberſteinii*, quæ eodem anno mariti fata ſecuta eſt, præter *Adelheidem* abbatiſſ. Liechtenthalæ 1295. extinctam, & *Irmgardim* Eberhardo C. Wirtenbergio 1301. nuptam, HER-

Rudolfus M.

MANNO

MANNO VI. ſtemmatis propagatore, RUDOLFO II. qui *junior*, dein *ſenior* dictus, & 1295. mortuus eſt, nullis ex *Adelheide* f. *Ottonis Dn. Ochſenſteinii* relictis liberis, RUDOLFO III. *Stolhofii* emtore, & bello adverſus *epiſcopum Argentinenſem* claro, cui ſine prole ex *Jutta C. Strasbergia* relicta annus fuit emortualis 1332. & HESSONE, qui *Durlaci* habitans, *Eberhardum Wirtenbergicum* ab Imperatore *Henrico VII.* pulſum ſuſcepit, & ex *Irmgardi Wirtenbergica* filios 1317. moriens reliquit HERMANNUM VIII. Eccleſiaſticum, Gruningæ rectorem, qui 1338. obiit, & RUDOLFUM HESSONEM. Hic de *Ludovico Bavaro Imper.* bene meritus aliqua ab ipſo impetravit. Ab uxore autem *Ioanna* filia *Reginaldi C. Montbelgardii* hærede, vidua *Vlrici C. Pfiretarum*, dominia *Hericuriæ* & *Bellifortii* tenuit. Sed absque liberis extinctus eſt 1332. ſ. 1335. Redimus ad *Hermannum VI.* Ille bello adverſus *VValramum C. Bipontinum* fuit victor, & 1291. moriens ex *Agnete Com. Vaihingenſi* reliquit FRIDERICUM II. RUDOLFUM V. HERMANNUM VII. - *Hic ἄπαις* mortuus 1300. iſte *Pforzheimium* tenuit, ille *vetus Eberſteinium caſtrum*, novi autor rami, in quo ipſe *Maulbronnenſibus* initio gravis, dein ademta reſtituit: & mortuus eſt 1333. Filius ejus ex *Adelheide C. Beuchlingenſi* 1348. mortua HERMANNUS, cætera *Ludovico Imper.* fidus, ob advocatiam

Rudolfus II.

Rudolfus III.

Heſſo.

Rudolf. Heſſo.

Herman. VI

Herm. VII.

Fridericus II.

Herm. VIII.

cœnobii

cœnobii *Albenſis* vi ſumtam armis imperii petitus eſt, & filiis FRIDERICO IV. ac RUDOLFO VIII. turbato ordine elatis 1353. lineam finivit. RUDOLFUS V. *Ludovico Imp.* etiam gratus 1341. Backhenam in cœnobium convertit, & moriens 1348. ſucceſſionem transmiſit ad filios ex poſteriori uxore (prior *Luitgardis B. de Reinsberg*, Alberti Com. Lœvvenſteinii vidua 1324. mortua erat) *Maria Oetingenſi* ſuſceptos FRIDERICUM III. & RUDOLFUM WECKERUM; ex quibus hic *Carolo IV. Imper.* ob fidem acceptiſſimus, patruelis ſucceſſione auctus, ſine liberis deceſſit 1361. ille 1353. ſed ſuſcepto ex uxore ſecunda (prior *Margareta C. Pfiretenſis* 1348. ſine prole deceſſerat) *Vrſula Teccenſi* f. *Conradi Ducis*, quæ dein nupſit Henrico C. Helfenſteinio, filio RUDOLFO, cui *Magno* à ſtatura, quæ 12. pedum dicitur fuiſſe, cognomen. Rudolfus diverſarum linearum collegit bona, & in *Caroli* IV. aula educatus, in ejus floruit gratia, unde ab eo etiam Comitatus *Lœvvenſteinii* feudum 1365. accepit. Eidem inter alia Egino C. Friburgenſis 1366. omnia vaſallagia ſua, quæ infra fluvium Bleicham, inter Rhenum & ſylvam Hercyniam, vendidit. Bellum, quod ei 1370. cum *Eberhardo Wirtenbergico* interceſſit, ejusdem Cæſaris autoritate compoſitum. Porro ab uxore *Mechtilde filia Iohannis cœci C. Spanheimii*, ducta in Starckenberg, comitatus ejus pars domui illata. Mortuus

Rudolfus V.

Rudolfus Wecker.

Fridericus III

Rudolfus Magnus.

tuus est 1372. Cæterum præter filiam *Mathildam* Henrico XIII. C. Hennebergio nuptam, & 1421. vel 1425. extinctam [a], genuerat filios RUDOLFOS duos, quorum alter ante patrem 1362. alter qui Pforzheimium habuerat 1391. mortuus est, & BERNHARDUM: cui adversus *Ludovicum Palatinum* bellum fuit. Nec non à Friburgensibus idem in castro Mulberg per 3. hebdomadas oppugnatus est, nec hosti nisi per Episcopum Herbipolensem à Sigismundo constitutum arbitrum 1424. reconciliatus. Idem 1415. ab agnato Ottone Marchionatum *Hochbergium* emit. Bernhardo, qui 1431. vel 1436. vel 1442. mortuus est, & *Anna* f. *Ludovici C. Oetingensis*, præter filiam *Annam* s. *Agnetem* [b] Ludovici Dn. Liechtenbergæ 1409. *Margaretam* Adolphi C. Nassovii 1413. *Beatricem* Emiconis C. Leiningii, 1415. *Agnetem* Gerhardi D. Slesuicensis, 1432. *Vrsulam* Gotfridi Com. Ziegenheinii, 1423. & Ulrici D. Teccii, 1426. conjuges, *Mathildem* & *Brigittam* virgines (Addunt alii *Margaretam* uxorem Schaffridi C. Leiningii) filii nati BERHARDUS, qui principatum canonicatu Basileæ commutavit, & 1424. extinctus est, & JACOBUS, in cujus elogiis recensendis *Æneas Sylvius* [c] multus est. Latrocinium

Rudolfus. *Rudolfus.* *Bernardus.* *Bernardus.* *Iacobus*

a Spangenberg. perperam Mathildem matre Ebersteinia natam perhibet.

b Hanc legi natam ex Beatrice C. Hanoica, quam alii dant secundam Bernardo uxorem.

c Qui dein Papa nomine Pius II.

cinium ubi in ſua ditione commiſſum cognovit, vocatis iis qui damno affecti, tantum ex fiſco ſuo accipere juſſit, quanti fuiſſe quæ amiſerant jurejurando affirmaſſent. Naturæ debitum ſolvit Jacobus 1453. ſuperantibus è *Catharina Lotharinga*, quæ è patris *Caroli Ducis* ſucceſſione, tres tantum ſibi præfecturas, *S. Dier*, *Arches* & *Bruettes* pacta, renunciaverat, præter filiam *Margaretam* Alberto Electori Brandeburgio 1446. nuptam, 1457. mortuam, filiis relictis

Bernardus. BERNHARDO, cui pridem Friderici III. domeſtico *Etlingæ* habitanti deſponſata *Magdalena filia Caroli VII R. Franciæ*; ſed vitam monaſticam amplexus eam omiſit: poſt mortem 1459. ob hoc à *Sixto* IV. 1480. *canonizatus*:

Ioannes archiep. Trevir. JOANNE nato 1430. qui *Archiepiſcopus Trevirenſis* (Hunc archiepiſcopatū contra Ducem Bavariæ autoritate Philippi Burg. nixum obtinuit 1451.) primorum annorum negligentiam [a] in ſequentibus cura majori penſavit, & ad extremum veneranda canitie & rerum plurimarum cognitione in maxima apud proceres imperii fuit autoritate: ac 1503. mortuus eſt.

GEORGIO *Epiſcopo Metenſi*, qui obiit 1485.

MARCO *Canon. Argentinenſi* [b] & præcipue

Carolus CAROLO, cui frater Bernhardus adminiſtrationem

a De illo Papa: Si non majorum ſuorum claritate niteretur, plane convinci poterat ex tali ſtirpe non fuiſſe eum productum. Fr. Iren. Exeg. Germ. 3, 91. p. 162. c. 94. p. 163.

b Alii perperam eum Epiſcopum faciunt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [658] - 622
PUBLIC DOMAIN

tionem tradidit. Huic cum *Friderico Palatino* bellum, sed infelix; nam Carolus victus, cum fratre *Georgio* atque *Vlrico Wirtenbergico* captus, & multa loca lytri nomine, quod 100000. florenorum constitutum, Palatinis relinquere coactus est. Idem 1453. Spanheimiam successionem ob proaviam assecutus est. Morienti 1475. ex *Catharina Austriaca* f. *Ernesti ducis* 1446. ducta, 1493. extincta, præter filias natas 1448. *Catharinam* (quæ 1464. Georgio C. Werdenbergio nupsit) 1450. *Cimburgam* (1468. Engelberto Com. Nassoviæ ductam) 1452. *Margaretam* (Abbatissam Liechtenthalæ 1496. extinctam) suscepti filii fuere superstites ALBERTUS, qui natus 1456. cum *Hochbergam* obtinuisset ex divisione, fratri pro annua pensione 1000. floren. sua cessit, demum 1486. sponsus *Ioannæ Nassoviæ* ex Saræpontanis, ad *Dammum* tormentario globo occisus est, cum *Maximilianum Romanorũ R.* captivum liberandi causa in Belgium cum aliis descendisset, FRIDERICUS, qui natus 1458. Episcopatu *Vltrajectino* 22. annos gesto, variis tumultibus, factionibus & bellis defatigatus, & senio confectus, se 1516. abdicavit in gratiam *Philippi Burgundi* & 1517. decessit: & CHRISTOPHORUS. Hic natus 1453. patris successor, *Susenburgiam* & *Rœtelanam* ditiones ab agnato *Philippo* Hochbergiæ lineæ ultimo, non tamen sine controversia cum Longavilleis, nactus est; unusque

Albertus.

Fridericus Episcop. Vltraj.

Christophorus.

unusque in hac familia illas omnes rexit. *Lucemburgio* etiam ducatui Cæsaris nomine præfuit. Cum occasionem subministrare videretur *bellum Bavaricum* 1504. quæ pater amiserat, *Palatinis proscriptis* iterum adimendi, solus ex vicinis ob amicitiam quievit, quin & Palatinos cum Imperatore reconciliare studuit. Decessit 1527. ex *Otilia* f. *Philippi C. Catimelibocensis* ducta 1468. extincta 1517. πολύπαις. Præter filias *Mariam*, natam 1473. abbatissam Liechtenthaliæ, 1519. extinctam, *Otiliam*, nat. 1480. monialem, mortuam 1490. *Sibyllam*, genitam 1485. Philippo Com. Hanoico 1503. nuptam 1527. defunctam, *Rosinam* 1487. editam, & Francisco Wolfgango C. Hohenzollerano, atque posthunc Joanni de Aw desponsatam, 1554. vivis exemtam, *Beatricem*, quæ 1492. lucem aspexit, & vita excessit 1535. uxor Joannis Com. Palat. Rheni, & filios aliquos immaturo fato raptos, illo geniti sunt JACOBUS natus 1471. in *Archiepiscopatu Trevirensi* propatrui successor, & ex disciplina *Philippi Beroaldi* princeps illo tempore doctissimus, linguarumque [a] apprime gnarus, & Maximiliano Imperatori gratissimus, 1511. extinctus, BERNHARDUS, natus 1474. PHILIPPUS [b] natus 1479. qui *Carolo*

Iacobus Elect. Trevir.

Philippus.

a In comitiis Trevirensibus Pontificiis legatis latine, Germanis Germanice, Gallis Gallice, Venetis Italice respondit.

b Hunc laudat Fr. Iren. Exeg. Germ. 3, 91. pag. 162. & 93. p. 163.

Carolo V. gratus, ejus etiam fuit vicarius, CAROLUS natus 1476. *Argentinenſis* & *Trevirenſis* & CHRISTOPHORUS, natus 1477. *Argentinenſis*, RUDOLFUS, 1481. *Colon.* & *Argent.* Canonici, ERNESTUS, 1482. Ex his *Philippus* præter *Mariam Iacoben*, 1507. natam, Wilhelmo Duci Bavariæ nuptam 1522. & 1580. extinctam, filios plures ex *Eliſabetha Palatina* f. *Philippi Electoris*, vidua Wilhelmi Landgr. Haſſiæ, quæ 1522. deceſſit, ſed parum vivaces, genuit, atque 1533. mortalitatem exuit. BERNHARDUS & ERNESTUS linearum novarum ſatores, reliqui ἄγαμοι. *Philippus.*

I. BADENSIS RAMUS.

BERNHARDUS aulicus *Philippi R. Hiſpaniæ*, dein nactus *Badenſem marchionatum*, in eo primus introduxit *Evangelicam religionem.* Nomine autem Hiſpanico *Lucenburgenſem* ducatum gubernavit. Sexagenarius 1535. duxit *Franciſcam Lucenburgiam Brienniam* f. *Caroli*, quæ 1566. mortua eſt, & poſt biennium moriens reliquit PHILIBERTUM, natum 1536. ſucceſſorem, qui viduus in *bello Turcico* 1566. imperio[a], inde 1569. regi *Galliæ* meruit, & prælio *Monconturio* cecidit, ex *Mechtilde* f. *Wilhelmi D. Bavariæ*, ducta 1557. extincta 1565. (præter filias *Iacobeam*, natam 1558. Joanni Wilhelmo *Bernardus.* *Philibertus.*

[a] Thuan. L. 39. p. 450.

helmo D. Juliaci & Cliviæ 1585. nuptam, & 1597. extinctam, *Annam Mariam*, natam 1562. Alberto Domino Rosenbergio elocatam 1578. *Mariam Salomen*, 1563. in lucem editam, & 1584. Georgio Ludovico Landgr. Leuchtenbergio desponsatã, ac anno seculari mortuam) superstite filio PHILIPPO, nato 1559. cujus nomine *Augustanam Confessionem* marchionatu ejecere *Bavari*, sed idem 1588. cum sponsam *Sibyllam Cliviam* expectaret, morte oppressus est, & CHRISTOPHORUM. Huic nato 1537. *Rodemachera* concessa, & uxor data *Cæcilia filia Gustavi R. Sueciæ*, ducta 1564. extincta 1627. ex qua numerosa proles [a], hujusque fortuna varia. Cæterum Christophorus æque ac frater quoad vixit religioni Evangelicæ constanter adhæsit. Inter filios ejus *Gustavus Christophorus*, natus 1566. 1609. vita excessit, *Philippus* 1567. lucem aspexit, & 1620. fatis raptus est, *Carolus* 1569. natus, 1590. Genuæ obiit, *Ioannes Carolus* 1572. vitales auras hausit, Melitensi militiæ nomen dedit, & 1599. bello Belgico interiit. Ante hos vero primus successor patris & patruelis fuit EDOARDUS FORTUNATUS in *Anglia* 1565. natus, qui religionem *Pontificiam* deserta paterna amplexus, variis extra ditiones peregrinationibus ætatem consumsit. Ejus provinciam *Rudolfus Imperator*, ut ex proventibus debita solverentur, *Bavaro* & *Lotharingo*

Philippus.

Christophorus.

Edoardus Fortunatus.

[a] Thuan. L. 36. p. 326.

ringo ducibus regendas addixit, ille *Marco Fuggero* conceſſit, unde *Erneſtus Fridericus* agnatus, ne quid familiæ periret, eundem occupavit. Scalis delapſus cervice fracta, moriens *Bruxellis*, ubi archiduci operam militarem addicturus erat, Edoardus 1600. ex conjuge *Maria* filia *Iodoci ab Eicken Domini de Riviere*, gubernatoris Bredæ, cujus majores ducibus *Brabantinis* inſervierant, reliquit filios, præter ALBERTUM CAROLUM, infelici caſu extinctum 1626. linearum novos autores WILHELMUM & HERMANNUM. *Hermannus* natus 1596. *Rodemacheræ* habitavit, & ex *Antonia Eliſabetha* f. *Chriſtophori C. Criechingii* CAROLUM WILHELMUM EUGENIUM, Ferdinandi IV. Regis Romanorum camerarium & *Mariam Sidoniam* Philippo princ. Hohenzollerano 1662. nuptam; ex *Maria Sidonia* f. *Philippi Franciſci C. Falckenſteinii*, vidua Adami Philippi C. Cronbergii, PHILIPPUM BALTASAREM & *Mariam Eleonoram Sophiam*, Joanni Franciſco Deſiderato princ. Naſſoviæ 1665. ſociatam genuit. Patre vero 1664. & dein utroque filio extinctis, linea defecit. WILHELMUS autem *judex Cameræ Spirenſis* natus 1593. in vivis ſuperat. Gravis huic ob matrem ab altera linea mota controverſia; in qua cum multa pro ejus compoſitione tentata eſſent media, ad inſtantiam tutorum & preces variorum magnatum 1622. in *aulico Cæſareo*

Albertus Carolus.

Hermannus

Wilhelmus.

judicio pro Wilhelmo pronunciatum, ut agnati ei *superiorem marchionatum*, cum fructibus perceptis & percipiendis, litisque expensis restituerent. Sed 1629. inter partes *Etlingæ* transactio inita. Bello *Svecico*, cum marchio Cæsarem sequeretur, suam pro fortuna partiũ fortunã habuit. E. A. V. à *Rege Hispaniæ* cui in *Belgio* serviit creatus est, & Cæsaris nomine 1640. *præses Comitiorum Ratisponensium* fuit. 1648. quædam *pace Monasterienſi* jussus est agnatis restituere, & *alternatio* linearum sancita. Præter *Annam Mariam VVilhelmam*, 1655. & 1657. CAROLUM BERNHARDUM Canon. Colonienſem ex secundo conjugio *Mariæ Magdalenæ* f. *Erneſti C. Oetingii* 1650. inito, natos, & immaturos: filiasque *Catharinam Franciſcam* monialem Vesontinam 1631. & *Annam* 1635. ex priori uxore *Catharina Vrſula* f. *Joann. Georgii princ. Zollerii*, 1624. ducta, 1648. mortua ei geniti sunt, FERDINANDUS MAXIMILIANUS, 1625. LEOPOLDUS WILHELMUS, 1626. PHILIPPUS SIGISMUNDUS, 1627. WILHELMUS CHRISTOPHORUS, & HERMANNUS, 1628. BERNHARDUS, 1629. Ex quibus *hic* 1649. *Romæ* mortuus; *iſte Canonicus Colonienſis* & *Paderbornius* (hæc dignitas ex dono Pontificis, ut aviæ majores in Belgio perquirerentur, occasionem dedit) Cæsari adversus *Svecos* in *Pomerania* militavit, deinde ei legionum à *Circulo Burgundico* adversus *Turcam* scriptarum destina-

Hermannus.

destinatum fuit imperium. Inde *Varasdinensis* præfectura ipsi commendata. Tum copiarum in Belgium 1665. ab Imperatore missarum dux fuit. Et nunc in his motibus strenuam defendendo Imperio auspiciis Cæsaris operam navat, rei tormentariæ generalis præfectus: *Ille Canon. Colonienſis & Argentinenſis* tristi casu sclopeti imprudenti displosione vitam amisit: ut & *Philippus Sigismundus Melitensis* eques 1647. ad *Orbitellum* in Tuscia cecidit. *Leopoldus VVilhelmus* satellitii præfectus in aula *Cæsarea*, copias in *Pomeraniam* adversus *Svecos* duxit, & 1664. in *bello Turcico* dux delectibus Imperii præfuit. Ab uxore priori *Sylvia Catharina Carrecta*, vidua Comitis *Tscherninii*, 1659. ducta sub corona Bohemica multa bona ei accessere. Altera fuit *Maria Franciſca* f. *Egonis Com. Furſtenbergii*, vidua Wolfgangi Wilhelmi C. Palatini Rheni 1666. ducta. Quam viduam 1671. reliquit, matrem. . . . . Primus *Ferdinandus Maximilianus* literarum & literatorum amantissimus, *gentis ſuæ hiſtoriam* condi jussit, utque aliquorum in *Polonia* voto regno destinari visus sit, sua meruit virtute. Conjux *Luisa Christina Sabaudica* filia *Thomæ princ. Cariniani*, 1653. ducta, quæ tamen brevi post à marito divertit, ex eo Parisiis peperit 1655. LUDOVICUM WILHELMUM, suorum spem præcipuam. Pater infelici displosione sclopeti ad venationem proficiscens vulneratus, 1669. vitam perdidit.

Leopold Wilhelmus.

Ferdin. Maximilian.

didit. Adeo ut plerosque filiorum turbato mortalitatis ordine Wilhelmus hactenus efferre coactus sit.

II. DURLACENSIS. vid. p. 625.

Ernestus. ERNESTUS natus 1482. alterius lineæ fuit caput, & cum *Hochbergensi* Marchionatu ac *Rœtelana* ditione *inferiorem principatum*, in quo *Durlacum*, cujus arcem condidit, tenuit; de cætero frugalis, prudens & *Religionis Evangelicæ* quam ditionibus induxit cultor. Transegisse dicitur 1537. cum nepotum tutoribus, ut si ob alterius æs alienum non solutum alteri molestia crearetur, hic illius præfecturas aliquot occupare & tantisper retinere posset, donec satisfieret. Uxor ejus prima fuit *Elisabetha* f. *Friderici M. Brandeburgici*, ducta 1510. extincta 1518. Altera vero fuit *Ursula de Rosenfeld*, quæ 1538. decessit. Ex his suscepti liberi *Anna* Caroli Zollerani uxor, ducta 1537. *Amalia* Friderico C. Lœvvensteinio nupta, & 1594. extincta, *Maria Iacobea*, Wolfgango Com. Barbiensi 1577. ducta, & 1592. defuncta, *Maria Cleophe*, 1548. Wilhelmo C. Sulzensi elocata, 1580. mortua, *Elisabetha*, Gabrieli Salamancæ Com. Ortenburgio in Carnis 1533. & Conrado C. Castellæ 1545. sociata, quæ 1552. obiit, *Salome* Ladislao C. Hagiensi 1540. juncta, *Margareta*, Wolfgangi Com. Oetingensis

thorum

thorum 1538. ingressa, & tres filii BERNHARDUS, natus 1517. extinctus 1553. ALBERTUS, cum ex bello Turcico rediret, mortuus 1542. atque stemmatis propagator CAROLUS, natus 1529. Hic 1556. *religionem Evangelicam* publice introduxit, mutuatus à vicinis doctores, qui Ecclesias instituerent. Arcem Durlacensem perfecit, & *Caroliburgum* dixit, eoque sedem Pforzheimio transtulit. Hochbergam etiam munivit. Apud eum sororius *Albertus M. Brandenburgicus* proscriptus rebus adversis habuit perfugium. [a] Ipse contra *Reformatos* operam militarem *Regi Galliæ* addixit, atque prælio *Montconturio* interfuit. [b] Eum Christophorus dux Wirtenbergiæ 1568. filio Ludovico curatorem dedit cum Wolfgango Palatino & Georgio Friderico M. Brandeburgio. Ab Imperatore Maximiliano II. 1570. filiæ *Elisabethæ* datus est comes, qui eam cum validis copiis ad maritum Carolum Regem Galliæ duceret. Moriens 1577. ex priori conjuge *Cunigunda* f. *Casimiri M. Brandeburgici*, 1551. ducta 1558. extincta, nullos, ex secunda autem *Anna* f. *Ruperti C. Palatini*, 1558. ducta & 1586. mortua, fœmina variæ virtutis, post *Dorotheam Ursulam*, 1559. natam, 1575. Ludovico duci Wirtenbergiæ nuptam, 1583. extinctam, filios ERNESTUM FRIDERICUM,

Bernardus. *Albertus.* *Carolus.*

a Thuan. L. 19. pag. 862.

b Thuan. L. 46. p. 741.

CUM, 1560. JACOBUM 1562. & GEORGIUM FRIDERICUM 1573. suscepit. Ex quibus medius *Iacobus*, cum ejus nomine *Formulæ Concordiæ* subscripsissent tutores, 1589. à *Pistorio* apostata, cum prius petito à *D. VVirtenbergico D. Iac. Andrea*, colloquium *Durlaci* instituisset, in quo cum Pistorio iste commissus, seducitur, & ad religionem *Pontificiam* transit, sed *seq. anno* morte prævenitur, quominus religionem recens assumtam in ditiones introduceret, ipsa die, qua templa novæ religioni sacrari debebant, dysenteria correptus. conf. Thuan. L. 99. p. 882. Ei cum uxor fuisset *Elisabetha* f. *Florentii C. Culenburgii* 1586. ducta, exinde nati sunt 1587. ANNA, nupta 1603. *Volrado comiti VValdeccia* (cujus postea filius hoc intuitu ab ultimo *comite Culenburgio* heres scriptus) & 1648. defuncta, & ERNESTUS JACOBUS posthumus, qui tamen non toto anno patri superstes: tutore & dein successore patruo ERNESTO FRIDERICO. Huic antea cum *Hochberga* obtigerat *Rœtelia*, sed fratris dein filio, cujus pridem tutor *Evangelicam* religionem, facessere jussis Romanis, restituerat, successit. [a] 1592. pro *Iohanne Georgio Brandeburgio episcopo Argentinensi* in castra venit [b], sed ex hoc tanquam violata pace publica [c], ei & civitati

Iacobus

Erneſt. Friderícus.

a Thuan. L. 99. p. 883.

b Thuan. L. 10. pag. 1138.

c Klock. consil. L. 2. c. 39.

civitati Argentinensi ob vastatas ditiones *Hanoicas* lis intentata. *Edoardi* ditiones ob debita ne Fuggeri involarent occupavit. [a] Illustre *Gymnasium Durlacense* instituit, & alendis 10. alumnis reditus addixit; aliis ornamentis provinciam coluit. Demum qui olim *Formulæ Concordiæ* nomen dederat, ad *Reformatos* applicuit animum, sed evocatis Basilea doctoribus, antequam aliam obtrudere religionem provinciæ posset, 1604. morte opprimitur, nulla ex *Anna* f. *Ezardi com. Ostfrisii*, quam 1585. duxerat, prole suscepta, conf. Thuan. L. 99. p. 883. L. 104. p. 1138. L. 109. pag. 1411. Fratribus superstes, & solus tandem heres fuit minimus natu GEORGIUS FRIDERICUS: Princeps *Georg. Friderici.*

a Extant de causa hæc scripta: Marggraf Ernst Friderich Schreiben an Käyser Rudolphen den Andern/ darinnen er Ursach anzeigt/ warumb er seines Vettern Edoardi Fortunati Marggrafen zu Baden Landen den 19. Novemb. 1594. eingenommen/ und bißher eingehalten: sampt angehengtem Vertrag/ so Anno 1537. auff S. Michaels Tag zwischen ihren Vorältern deß gegenwärtigen Streits halben auffgerichtet/ bestätigt und angenommen worden/ 1595. Item: Beständiger Bericht/ was sich vor und nach durch Marggraf Ernst Friderich zu Baden rechtmässig und befugter Weise fürgenommener Occupation, deß Obertheils des Fürstenthums oder Marggrafschafft Baden mit Einziehung etlicher Marggr. Edoard Fortunati Dienern und anderwerts verloffen/ insonderheit aber/ was Ihr Fürstl. Gnaden darzu fürnemlich bewegt und Ursach gegeben. 1596.

ferventiſſimo in *Auguſtanam Confeſſionem* ejusq; defenſionem zelo ardens, & religionis controverſiarum apprime etiam peritus. Præterea heroico animo & multa prudentia præditus, unde multis magnatibus, & Rudolpho II. Imperatori ob eam & eloquentiam admirationi fuit. 1600. copias ſuo ære conductas adverſus Turcas duxit, & ad Caniſiam fortitudinis militaris ſpecimina edidit. *Vnioni* nomen dedit, & 1622. *cauſam Palatinam* ſuſcepit tuendam, translata in filium provinciarum adminiſtratione & exercitu ſcripto. Sed infelix cum *Tillio* & *Cordubenſi* ad *VVimpenam* commiſſum prælium conatus irritos reddidit. Poſt hæc variis in locis hinc inde commoratus, vivendi finem fecit 1638. Ejus ex priori conjuge *Iuliana Vrſula Ringravia* f. *Friderici*, ducta 1592. extincta 1614. (ſecunda *Agatha* f. *Georg. comitis Erpacenſis* ducta 1614. mortua 1621. non niſi filias, quæ adolevere, *Annam* 1617. *Eliſabetham* 1620. genuit quarum illa 1672. mortalitatem exuit) filiæ natæ 1593. *Catharina Vrſula*, 1595. *Anna Amelia*, 1605. *Sibylla Magdalena*, 1610. *Sophia Dorothea*, 1612. *Erneſtina* Sophia, quarum prima 1613. Ottoni Landgravio Haſſiæ nupſit & 1616. deceſſit, ſecunda 1615. Wilhelmo C. Naſſoviæ Saræpontano elocata, ... obiit, tertia 1629. Joanni C. Naſſoviæ juncta, 1644. vita exceſſit, duæ virgines deceſſere 1633. & 1658. Tum filii fuere FRIDERICUS, CAROLUS, CHRISTO-

CHRISTOPHORUS, *hic* natus 1603. 1632. in exercitu regis *Sveciæ*, qui eum serio luxit, ad *Ingolstadium* capite, quod pila tormentaria rapuit, truncatus, *iste* editus 1598. 1625. cum ex *Gallia* in Angliam pro Germanis principibus iturus esset, Bononiæ extinctus, *ille* in lucem editus 1594. solus superstes, & jam prius unicus heres fuit. A patre vivo principatum suscipit, sed paulo post 1622. in lite cum agnatis *Edoardinis* causa cadit, & ad restitutionem condemnatur. Susceptum dein ob hanc causam ad Imperatorem iter. Demum 1629. *Etlingæ* transactum. Bello *Svecico* principis fortuna, pro totius partis fortuna sæpe variavit: quin etiam in *pacificatione Pragensi* ab *amnestia* est exclusus. Tandem vero in Pace *Monasterienſi* & *Osnabrugensi* in sua restitutus est, mutationibus prioribus annullatis, & pensione annua, quam prius ex inferiori *Marchionatu* superiori pendere solebant, abolita. Cum etiam alternatio linearum sancita sit, Friderico primus servatus locus. Sub ejus regimine pacis commodo provincia, schola, Ecclesia reflorescere cæpit. Mundo valedixit princeps, paterni in religione zeli genuinus heres 1659. Uxores quinque habuit *Barbaram filiam Friderici ducis VVirtenbergici* 1616. ductam, & 1627. extinctam, *Eleonoram* f. *Alberti Ottonis comitis Solmensis* 1627. junctam, & 1633. defunctam, *Mariam Elisabetham* f. *Volradi com. VValdeccia*, 1634. nuptam, & 1643. vivis exemtam

Friderico

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [671] - 635
PUBLIC DOMAIN

emtam, *Annam Mariam* filiam *Iacobi ultimi Dn Geroldseccia* (à qua prætenſio in *Lohram* allata) 1644. ductam, & 1649. mortuam, *Eliſabetham Euſebiam*, filiam *Vratislai comitis Furſtenbergiæ*, ductam 1649. quæ dein vidua *Sulzburgi* commorata.... extincta eſt. Ex primo matrimonio natus eſt 1616. FRIDERICUS, qui poſt patrem, cui ſolus ſucceſſit, feliciter imperat, & paternis veſtigiis inſiſtens in ditione exornanda, reparandis, quæ bello damnum paſſa erant, Eccleſiæ & Scholarum, inprimis Gymnaſii illuſtris, plurima & ſedula cura occupari in pretio habuit. Cæterum poſt iter Gallicum primo 1637. *Bernardo Vinarienſi* comitem ſe junxit, & in expeditionibus in Burgundia, prælio ad Ararim, tum altero ad Mahlbergam prima militiæ tyrocinia poſuit: nec minus 1638. prælio ad Rinfeldam, quo capti hoſtium primarii duces, ſtrenue pugnavit. Inde legatus legioni præfectus eſt, quam in expeditionibus omnibus duxit, donec chiliarcha illam regendam acciperet. 1640. à *Banerio* ad R. Franciæ miſſus cum Cardinali Richelio de rebus graviſſimi momenti egit. Inde conflictibus ad *Merſeburgum* & *Wolfenbuteliũ* interfuit. Dehinc in Sveciam profectus, 1642. *Chriſtinam Magdalenam* filiam *Joannis Caſimiri C. Palatini Rheni* duxit: ſed conjuge in Pomerania relicta ad legionem ſuam rediit. Cum hæc ad Duttlingam communem cum reliquis paſſa eſſet cladem

Friderici

cladem, militiam reliquit, & in Pomeraniam per Franciã rediit. 1647. ſuæ domus bono tractatus *pacis* in Weſtfalia, & 1659. dietam executionis cauſa Norimbergæ inſtitutam inviſit. Inde *Poloniam* luſtravit, & 1653. *Comitia Ratisponenſia* viſitavit, & Imperatori innotuit, à beo honorifice habitus. 1655. in bello *Polonico* affini Regi Sveciæ operam navavit, equitatus curæ generali præfectus. Prope *VVarckam*, Warzovia Sendomiriam iturus, 1656. gravi periculo defunctus eſt, & copiis non ita multis inſtructus Czerneczium & Lubomirskium cum 40000. Polonis & Tartaris aliquandiu ſuſtinuit, inde in arce *Zirsko* receptum habuit; in qua cum defenſionem meditantem hoſtis vidiſſet, receſſit: atque ita Marchio Warzoviam rediit, & aliis copiis auctus regi occurrit. Inde caſtrorum ad *Dantiseum* cura cum Steinbockio & Gardiano ei commendata; tum in Mazovia hoſti cladem intulit. Cum auxilio *Rigæ* in Livoniam mittendus eſſet, à patre revocatus domum redire neceſſe habuit. 1663. orto bello *Turcico* ei cum Epiſcopo Monaſterienſi ſupremum directorium imperialis exercitus demandatum eſt, quo munere ex dignitate functus ad ſuos multo honore ab Auguſto excultus rediit. Ex eo aliquoties Viennæ aulam Cæſaream negociorum gratia inviſit. *Lohram* etiam cum adjudicata eſſet ſibi vindicavit. Uxor *Chriſtina Magdalena Sveco-Palatina* moriens 1662.

ex eo

ex eo præter filias *Chriſtinam* natam 1645. & 1665. Alberto M. Brandeburgio nuptam, *Catharinam Barbaram*, in lucem editam 1650. *Joannam Eliſabetham* genitam 1651. & ſociatam *Joanni Friderico M. Brandeburgio* 1672. filios duos FRIDERICUM MAGNUM, natum 1647. & CAROLUM GUSTAVUM, natum 1648. reliquit. Hi ſolicita cura educati, & ſtudiis dignis imbuti Germaniam, Belgium, Angliam, Franciam & Italiam peragrarunt: deque illis publica ſpes & vota bonorum plurimum ſibi promittunt. Major natu 1670. uxorem duxit *Auguſtam Mariam* f. *Friderici D. Holſatiæ*, ex qua filiolo *Friderico Magno* 1672. nato & amiſſo, nonniſi unicam adhuc filiolam habet. Frater legionem Svevicam imperii bono moderatur. Alter *Friderici* ſenioris ex *Barbara VVirtenbergia* filius CAROLUS MAGNUS natus 1621. militare vitæ genus tota fere vita *Svecicis* auſpiciis ſecutus eſt. Cum 1641. *Schlangius* cum potiori equitatus flore à *Piccolomineo* & *Mercio* in ſuperiori Palatinatu circumveniretur, hic quoque princeps una fuit captus. In *Polonico* bello ſtipendia iterum fecit, ac ibi in prælio *VVarzovienſi* Regi ſuo, cui ob fortitudinem & prudentiam acceptiſſimus fuit, vitam ſervaſſe dicebatur. Nec multo poſt cum Generalis campi mareſcalli locumtenentis dignitate auctus eſſet, ac do-

Friderici Magn. Carolus Guſtavus.

mum

mum invisendo patri iter suscepisset, ibi morbo oppressus 1658. fatis concessit, relictis ex *Maria Iuliana* f. *Georgii Friderici Com. Hohenloici* 1650. ducta, quæ vidua Fridlingæ prope Basileam habitavit, *Carola Sophia* nata 1652. quæ 1676. Emiconi C. Leiningio nupsit, & filio, qui 1651. natus est CAROLO FRIDERICO. Hic juvenis multa egregia bonæ spei de se specimina dedit, dein cum exteris oris peragratis ad *religionem Romanam* deflexisset, militiam Melitensem suscepit. Nunc Imperialibus auspiciis in Belgio pugnat, & in pugna ad *Seneffam* fortitudinis egregiam laudem reportavit. Sorores horum, *Friderici* & *Caroli Magni*, fuere *Sibylla*, nata 1620. *Barbara* 1622. 1639. extincta, *Joanna* 1623. Joanni Banerio generali exercitus Svecici, & post eum Henrico C. Turrio 1648. nupsit, *Friderica* 1625. Quarum prima sola supersest. Ex secunda conjuge Friderico natus est 1631. GUSTAVUS ADOLPHUS, qui literis probe excultus itinera varia obivit. Inde in *Polonico* bello easdem cum fratribus partes tutatus, inprimis in *Borussia* res egit. Præfectus *Morungæ*, eam cum fortiter defendisset, demum dedere coactus est. Post alterum iter *Italicum* se *Romanæ* communioni addixit 1663. resignato prius *Argentinensi canonicatu*. Anno 1664. in *Imperiali* exercitu *adversus Turcas* peditatui præfectus, in conflictu

Carol. Friderícus.

Gustavus Adolphus

conflictu ad *Gotthardi* fanum insignem laudem fortitudinis obtinuit. Post hæc *Benedictinæ* familiæ sumto nomine *Bernardi Gustavi* ascribi voluit, & abbatibus *Fuldensi* atque *Campidunensi* datus est Coadjutor, illi etiam hactenus successit. Et ex hoc à Pontifice *Cardinalitio* galero donatus est.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [676] - 640
PUBLIC DOMAIN

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ BADENSIS.

Primarios mares & emortuales annos repetens.

Bertholdus D. Zeringiæ.

Zeringen.

Bertholdus 2. D. Zering. 1111. — *Gebhardus Ep. Constant.* — *Hermannus M. Hochbergæ 1074.*

Bertholdus III. D. Zering. 1122. — *Conradus D. Zering. 1190.* Teck. — *Hermannus M. Badens. ab uxore. 1130.*

Bertholdus IV. D. Zer. 1186. — *Adelbertus Teccensis à quo reliqua famil.* — *Hermannus 2. Marchio 1160.*

Berthold. V. D. Zering. 1238. Baden. — *Herm. 3. M. Veron. 1190.* Hochberg.

Hermannus 4. 1243. — *Fridericus.* — *Henricus 1221.*

Herman. 5. D. Austr. 1250. — *Rudolfus sen.* A — *Rudolfus.* — *Hermannus.*

Henricus 2.

Fridericus D. Austriæ. 1268. Hochberg. — *Henricus 3.* — *Rudolfus.* — *Fridericus.* Susenberg.

Henricus 4. — *Hermannus prior Ioan.* — *Rudolphus 3. 1313.*

Henricus 5. — *Henricus 1334. obtinuit Rœteln.* — *Rudolfus 4. 1343.*

Otto 1386. — *Ioannes 1411.* — *Hesso 1409.* — *Otto.* — *Rudolfus 5. 1356.*

Henricus. — *Hesso.* — *Otto venditor Hochberg. 1418.* — *Rudolfus 6. 1428.*

Wilhelmus 1444. — *Otto Ep. Constant. 1439.*

Rudolfus 8. 1487.

Philippus ultimus. 1503.

A *Rudolfus sen. M. Badensis.*

Hermannus 6. 1291. *Rudolfus* 2. 1295. *Rudolfus* 3. 1332. *Hesso.* 1317.

Fridericus 2. 1333. *Rudolfus* 5. 1348. *Hermannus* 7. 1300. *Herman.* 8. 1338. *Rudolfus Hesso.* 1332.

Herman. 8 1353. *Fridericus* 3. 1353. *Rudolfus Wecker.* 1361.

Frider. 4. *Rudolf.* 8. *Rudolfus* 7. *seu Magnus* 1372.

Rudolf. 9. 1362. *Rudolf.* 10. 1391. *Bernardus* 1431

Bernardus 1424. *Iacobus* 1453.

Bernardus 1459. *Canonisat.* 1480. *Carolus* 1475. *Georg. Ep. Met.* 1485. *Marcus Can. Arg.* 1478. *Ioannes Elect. Trevir.* 1503.

Christoph. 1527. *Albertus* 1488. *Fridericus Ep. Vltraject.* 1517.

Baden. Pfortzheim *nunc* Durlach.

Iacobus El. Trevir. 1511. *Bernardus* 1537. *Philippus* 1533. *Ernestus* 1553.

Philibertus 1569. *Christophorus* 1575. *Albertus* 1542. *Bernardus* 1553 *Carolus* 1577.

Philipp. 1588. *Edoardus Fortunatus* 1600. *Ernest. Frideric.* 1604. *Iacobus* 1590. *Georg. Frideric.* 1638.

Baden. Rodenmachern.

Wilhel-mus. *Albertus Carolus* 1626. *Hermannus* 1664. *Frideri cus* 1659. *Carolus* 1625. *Christophorus* 1632.

Ferdin. Maximil. 1669. *Leopold. Wilhel.* 1671. *Her-man-nus.* *Carolus Bernardus.* *Carol. Philip. Wilh. Baltas. Eug.* 166.. 1661. *Frideri cus* 1658. *Carolus Magnus abb. Fuld* *Gustav Adolf.*

Ludovicus Wilhelmus. N.N.

Frid. Carol. Magnus. *Gusta-vus.* *Carol. Fridericus.*

FAMILIA

FAMILIA HASSIACA, IN QUA LANDGRAVII HASSIÆ ex Ducibus Brabantinis.a

IN hac Sereniſſima gente modernos à Ducibus *Brabantinis* deducere, ac ita in Germania ejus oſtendere ortum, non ita eſt difficile. Sed Brabantinorum primos natales difficilius quæſiveris. Nonnulli ad antiquos *Hasbanios* recurrunt, inq; illa gente quendam *Salvium Brabonem*, qui *Tungris* dux Romanorum beneficio ante Chriſtum natum præfuerit, & uxorem *Julii Cæſaris* neptem duxerit, comminiſcuntur. Inter poſteros ejus *Julius Juliaci* conditor, *Octavius Trajani* nomine *Galliæ Belgicæ* dux, *Godofredus Commodo* rebellis, *Artſardus Conſtantii Chlori* adjutor, & *Martſiandus Conſtantini M. Taxander Gratiani* hoſtis, *Anſigiſus Honorii* miles,

Origo.

Ab Hasbaniis.

Ss 2

a Hujus Sereniſſimæ gentis hiſtoriam plurimum ex chron. Haſſiæ Wilh. Dilichii diſcere & illuſtrare licet. Ad hiſtoriam Eccleſiaſticam ſpectant D. Helvici Garthii gründlicher Hiſtoriſcher Bericht/von dem Religions-Weſen im Fürſtenthum Heſſen/ wie es damit von Anfang Evangeliſcher Religion geſtanden und noch beſchaffen/ 1606. Item D. Henrici Leuchteri Evangeliſche Hiſtorie von Heſſen / darinnen auß beglaubten Geſchichten/ Confeſſions-Formulen/ Kirchen-Ordnungen/ Synodaliſchen Abſchieden erwieſen wird / das vom erſten Anfang der reinen Evangeliſchen angenommenen Lehr/ niemals im Ober-Fürſtenthum Heſſen die Zwingliſche gebillicht worden/ 1620.

miles, *Carolus pulcher Valentiniani Imperatoris* ſororius, *Lando* & *Auſtraſius* Francorum ſtudioſi, *Carolus Hasbanius*, legatus *Theodeberti Regis Auſtraſiæ* ad Imperatorem *Iuſtinianum*, *Carolomannus Childeberti* miles in Longobardia, *Pipinus Landus Clotharii* palatio præfectus notantur: In qua tamen deductione vix inter fabulas verum dignoveris. Pipini Hasbanii filia *Begga* mater *Pipini Craſſi* hereditatem intuliſſe Carolinæ domui dicitur. Nihilominus ex ejus agnatis graduum numero incerto Brabantinos propagatos volunt. Alii duces *Auſtraſiæ* vel *Moſellanos* vocant in ſubſidium, & *Clodulfum Moſellanicæ* ducem, *Arnolfi* (qui ſepiſcopus demum *Metenſis* fuit) filium atque *Pipini craſſi* ſ. *magni*, qui Caroli M. proavus fuit, [a] patruum, autorem

Ex Moſellanis.

a Licet vero non hac ratione ex Caroli M. agnatis ſtirps deſcendat, hoc tamen ante omnes alias (niſi forte certius probetur Sereniſſimam Palatinam ex maſculis ab illo Auguſto derivari) familias, uti nunc ex Ardennatibus deducitur, hæc habet: quod non alia ſit, quæ ex ipſa Carolina domo non interrupta ſerie tot uxores matrimoniis ſibi junxerit. Tres enim ex Caroli neptibus hic reperiemus. Cum *Giſelbertus* autor *Ermengardam* Lotharii Auguſti filiam habuerit conjugem: *Lambertus* barbatus *Gerbirgam* filiam Caroli D. Lotharingiæ, ſororem Ottonis ducis qui 1005. mortuus eſt: *Henricus II.* Brabantiæ dux *Sophiam* Thuringicam, ultimæ Carolinorum lineæ heredem. Unde ſi tantum honorem Sereniſſimæ Auſtriaco-Hiſpanæ domus credidit Joannes Jacobus Chiffletius, quod à Gerbirgæ juniori ſorore *Ermengarda*, Alberto C. Namurcenſi nupta, à quo per plures fæmellas

autorem prosapiæ constituunt. Hoc enim *Clodulpho*, qui tandem *Rhemensis* factus est *Archiepiscopus*, & post hæc *Trevirensis*, alios duces principatus ad Mosellam editos existimant, ex quibus nostri Brabantini.[a] Nunc ab aliquo tempore origo gentis certius videtur innotuisse, ut principium ducatur à *Giselberto*, qui *Comes Mansuariæ* dicitur, & ex partibus *Caroli Calvi* stetit, atque ex *Ermengarda Lotharii Imperatoris* filia, quam rapuerat, *Raginerum* & *Ricuinum* genuit: ex his *Ricuinus Ardennæ* Comes, ex filiis *Ottone* & *Ricuino II.* aliquos primorum *Lotharingiæ superioris* Ducum, totamque familiam *Limburgiam* & *Lucenburgiam*, cujus rami in *Belgium*, *Galliam* & *Germaniam* protensi sunt, & nostro demum seculo exaruere, prosevit. De istis hic non sumus soliciti. RAGINERUS autem prior

Ab Ardennatibus.

Giselbertus.

Raginerus.

 Gisel-

fæmellas Hispani, ei nobilitatem inter Europæos primam & propinquitatem aliquam cum Carolino sanguine interceßisse, sed per plures fæmellas subinde interrupta succeßione, demonstrasset. Quanto major gloria Sereniſſimorum Hassorum? qui præter tot alias avias ex Carolinarum filiarum posteris ortas, tres numerat ex ipsa Carolina domo suæ domui per conjugium insertas. Ita & D. Blondellus dignitatem, quam Hispanis suis ex Caroli Ducis filiabus conciliare voluerit Chiffletius, potius ad Hassos & Misnios spectare ostendit Plen. ass. Gen. Franc. T. 2. p. 280.

a Qui certiora sectantur, non nisi Martinum Clodulfo filium dant, imo de hoc etiam aliqui dubitant: omnem vero ulteriorem posteritatem negant.

Giſelberti filius *Hasbaniæ* & *Hainaci* dux, & pater fuit GISELBERTI, celebris *Lotharingiæ* ducis, quem cum *Carolus ſimplex* pepuliſſet, reſtituit ſocer *Henricus auceps Imperator*: ſed poſtea rebellem affinis *Otto I.* prælio cæcidit 939. (aliis 942. 946.) *Lamberti C. Lovanienſis* quo *Ansfredus* natus eſt, *Balderici Epiſcopi Leodienſis* & RAGINERI II. Com. *Hainaci* ſeu *Hannoniæ*. Hoc & *Adela filia Richardi D. Burgundiæ* natus RAGINERUS III. dictus *Longicollus*, quem *Bruno Archiepiſc. Colonienſis*, *Dux Lotharingiæ* expulit. Hujus & *Adelæ Dagsburgiæ* filii, alter *Raginerus IV. Hannoniam* recuperat, & ad filium *Raginerum V.* (à cujus filia *Richildi* maritus ejus *Balduinus C. Flandriæ* comitatum nactus eſt, ſuisque junxit) transmiſit, ſed alter LAMBERTUS dictus *Barbatus Lovanienſem* comitatum ex hereditate propioris ſobrini *Ansfridi*, qui dein Epiſcopus *Ultrajectinus* 1009. obiit, obtinuit, prælioque ad *Florinas* adverſus *Godofredum Gibboſum* commiſſo 1015. vel 1014. cecidit. Uxor ejus *Gerberga* patrem habuit *Carolum Ducem Lotharingiæ*, è ſtirpe *Caroli Magni*. Nati illis parentibus *Mathildis*, uxor Euſtachii C. Bononienſis, *Henricus* (qui pro ducatu *Lotharingiæ* bellum geſſit, *Affligenii* monaſterii fundator, vita functus 1046. vel 1038. pater ex *Mathilde* f. Hermanni C. Einheimii *Ottonis*, qui brevi poſt patrem extinctus) & LAMBERTUS II. (quem *Henricus III.* Impera-

Giſelbertus.

Raginerus II.

Raginerus III.

Lambertus.

Lambertus.

Imperator ſtantem ex partibus *Balduini Flandri Tornaci* obſeſſum cepit & occidit 1054.) Comites *Lovanii*: hoc & *Oda* filia *Gozelonis D. Lotharingiæ*, præter *Conradum*, ab Henrico IV. Carinthiæ ducem lectum, *Raginerum* & *Idam* Balduini I. C. Hannoniæ conjugē, editus HENRICUS II. Balduini Hannonii adverſus Robertum Friſium ſocius, qui 1083. fertur deceſſiſſe, & cujus ex *Adela Thuringica* f. *Ottonis* Marchionis, matre ex alio marito *Adalberonis* Epiſcopi Leodienſis, filii *Henricus* ſe primus *Brachbantiæ patriæ comitem & advocatum* dixit, ac 1095. Tornacenſi in ludo equeſtri periit, nullis ex *Gertrude* f. *Roberti Friſii comitis Flandriæ*, relictis liberis, *Raginerius* monachus Affligenii fuit, ſed GODOFREDUS horum frater, cognomento *ſenior* vel *barbatus*,[a] ducatum *Lotharingiæ inferioris* iterum 1180. ab Henrico V. conceſſum in familiam reduxit: quin & 1137. *Marchionatum Antverpiæ*, quo 1126. à *VValeramo D. Limburgi* fuerat ſpoliatus, & 1140. mortuus eſt. Ejus ex priori conjuge (altera fuit *Clementia* f. *Guilielmi comitis Burgundiæ*, vidua Roberti Hieroſolymitani C. Flandriæ) *Ida* f. *Alberti III.* C. *Namurcenſis* liberi fuere, *Adela* ſ. *Aleida*, ab Henrico I. R. Angliæ in thorum aſcita 1121. *Ida* (al. *Adelheid* vel *Ioanna*) Theodorico C. Cliviæ

Henricus II.

Godofredus barbat.

[a] Quod patri promiſiſſet, non prius barbam radi paſſurum, quam Lotharingiam reduxiſſet.

Godofred. II. nupta & *Clara* monialis, atque GODOFREDUS II. seu *junior*, cui cum *Henrico D. Limburgensi* acre bellum. Cum moreretur 1143. ex *Luidgardi* f. *Alberti comtis Dagsburgii* reliquit GODOFREDUM III. dictum *in cunis*, quod in cunis prolatus in aciem, cum prælium adversus factionem *Grimbergiam* committeretur, victor infans fuerit. 1183. rebus humanis excessit. Ab ejus ex secunda conjuge *Imagina* f. *Ludovici com. Lossensis*, filiis *VVilhelmo* & *Godfrido*, Domini *Perveisii* orti: Exprimo thoro Margaretæ f. *Henrici III. Ducis Limburgii*, ut controversiæ componerentur ductæ, præter *Albertum episcopum Leodium*, quem ad Rhemensium urbem cęsum 1128. *sanctis* annumerant, & *Henricum* Cucii Dominum, suscepto est HENRICUS *probus*: qui in *Palæstina* expugnavit *Berythum*, *Florentium Hollandiæ* comitem & *Othonem Gelrum* prælio cepit, *Duram* vastavit & iterum condidit, *Leodium* expugnavit, *Tungrorum* oppidum delevit: sed iterum à *Leodiensi* episcopo petitus succubuit, & cum priori anno Ottonis IV. adversus Gallos expeditioni interfuisset, demum mortuus est 1235. Uxores habuit Henricus, secundam quidem *Mariam Franciscam* filiam *Philippi II. Regis* 1213. ductam, 1238. extinctam, quæ non nisi filiam *Isabellam* Theodorico C. Cliviæ sociatam peperit: Ex priori vero *Mathilda filia Matthæi comitis* Flandriæ & Mariæ heredis *Bononiensis*, (quæ ducta 1179.

Godofred. III

Henricus probus.

1211. vel

1211. vel 1212. vivere desiit) illata est familiæ prętensio in comitatum *Bononiæ*. Quamvis autem illa à filiabus Henrici & Mathildis *Maria Brabantina*, uxore *Ottonis IV. Imperatoris*, & *Aleide* uxore primùm *Ludovici C. Lossensis* s. *Lanii*, qui 1218. decessit, dein *VVilhelmi comitis Arverniæ* & tertium *Arnoldi* de *VVezemael* (quibus adjudicata fuerat) nepoti Henrico III. sit concessa, hic tamen ipse 1260. eandem iterum *VVilhelmo Arverno* (in cujus dein hæsit familia) permisit. Præter duas istas filias adscribuntur Henrico *Mathildis*, uxor Florentii C. Hollandiæ, extincta 1267. *Sophia* s. *Margareta*, Gerhardo vel Ottoni Com. Geldriæ sociata, 1231. mortua, *Beatrix* (aliis tamen hæc Henrico II. datur filia) Henrici Landgravii Thuringiæ, qui Imperator electus, dein Guilelmi Dampetræi C. Flandriæ conjux. Inter filios *Godofredum* Dominum de *Hereştal*, *Leauve* & *Gaesbeck* nominant, à quo Domini *Gaesbeckii* & *Heristalii* cognominis de *Lovanio*, descendunt; (in quibus *Arnoldus* ab uxore *Isabella Bredam* & *Bergas ad Soomam* obtinuit, sed illa per filiam *Aleidem*, uxorem Rasonis de Gaure, hæc per alteram filiam *Mariam* conjugem Gerhardi de Wezemael, ad istas stirpes translatæ. Ultima heres hujus Lovanienſis rami *Beatrix* 1334. *Gaesbeckam* Guilelmo Dn. Hornano marito attulit) primogenitus autem HENRICUS II. *magnanimus* successor patris in ducatu fuit. Hic varia *Henricus II.*

gessit bella, & à *Pontifice Innocentio IV.* ad *regnum Romanorum* vocatus est adversus *Fridericum II. Imperatorem.* Decessit 1247. Ei uxores fuere duæ, altera *Maria Philippi Svevi Imperatoris* ex *Irene Angelâ Constantinopolitanâ* filia, 1207. ducta: altera *Sophia Thuringica* f. *Ludovici Landgravii* 1242. in thorum adscita, quarum illa præter filias [in quibus *Maria Ludovici Severi com. Palatini* conjux suo infortunio, à marito insons capite plexa 1254. (vide p. 183.) nota: *Mathildis* autem Bononiensem comitatum sibi deberi prætendit, & 1288. mortua est, uxor Roberti C. Artesii, & dein Guidonis Castilionei C. Sanpauli, *Beatrix*, nisi eadem est cum Henrici I. filia, *Henrici* Landgravii Thuringiæ vel Hermanni uxor, *Margareta* monialis fuit.] *Henricum III.* successorem: hæc *Elisabetham* uxorem Alberti D. Brunsuicensis & alium *Henricum* genuit: unde duo familiæ rami *Brabantinus* & *Hassiacus.*

I. BRABANTINUS.

Henricus III. Dux. HENRICUS III. *mansvetus dux Brabantiæ,* ab *Alfonso Hispano* ut Imperatore *universalis tutor & defensor partium imperii* à Brabantia ad Rhenum usque constitui meruit, & 1260. moriens sub tutrice vidua *Aleide* f. *Hugonis ducis Burgundiæ*, quæ 1273. mortua est, reliquit *Mariam*, *Philippi III. R. Franciæ* uxorem, ductam

ductam 1272. ſ. 1274. quæ vivis exceſſit 1321. & filios HENRICUM IV. qui dein 1269. ſponſus *Margaretæ Ludovico IX. R. Franciæ* natæ monaſterium intrans ceſſit regimine, JOANNEM & *Godofredum Vierzonii* & *Arſchoti* dominum, qui heredibus filiabus, (quarum altera *Arſchotum* Valdimontiis, altera *Sichenam*, Loſſenſibus ſ. Lænenſibus attuliſſe dicitur) cum filio *Ioanne* ad *Curtracum* 1301. ſ. 1302. cecidit. Joannes I. (conſtitutus ab *Adolfo Imperatore* imperialium ditionum in Weſtfaliam usque advocatus) præter Brabantiæ ducatum, etiam *ducatum Limburgium*, obtinuit. Primo quidem emtionis titulo hic ab ultimo duce acquiſitus, ſed poſtea adverſus *Reinoldum Bellicoſum Geldriæ* comitem, qui gener Limburgenſis jus ſibi adſerebat, bello fuit vindicandus: in quo Joannes Geldro & aliquibus ſociis captis aut cæſis ſuperior fuit, ſed non multo poſt 1294. deceſſit. Filius ex *Margareta* f. *Guidonis Dampetræi C. Flandriæ*, quam poſt *Margaretam* prius fratri, dein ipſi deſponſatam, quæ non diu ſuperfuiſſe videtur, duxit (matrem etiam filiarum *Margaretæ* Henrico VII. Imperatori ex Lucenburgiis 1291. ductam, & *Mariæ* Amedæi V. C. Sabaudiæ uxoris) JOANNES II. patri ſucceſſit, (autor antiquiſſimarum in Brabantia legum, tabulis Cortenbergæ 1312. conditis comprehenſarum, rudium quidem ſed inartificioſa

Henricus IV.

Ioannes I.

Ioannes II.

artificiosa simplicitate venerandarum [a]) & huic 1312. extincto, iterum ex *Margareta Anglica Edoardi I. Regis filia*, quæ 1318. obiit, natus

Ioannes III. JOANNES III. cui 1355. cum non sterile fuisset ex *Maria* f. *Ludovici C. Eburovicensis* matrimonium, 1313. initum, & 1335. morte diremtum, præmortuis filiis 1333. *Ioanne*, 1347. *Godofredo*, 1349. *Henrico*, quorum primo *Maria* f. *Philippi Valesii R. Franciæ* 1332. ducta, alteri *Bona* f. *Petri D. Borbonii*, tertio *Joanna* f. *Joannis Regis Franciæ* filia desponsatæ fuerant, successit, agnatis *Hassis* præteritis, ex *Ioanna* (cujus prior maritus *Guilelmus C. Hollandiæ* & *Hannoniæ* jam 1346. decesserat) gener *Wenceslaus D. Lucenburgius:* Nam in casum prolis masculæ deficientis alteri sexui jus successionis contulerant *Philippus*, *Albertus*, *Henricus* & *Carolus IV.* Imperatores. Wenceslao collatus ille honos à fratre Carolo Augusto 1356. & gestus ad mortem usque, quæ cum abripuit 1388. illam vero sua fata 1406. Ex eo *Brabantiæ* ducatus, jure à *Margareta Ioannæ* sorore, filia etiam Johannis III. *Ludovici Malani C. Flandriæ* uxore, repetito ad *domum Burgundicam*, ex ea in *Austriacam* est devolutus. Tertia filia Joannis III. *Maria* Reinoldo D. Geldriæ nupserat, & 1393. extincta est. Diutius floruere rami *nothorum Brabantinorum* duo: alter à Joannis II. Ducis filio

[a] Belg. defens. adverss. evocationes & peregr. judicia c. 1. p. 7.

filio naturali *Ioanne dicto de Corselaer, Domino de VVitthem*, qui ab uxore Amelberga de Duvenvorde Dominium *Bautersheim* obtinuit. Hujus alter filius Henricus, Dominus de Bautersheim fuit, sed nepos Henricus hoc vendidit, alter Joannes Dominus de Witthem pater fuit *Ioannis*, cujus filius *Fridericus* Witthemium vendidit 1466. Dieterico de Pallant, & *Henricus* Dn. de *Berfele*, cujus nepos *Henricus* emtione recuperavit *Bautersheimium*, & eques Aurei velleris creatus, & 1513. mortuus est: ejus abnepos *Ioannes de VVitthem*, *Dn. de Bautersheim*, ab uxore *Maria Merodia*, cujus mater ex altero ramo nothorum Brabantinorum, marchionatum *Bergensem ad Somam* nactus est: quod mox videbimus. Nam alter ramus, cui cognomentum *de Glimes*, ortus est, à *Ioanne* filio naturali Joannis III. qui 1428. decessit, & tres in lineas *Marchionum Bergarum ad Zomam*, & *dominorum* atq; *comitum Grimbergiorum* ac dominorum *de Tourines*, *Boulers*, *Limelette* & *Louvrange* successu temporis distinctus est. Prima quidem incipit à *Joanne Labeone*, *Joannis* illius nothi nepote ex filio *Ioanne*, qui ante patrē mortuus erat 1427. Huic vero *Bergæ* obtigerant à matre *Ioanna* f. *Henrici VVitthemii Bautersheimii*. Hujus filius *Ioannes* primus *Comes* Bergarum fuit 1532. extinctus, (ex cujus fratre *Cornelio* Domini de *Sevenbergen* orti) nepos *Antonius* Marchio, *Ioannis* 2. pater, qui in Hispania mortuus

mortuus 1567. lineam terminavit, herede sorore *Mencia*, quæ Joanni Merodio nupta mater fuit *Margaretæ*, quæ Joanni Witthemio Boutersheimio ex altero ramo, quod modo diximus, nupta, genuit *Mariam Menciam* & *Margaretam Menciam*, Hermanni & Henrici C. Montanorum s. Bergensium uxores, ad quos hereditas Bergarum. Alter *Grimbergensium* ramus cæpit in Joannis Labeonis fratre *Philippo Dn. Grimbergæ*. Cujus atnepos *Godfredus*, qui patruum *Guilelmum* habuit Antverpiensem & Cameracensem Episcopum, defunctum 1609. & 1625. à Philippo IV. Grimbergæ comes creatus, 1635. decessit: pater ex *Honoria Margareta Hornana*, præter *Honoratam* uxorem Alberti Maximiliani Hennini C. Bossuvii & dein Henrici Lotharingi D. Guisii, 7. filiorum, qui continuo ordine nati sunt, ex quibus primus *Eugenius* Comes mortuus est 1670. tertius *Alphonsus* Archiepiscopus est Mechliniensis. Tertia linea à Joannis nothi filio altero *Balduino de Glimes* 1457. defuncto orta, aliquoties iterum novas ex se dedit, & nunc etiam cum priori supersest.

II. HASSIACUS. vid. p. 650.

Hujus sator est *Henrici* 2. supra memorati *Ducis Brabantini* filius HENRICUS cognomento *puer* 1245. natus. Mater ejus *Sophia Ludo-*

Ludovico Landgravio Thuringiæ & Elisabetha Vngarica Andreæ regis filia (quæ 1231. extincta, & dein à Pontifice *sanctis* ascripta) nata fuerat. Ludovicus autē ad *Ludovicum barbatum, Caroli D. Lotharingiæ*, qui à regno Galliæ per *Hugonem Capetum* exclusus, filium, à *Conrado Imperatore* 1039. donatum aliqua *Thuringiæ* parte, cui etiam à Bardone Archiepiscopo Moguntino quædam feuda, & ab uxore *Cæcilia C. de Sangerhausen* agri in Thuringia quamplurimi accessere, genus referebat. [a] Ejus enim Ludovici 1056. extincti filius *Ludovicus Saltator*, [b] Wartbergæ, Neunbergæ & Friburgi ad Unstrutam conditor extinctus 1123. nepos *Adelheide* Udonis M. Stadensis & Brandenburgii filia natus *Ludovicus*, Imperatoris *Lotharii* ex Hedvige gener, à socero *Landgravius* 1130. constitutus, 1149. mortuus, pronepos *Ludovicus ferreus* [c] fuerat. Filius ferrei (qui 1168. decessit) ex *Thuringiæ Landgravii.*

Iuditha

a Carolo illi Lotharingiæ duci præter Ottonem ducem ex alia matre Agnete Veromandua duos filios Ludovicum & Carolum superfuisse, & illum Thuringicorum satorem fuisse, contra Chiffletium adversarium, Carolinos in Ottone, ut causæ serviret, extinctos asserentem, sufficienter demonstrat Blondellus Plen. Assert. Gen. Franc. T. 2. p. 33. seq.

b Ita dictus quod saltu præcipiti ex arce Gibichenstein ubi captivus detinebatur in Salam desiliens fuga evaserit.

c Eo quod irritatis nobilium animis inermis non prodire ausus, loricam ferream semper indui solitus sit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [691] - 655
PUBLIC DOMAIN

Iuditha Conradi 3. Imperatoris filia Hermannus, etiam ob primam uxorem *Sophiam* f. *Friderici ultimi Palatini Saxoniæ Comitatu Palatino Saxoniæ* ab Imperatore *Friderico* auctus est 1182. & præter alios ex illa Palatina *Ludovici*, 1227. Hydrunti mortui (quo *Sophia* nostra nata) ex secunda conjuge *Sophia* f. *Ottonis ex VVittelspachiis D. Bavariæ* Henrici (qui *Raspo* dictus adversus Imperatorem *Fridericum II.* Papæ favore imperium arripuit,) iterumque ex priori conjuge *Iuthæ* uxoris Theodorici *Misnici* fuit pater. Vivis excessit 1215. Cum vero Henricus ille Raspo 1247. vel 1246. in obsidione *Ulmæ* cecidisset, inter *Sophiam* fratris filiam & *Henricum illustrem Misniæ M.* qui *Iutha* & Theodorico editus, orta est de successione controversia. Henricus matris jure & à *Friderico II. Imperatore* accepta expectativa nitebatur, à *Thuringiorum* parte etiam vocatus. *Sophia* patris jura post patruum in se recidisse causabatur; & filium Henricum trimulum 1248. ab *Hassis* & *aliquibus Thuringis* vocata, in provinciam adduxit, sacramento ordines in fidem suam adstringens. Lis initio dilata, donec imperio caput foret redditum. Cum mora visa esset longior, nec alia supereſſent media, circa 1255. ad arma deventum, quæ novennium gesta, initio potiore fere Hassorum & Brunsuicensium fortuna, donec 1263. *Albertus Dux Brunsuicensis* cum *Henrico princ. Anhaltino*, *Henrico Com. Suerinensi*

Sverinensi & *Ioanne Com. Eberſteinio* ex Sophiæ partibus, à *Rudolpho de Vargila* pincerna *Thuringo* caperetur. Ille pro lytro 8000. marcas argenti, Landgravia autem 8. civitates & arces ad Werram (in quibus *Eſchvvegen*, *Allendorf*, *Sontra*) dare coacti. Tandem res ita compoſita, ut Sophia receptis opidis, & 7000. marcis argenti ex lytro *Brunſuicenſi*, contenta *Haſſiâ*, renunciaret *Thuringiæ*. Ita hæc in *Miſniorum* poteſtate manſit, ſed inita eſt inter utramque domum [a] *confraternitas*, (vel iſto tempore tantum pactum defenſionis mutuum) quam Imperatores *Rudolfus* & dein *Sigismundus* confirmavere. Poſt matrem ipſe HENRICUS provinciæ præfuit. Hunc *Paderbornenſes*, dein *VVernerus Archiepiſcopus Moguntinus* fulmine excommunicatorio hoſtem terrere volens, tum *nobiles rebelles* vexavere, ſed omnes ſuo malo: *illi* cum damno 1270. ad Carlskirchen rejecti, *iſte* 1277. captus, & ad conditiones, quas Henricus voluit, coactus, *hi* ſevere caſtigati. Caſſellanam condidit arcem: Beilſtein à Joanne Comite emit, 1290. Eſchvvegam Imperio feudum obtulit & recepit: arces prædatorias in Haſſia diruit. Tandem à proprio filio *Henrico*, cui primogenito *diviſionem* cum *fratribus* perſuadere volebat, pater infeſtatus eſt: jamque ſubditi in partes filii conceſſerant. Sed Cæſaris

Sophia Landgr Thuring.

Henricus puer Landgr Haſſ.

[a] Conf. Limn. Jur. publ. 4. 8. 25. 161. & addit. Ut & T. IV. ad 3. 7. p. 349.

Adolfi auxilio ſervatus ille, & cum filium immorigerum, qui etiam patre invito conjugem duxerat, ante ſe extinctum vidiſſet, mortuus eſt 1308. Uxores tres ordine habuit *Adelheidem, Ottonis D. Brunſuicenſis filiam*, *Mechtildem, Theodorico C. Clivio natam*, & *Annam, Ludovici Severi C. Palat. filiam.* Ex his tertia improlis fuit, prima *Henrici* & *Ottonis* mater, ſecunda genuit *Ioannem* & *Ludovicum*, atque filias *Eliſabetham*, Joannis C. Saynenſis & poſt eum Gerhardi C. Epſteinii, *Mechtildem* Godofredi C. Ziegenhainii, *Adelheidem* Bertoldi primi principis Hennebergii, *Agnetem* Joannis Burggravii Norimbergii, *Sophiam*, Ottonis Com. Waldeccii, *Annam*, ... Domini Ochſenſteinii, & N... C. Goritiæ conjuges. Superſtites filii ita inter ſe partiti ſunt hereditatem, ut

Otto. Ioannes Ludovicus Ep. Monaſter.

OTTO principatum *ad Lanum*, JOANNES (qui 1311. vita exceſſit) *Caſſellas*, LUDOVICUS Epiſcopus *Monaſterienſis* ſuæ ſuſtentationi *Marpurgum* haberet. (Hic 1320. ſ. 1329. vivis exceſſit) Sed ſucceſſit reliquis Otto, qui 1311. facta conſtitutione jus *primogenituræ*, & ut primo tantum *imperantis Domini* titulus [a] daretur, introduxit, ac ipſe quoque ob Joannis fratris ſucceſſionem à *Moguntino* excommunicatus, atque bello petitus eſt, ſed hoſtem ad conditiones adegit. Uxorem habuit *Adelheidem*

[a] Landgraf und gnädiger Herr / reliqui vocitandi, Landgraffen und gnädige Junckern.

dem C. Ravensburgiam, matrem 4. filiorum & duarum filiarum, ex quibus *Anna* Alberto D. Saxoniæ inferioris, & *Elisabetha* Rudolpho item D. Saxoniæ inferioris nupsere. (Addunt aliqui tertiam *Agnetem* Gerlaci C. Nassoviæ conthoralem.) Post mortem ejus 1326. HENRICUS *ferreus* [a] seu *Magnanimus* fratribus [b] LUDOVICO [c] non nisi *Grebenstein*, & HERMANNO *Nordeck* seu *Homberg*, & 600. marcas argenti concessit (Otto archiepiscopus *Magdeburgi* fuit & 1361. obiit.) ipse solus paterni principatus successor. Cæterum à factione, quæ à *stella* nomen habuit (Sterner) maxime exagitatus, ad summam ætatem [d] pervenit, & quos ex *Elisabetha* f. *Friderici admorsi M. Misniæ*, quam 1340. dimisit, s. ea ob leviri invidiam secessit, præter filias *Iuditham* Ottoni D. Brunsuicensi, *Elisabetham* Ottoni D. Saxoniæ inferioris, *Adelheidem* Casimiro R. Poloniæ (qui eam iterum repudiavit, unde 1356. mortua est) nuptas, filios *Henricum*, *Mechtildis Theodorici C. Cliviæ filiæ* maritum, atque *Ottonem*

Henricus ferreus. *Hermannus Ludovicus.* *Otto archiep. Magdeburg.*

a De eo rhythmi:

Hütt dich für dem Landgrafen zu Hessen/
Wiltu anders nicht werden aufgefressen.

b Aliter ex Munstero Limn. Jur. publ. T. 1. L. 4, 8, p. 125. uti & *Reusnerus*, quod inter duos fratres Ludovicum & Henricum, uter imperaret, res sorti per electionem virginis fuerit commissa.

c Dictus der Juncker von Hessen.

d 104. annos attigisse dicitur. Quod non videtur chronologiæ convenire.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [695] - 659
PUBLIC DOMAIN

tonem, qui in fuga inter *ſagittarios* in aula *Theodorici IX.* (al. Adolphi) comitis *Clivenſis* vixit, & hinc nomen tulit, dein ejus comitis ex filia *Eliſabetha* factus eſt gener, turbato ordine ante ſe efferri conſpicatus, 1376. mortuus heredem, primo quidem generum Brunſuicenſem ducem voluerat, ſed ab eo offenſus mutata voluntate reliquit ex fratre Ludovico, qui licet promiſſo cælibatu *Margaretam* (vel *Eliſabetham*) comitiſſam *Spanheimiam* duxerat, nepotem HERMANNUM, ob egeſtatem prius à parentibus ſacris deſtinatum, Pragæ & Pariſiis literis excultum, & jam canonicum *Magdeburgenſem*. Huic vero dux *Brunſuicenſis* ob ſucceſſionem adhuc vivo Ottone controverſiam movit, & cum factione *ſtellæ* [a] non exiguos excivit tumultus. Sed auxilio *Baltaſaris M. Miſnenſis* & *Landgravii Thuringiæ* tandem hoſtiles conatus retudit. Dein etiam eundem *Baltaſarem* cum *Archiepiſcopo Moguntino* 1386. adverſum ſibi experiri coactus eſt. Cum *Miſnenſibus* pactum hereditarium renovavit, & tum ſuos illis, tum Thuringiam ſibi ſacramento obſtringi fecit, quod à Carolo IV. confirmatum 1375. Fratri autem *Ottoni* itidem tantum *Grebenſtein* & *Nordeck* conceſſit. Morienti 1413. patri principi doctiſſimo filius ex ſecunda conjuge (prior enim *Joanna* f. *Joannis C. Naſſoviæ Sarapontani*, ſine liberis deceſſerat)

Hermannus

Margare-

[a] Die Sterner.

Margareta f. *Friderici Burggravii Norimbergici*, quæ 1406. vel 1409. deceſſit, (mater etiam *Margaretæ*, & *Agnetis*, quarum illa Henrico, hæc Ottoni ducibus Brunſuicenſibus nupſere) LUDOVICUS cognomento *mitis* ſeu *pacificus*, natus 1402. decennis ſucceſſit, ſed literarum legendarum ſcribendarumve omnino rudis, cum ſub tutela nobilitatis adoleverit. *Ludovicus.* Cæterum princeps non exiguæ autoritatis in imperio, *Cæſaream* dignitatem 1440. poſt *Albertum II.* delatam accipere recuſavit. *Pleſſam* ob contumaciam dynaſtæ 1414 occupavit. Titulum *Comitatus Ziegenhainæ & Niddæ*, ultimo comitum *Ioanne* 1453. [a] extincto, aſſumſit, & poſſeſſionem adiit, licet contradicentibus *Hohenloicis*. Controverſia demum nepotum tempore *VVormatiæ* expedita. Comitatus Waldecciæ, Lippiæ & Rietbergiæ ei feudo 1446. oblati. Cum ultimus Brabantinus dux mortuus eſſet, ſucceſſionem prætendit, & à ſtatibus vocatus Aquisgranum jam perrexerat, verum non ſine gravi & cruento bello ditionibus potiri videns, hereditate ea carere, quam ſanguinem fundere maluerat, ſibi & filio quas regerent terrarum ſatis eſſe dictitans. [b] 1457. acceſſit Haſſia fœderi hereditario Saxo-Brandeburgico

a Aliqui dicunt, jam 1445. comitatum Ludovico venditum, retento ſolum uſufructu.

b Imagini ejus adſcriptum hoc in Palatii Haſſiaci aula Auguſta dicta der Rotenſtein.

burgico [a]. Mortalitatem exuit 1458. Filii ejus ex *Anna Saxonica* f. *Friderici I. Electoris* 1450. extincta (quæ etiam mater fuit *Elisabethæ*, Joanni C. Nassovio in Weilburg nuptæ) LUDOVICUS *pius* vel εὐθυμος. (der Freymüthige) dictus, natus 1438. *Cassellas*, HENRICUS natus 1480. [b] *Marpurgum* tenuit: illum enim hic instigantibus reliquis fratribus, *Friderico*, qui juvenis 1464. mortuus, & *Hermanno*, ad divisionem adegit, quæ res bellorum causa. Demum 1467. principatum ad Lanum *Henrico* cessit. HERMANNUM præfatum frater Ludovicus primo ad *Hildesheimium episcopatum* frustra conatus erat promovere, sed 1474. in *archiepiscopatu Colonienſi* conciliando opera felicius successit: cumque pro *Ruperto Palatino* adversario arma gereret *Carolus D. Burgundiæ*, & *Hermannum* obsideret *Novesii*, hic jam cum extrema fame colluctans fratris auxilio & superveniente imperiali exercitu servatus est, & Paderbornensem quoque 1489. Episcopatum nactus. Demum 1508. mortuus est. HENRICO 1479. socero *Philippo* Comite *Catimelibocensi* & *Diezio*, cujus filiam *Annam* duxerat, mortuo, illa delata est successio, [c] quam etiam moriens 1483. cum alius filius *Ludovi-*

Ludovicus. Henricus.

Hermannus archiep Colon.

a Limn. Jur. publ. T. IV. addit. ad 4, 8. p. 606.

b De frugalitate ejus & prisci moris testimonium dat, quod chronica de eo referunt, Wüllen-Tuch und zwey Hanenfedern seine beste Tracht.

c Limn. Jur. publ. 4, 8, 176.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [698] - 662
PUBLIC DOMAIN

Ludovicus 1479. ætatis 18. anno extinctus esset,[a] filio WILHELMO *juniori* vel *diviti* nato 1471. transmisit. Hic sub patrui *archiepiscopi* tutela adolevit, & *Eppsteinii* dominii partem emit, sed ἄπαις ex *Elisabetha Palatina* f. *Philippi Elect.* equi casu in venatione (cui æque ut pater nimium indulsit) 1500. extinctus est. Cum sorores haberet *Mechtildem* 1491. *Ioanni D. Cliviæ*, & *Elisabetham Ioanni C. Nassovio Dillenburgio* nuptas, hæ *Catimelibocensem* sibi deberi comitatum asserebant: sed successionem solus sibi vindicavit *VVilhelmus* medius, quod 1487. conventu *Erfordiano* ille *junior*, sororibus non nisi dotem 100000. aureorum pactus, cæteram successionē patrueli pollicitus sit. Controversia ex eo à *Nassoviis*, quibus *Clivii* jus suum vendidere, diu continuata: in Wilhelmo autem *Marpurgensis* linea terminata est. In *Cassellana* Ludovicus Henrici frater, cui adversus Episcopum Paderbonensem 1469. bellum fuit, 1471. extinctus ex *Mechtilde VVirtenbergica*, *Eberhardi I. Ducis* sorore, 1451. ducta, 1495. mortua WILHELMOS duos, qui *senioris* & *medii* gessere cognomina, sub tutela fratris reliquit, quam hic non ex bona fide administrasse dicitur. *VVilhelmus* senior natus 1466. in *Palæstinam* profectus, & in reditu à Pontif.

Wilhelmus junior.

Wilhelmus senior.

a Er soll von hartem zuschnüren / wie damahl gebräuchlich / erstickt seyn.

Innocentio Romæ honeſte habitus eſt. [a] Cum vero in Italia datum eſſet φίλτρον, quo animi vires debilitatæ, regimen, cui ineptus jam erat, fratri *VVilhelmo medio* 1493. *Spangenberga* & 1200. aureis annuis retentis, cedere coactus eſt. Sed hoc mortuo *ſenioris* conjux *Anna* f. *VVilhelmi Ducis Brunſuicenſis* pro marito ſperabat regimen obtinere poſſe, jamque ab *Homburgo* & *Treiſa* deceptis ſacramentum impetraverat. Sed vis oppoſita conatus vanos reddidit, ut *VVormatiam*, demum 1512. *Coloniam* confugere cogeretur *VVilhelmus*. Cæſar vero ex imperii ſententia ditiones cum Philippo adjudicaſſet, hoc tantum injunxit, ut patruum in aulam receptum pro dignitate aleret. Idem 1515. non niſi filiabus relictis (ex quibus *Eliſabetha* 1525. Ludovico C. Palat. Bipontino, & demum Georgio Com. Palatino Simmerenſi nupta, ac 1563. extincta, *Mechtildis* Conradi C. Tecklenburgii uxor, 1558. obiit, *Catharina* Adamum C. Beichlingenſem maritum habuit) vita exceſſit. Cæterum frater ejus WILHELMUS *medius* nat. 1468. in aula *VVirtenbergica* apud avunculum educatus, inde autoribus matre & fratre ad patruum *Archiepiſcopum* miſſus erat, ut ſacris initiaretur. Non placuit conditio: unde redux provinciam dividi petit, ejusque à *Maximiliano R. Romanorum*, cui in *Flandria* adfuerat

Wilhelmus medius.

[a] Conf. Marviſ. patric. Rom. carmen in eum apud Dilich.

fuerat, & *eques* creatus est, mandatum 1485. fratri adfert. Sed ad tempus res composita, & Wilhelmo Reinfelsa cum Goari fano commissa. Iterum cum mille militibus in Ungariam profectus 1490. in *Albæ Regalis* expugnatione ejusdem *Maximiliani* auspiciis fortissimè se gessit, ex primis in hostilia mænia insiliens, & tandem 1493. traditum à fratre regimen accepit, atque *VVormatiæ* biennio post ab Imperatore investitus est : Accessit dein patruelis *VVilhelmi junioris* hereditas, ex pacto ut unus iterum totam obtineret Hassiam. 1497. ei adversus *Ericum Brunsuicensem* bellum fuit. Tum *Palatinis* (quibus pridem offensus, quod ab electore, qui plura filiæ suæ, viduæ Wilhelmi junioris, nomine dotalitio postulabat, contumeliosa verba neganti renunciata fuissent) proscriptis in bello *Bavarico* multa damna [a] dedit, plurimis occupatis, ex quibus *Bickebach* & *Umbstatt* (de quo dein transactio facta) retinuit. Demum 1509. mortuus est *VVilhelmus*, relictis ex secunda conjuge (prior enim 1496. ducta *Iolanda Lotharingia* f. *Friderici C. Valdemontii* 1500. decendio post unicum filiolum Wilhelmum decesserat) *Anna Megapolitana*, *Magni Ducis* filia 1500. ducta, filia *Elisabetha* Joannis D. Saxoniæ conjuge, & filio PHILIPPO cognomento *Magnanimo*, qui *Philippus.*

a Der Hessen Brandstich klagts Rheinland billich.

qui 1504. natus erat, haud procul à caſtris parentis Caubam Palatinatus opidum obſidentis, unde militaris vitæ omen tulit.[a] Cæterum ei teſtamento datos *tutores* admittere nobilitas renuit, & alios conſtituit *regentes*, unde orti motus. Acceſſere turbæ à patrui uxore excitatæ. Sed 1516. matri tutela conceſſa, prioribus regentibus amotis, quod ipſum non ſine motu factum. Biennio poſt ab Imperatore Philippus ad regimen ditionum ſuarum admiſſus, ſed mox à *Franciſco Sickingenſi* infeſtatus eſt. Cum transactum eſſet, Cæſar iniquiores conditiones ſua autoritate reſcidit: hoc vero mortuo, tempore interregni, Sickingenſis Landgravium ut pactis ſtaret cogere voluit, ſed non illo quem ſperaverat eventu. Eo bello *Cronberga* capta, & pars ejus ab una linea emta. Retinuit eam Landgravius 20. annis, donec ipſi in civitate & arce Cronbergia perpetuum aperturæ jus & alia concederentur. His conditionibus 1541. reſtituit. Luthero ex Wormatienſibus comitiis redeunti literas ſalvi conductus dedit.[b] In tumultibus ruſticis, 1525. cum ſui quieſcerent, Philippus proximos *Buchovios* compreſſit, tum ad *Franckenhuſam* cladi *Munzeri* interfuit, ſuos ad fortitudinem maſcula oratione cohortatus. 1526. Cum Fuldenſi Abbate armis actum, ſed cito res compoſita.

a Thuan. L. 41. p. 544.
b Luth. T. I. Altenb. f. 735. b.

posita. Eodem conventu provinciali *Homburgum* indicto omnem eò clerum evocavit, & per Cancellarium diffidia in religione jussit proponi, tum per *Franciscum Lambertum Avenionensem* contra aliquem *Franciscanum* & *Johan. Sperberum* 23. propositiones disputando defendi. [a] Ita effectum, ut *Pontificia* abolita *Evangelica religio* assumeretur, annoque sequenti *monasteria* in *scholas* & *xenodochia* commutarentur. Dedit res ea academiæ *Marpurgensi* primordia, cujus tamen privilegia serius 1541. promulgata. Paulo post Philippus & *elector Saxoniæ* ab *Ottone Paccio* de fœdere, quod *Ferdinandus Austrius*, *Brandeburgius*, *Bavari*, *Georgius Saxo* & *episcopi* Evangelio opprimendo pepigissent, moniti, in sui defensionem copias scribunt, & instituti rationibus publice vulgatis, adversus episcopos movent. Non prius miles dimissus, quam interventu *Palatini* & *Trevirensis*, episcopi 100000. aureorum dependissent. Hinc *Cassellis* instituto conventu, Paccius falsi convictus, à Philippo dimissus, & cum aliquandiu oberrasset, demum Coloniæ 1536. securi percussus, *Svevici* autem fœderis principes placati sunt. [b] 1529. auspiciis Landgravii *Colloquium Marpurgi* inter *B. Lutherum*, *Melanchtonem*, *Zvvinglium*, *Oecolampadium* habitum.

Reformatio.

a Vide rescriptum apud Hortled. 1, 5, 2. p. 1959.

b Sleid. L. 6. p. 164. 175.

habitum.[a] Alibi *Spiræ* in comitiis ipſe cum reliquis principibus adverſus decretum *Proteſtatus* eſt: unde parti nomen. *Auguſtana Confeſſio.* [b] 1530. *Auguſtanam Confeſſionem* cum ſociis Imperatori [c] obtulit, & inter *Smalcaldici* fœderis primos autores fuit, [d] peculiari autem fœdere Cæſaris territus minis ſibi *Tigurinos*, *Baſileenſes*, *Argentoratenſes* ob mutua auxilia, ſi religionis cauſa vis fieret, adjunxit. Sed cum prioribus non ultra annum fœdus duravit. Quamvis autem 1532. *Norimbergæ* aliquæ Evangelicis concederentur inducíæ, noluit acceptare Landgravius, jam conſilium *Ulrici D. Wirtenbergici* reſtituendi animo agitans. Ob hoc *ſeq. anno* ad *R. Franciæ* profectus *Montempelicardi* ei nomine Ulrici oppignerat, pecuniæ conficiendæ, & 1534. profligato ad Laufenam *Auſtriaco* præfecto Philippo Palatino, ducatum *Ulrico* reſtituit. [e] Inde *Cadami* in Bohemia res compoſita. Ex hoc in *Monaſterienſi* tumultu ſedando occupatus fuit, & urbem cum Epiſcopo imperii nomine oppugnavit: *Anabaptiſtæ* autem duobus ad ipſum ſcriptis libris cauſam ſuam defenderunt. 1537. *Smalcal-*

a Conf. Luth. T. 4. Altenb. f. 560. T. 5. f. 22. a. Id à calumniis adverſariorum vindicat Dannh. Reform. Salve. p. 144. 146. 150.

b Miniſtri ejus in veſtibus geſſere literas V. D. M. I. Æ. qui mos 18. annis duravit.

c Conf. Luth. T. 5. Altenb. f. 525. a.

d Sleid. L. 7. p. 204.

e Sleidan. L. 9. p. 237. 242.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [704] - 668
PUBLIC DOMAIN

Smalcaldico interfuit conventui, cumque ibi aliquando legatus Pontificius Episcopus Aquensis ejus colloquium expetivisset, vacare sibi negavit: eodem tamen fere momento invisit Lutherum, ut è diversorio suo videre legatus posset.[a] Cum 1538.[b] *Stephanum Fabrum* scribam *Henrici Brunsuicensis*, ob responsa ambigua intercepisset, ex literis quas secum ille habuerat, de consiliis fœderatorum adversus se redditus est certior, sed ex eo *invectivis* inter principes data occasio, quæ per aliquot annos plures ultro citroque editæ, in arma tandem desierunt. Nam 1542. Henricum, cum urbem *Brunsuigam* vexare non cessaret, cum Saxone Philippus ditione universa ejecit, eundemque 1545. sua recuperare conatum cum filio ad deditionem coegit, & *Ziegenhainæ* in custodiam dedit.[c] *Anno seq.* cum fama de Cæsaris armis percrebuisset, ipse & Saxo copias scribunt, fœderatos hortantur, & literis ad Cæsarē scriptis, contra quos vis paretur, interrogant: inde cum publico scripto justitiam belli demonstrassent, & obviam profecti essent, ab Imperatore, cui ipsi viciſſim missis literis, quas Cæsar accipere noluit, indixere bellum,[d] proscribuntur. Philippus *Ingolstadium* lustraturus, & Cæsaris

Bellum Smalcald.

a Conf. Luth. T. 8. Altenb. f. 462. b.
b Sleid. L. 12. pag. 340.
c Sleid. L. 11. p. 307.
d Sleidan. L. 17. pag. 525.

Cæsaris copias adventasse ignarus, in Hispanos illapsus, ægre ad suos se recepit, quod indigne Saxo tulit, temeritatem interpretatus, & si simile posthac designaret abitum minatus: idem Landgravii, cum, quia equitatu superabant, antequam reliquus exercitus adveniisset, castra Cæsarea nondum satis munita oppugnanda censuissent, consilium improbavit: qui error, quia deinceps perpetuo labore castra communita, & discordia Ducum, dein calamitatis causa fuisse credita. [a] Prope *Nerolingam* iterum Philippus fere in prælium descendisset cum hoste, tum prope *Guengam* cum *Sulmonensi* principe dimicatum. [b] In receptu verò in *Brentiana* valle universus exercitus non parum est periclitatus. Tandem Landgravius Mauritium generum literis ab armis dehortatus, [c] copiis Saxoni attributis ad sua revolat, quæ jam *Buranus* comes Cæsaris jussu, capto post strenuam defensionem (ob quam cives Francofurtum transferendos jocabatur) *Darmstadio*, vexabat. 1547. Ejus reconciliationem cum Imperatore plures diu frustra quæsivere: sed conditiones, quas accipere nequibat, propositæ. [d] Tandem interpositione *Mauritii Saxonis* & *Electoris Brandeburgii* formula aliqua obtenta, & licet in ea quædam amplius sibi petiisset declarari,

a Sleid. L. 18. p. 536.
b Thuan. L. 2. p. 109. 110. Sleid. L. 18. p. 550.
c Sleid. L. 18. p. 551.
d Sleid. L. 19. p. 571.

rari, nihilominus fide à mediatoribus, qui ipsi Naumburgum usque obviam processerant, accepta, *Halam* ad *Carolum* Landgravius venit, atque conditionibus, (in quibus jam Cæsari *interpretatio* servabatur, & quædam concilium concernentia inserebantur) subscriptione approbatis, per Cancellarium *Gunterodum* supplex publice deprecatus, [a] eadem vero die præter omnium expectationem ab *Albano* mandato Cæsaris, instinctu *Granvellani*, qui dolo vocum einig & ewig [b] permutatarum illuserat, in custodiam datus, inde quamvis conditionibus ocyssime impletis, in Cæsaris comitatu circumductus, tandemque in Belgio *Aldenardæ* inclusus est: multum indignantibus *Saxone* & *Brandenburgio*, fidem, quam Philippo & liberis obligaverant, & ita existimationem suam, nullo haberi loco. Interim captivus ab Hispanis custodibus, seu quod ferocius se gereret, seu quod superbæ genti victis insultare solenne est, præsertim cum semel 1550. fugam tentasset, durius habebatur: [c] contra eundem multi, *Brunsuicensis*, *Moguntinus*, *M. Prussiæ*, *Nassovius*, *Solmensis*, superioris temporis causa lites intendebant, filii autem à mediatoribus patrem repetebant:

Captivitas.

a Sleid. L. 19. p. 580. 581. 583. Thuan. L. 4. p. 192. 195.

b Non parvo stetit sua generosa credulitas Philippo Hassiæ Landgravio, qui ad infames insulas Einig & Ewig naufragium fecit. Dom. Baud. de induc. Belg. c. 1. p. 113.

c Sleid. L. 21. p. 647. Thuan. L. 4. p. 202.

tebant: Demum 1551. habito *Fridevvaldæ* conventu inter filios, *Mauritium*, *Albertum Brandeburgium* & *regem Galliæ*, cujus legatus aderat *Joannes Fraxineus* Episcopus Bajonensis, ictum *fœdus* de liberando captivo, & ob hoc *anno seq.* expeditione suscepta Carolus *Oeniponte* fugere coactus. Hinc *Passavii* transactum, & salvis prioribus conditionibus libertas Philippo promissa; Dimissum in itinere *Mosæ Trajecti* iterum stitit *Maria regina Ungariæ*, sed brevis mora, cum *Mauritius* minas repeteret. Ita ad suos reductus, post 5. annorum captivitatem, quam impatientius tulisse visus est, ut in *Interimisticam* formulam etiam tædio consensisse feratur.[a] Eadem *Passavienſi* transactione, sententiæ, quæ 1548. in causa *Catimelibocensi*[b] pro *Nassoviis* promulgata fuerat, recognitio concessa est, demum 1557. per delegatos judices pronunciatum, ut *titulis* communibus manentibus, *Hassus* 450000. aureorũ *Nassovio* solvat, & quartam *Diezii* comitatus partem reddat. In casum si *Hassorum* mascula progenies deficeret, superior vel inferior *Catimelibocensis* ditionis pars iisdem Nassoviis, vel ejus loco 300000. aurei destinati. Ex eo domi depositis bellicis consiliis (nisi quod 1561. *Condæo*

Liberatio.

a Durante captivitate in formulam interimisticam consensisse dicitur, & ejus literæ circumferuntur, de quibus Sleidanus dubitat, sed impatientia carceris extortas credit Thuan. L. 4. p. 230.

b Thuan. L. 5. p. 236. 8. p. 368. 16. p. 764. 19. p. 863.

Condæo in Galliam *Fridericum Rolshauſium* mareſcallum auxilio miſit, quod ingens illi ad victoriam momentum) vulneribus Martis curandis, & locis aliquibus, inprimis *Caſſellis, Gieſſæ, Ziegenheinæ, Ruſſelsheimio* communiendis operam navavit, ac ad ultimum naturæ debitum ſolvit 1567. *vir celſi & ingentis animi, qui cum prudentia & conſilio multum valeret, plus tamen pugnacitati & fortunæ tribuiſſe viſus eſt.* conf. Thuan. L. 2. p. 109. 110. L. 4. p. 192. 195. 230. L. 19. p. 863. L. 41. p. 544. [a] Ex *Margareta à Sala* [b] ſuſcepit, præter *Margaretam Comiti Eberſteinio Johanni Bernardo* nuptam, plures filios, qui *comites Diezii* dicti, ſed omnes cælibes manſere. Verum ex *Chriſtina Saxonica*

a Ejus illud elogion legitur in Mauſoleo Mauritiano:

Hic ſita *Magnanimi* ſunt Principis oſſa *Philippi*,
Quem penes Haſſiaci ſceptra leonis erant.
Hoc duce falſa ruunt pulſis idola tenebris,
Synceræque redit Religionis honor.
Pauperibus largitus opes, & præmia Muſis,
Dat patrio ritus & pia jura ſolo.
Munit & immenſis vallatas molibus urbes,
Altaque candenti marmore tecta locat.
Ejus at ingentes animos ſenosque triumphos
Nobilis æterna gloria laude canit.
Tandem dum coluit pacatis ocia rebus,
Confectus placidâ ſidera morte ſubit.

b Dicta die lincke Landgräfin. Conf. Thuan. L. 41. p. 544. Luth. T. 8. Altenb. 976. b. T. 7. f. 465. a.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [709] - 673
PUBLIC DOMAIN

Georgii Ducis filia, juſta uxore, ducta 1523. (quæ 1549. mortua, mærore & curis) [a] præter filias plures, *Annam*, natam 1526. (al. 1529.) Wolfgango C. Palatino nuptam 1544. & 1591. extinctam, *Agnetem* editam 1527. (vel 1529.) Mauritio Electori, 1541. & dein 1555. Joanni Friderico Duci Saxoniæ ſociatam, eodemque mortuam, *Barbaram* 1536. genitam, Georgio Com. Wirtenbergio 1555. copulatam, & poſt hunc Danieli Com. Waldeccio, 1568. fatis raptam, *Eliſabetham* 1539. in lucem editam, Ludovico Electori Palatino conjunctam 1560. quem 1582. morte ſua reliquit viduum, *Chriſtinam*, cui 1543. natalis, 1604. emortualis fuit, cum 1564. Adolfo D. Holſatiæ data eſſet conjux, 4. filios reliquit WILHELMUM, LUDOVICUM, PHILIPPUM, GEORGIUM: & ita inter eos partitus eſt provinciam, ut primogenitus, qui tanto ſtudio parentis libertatem procuraverat, *ſemiſſem*, nempe totum *inferiorem principatum* & com. *Ziegenhainii* potiora, ſecundus principatum ad *Lanum* & Com. *Niddanum* (atque ita *quartam* partem) ex minoribus ille *inferiorem*, hic *ſuperiorem* partem *Catimelibocenſis* comitatus haberent. Ex his *Ludovicus*, nat. 1534. qui *Marpurgi* habitaverat, cumque 1604. decederet, *religioni* præprimis & Theologis teſtamento cavit, diras illi imprecatus qui id temeraſſet, & ut jus ſuum talis

Ludovicus.

a Thuan. L. 6. p. 273.

talis amitteret ſanciens, ac *Philippus* 1541. qui, olim 1551. obſes fœderis apud regem Franciæ, *Reinfelſam* incoluit, eamque excoluit, atque 1583. rebus humanis exceſſit, ſterilia conjugia contraxere; *Ille* cum *Hedvige* f. *Chriſtophori D. VVirtenbergiæ* 1563. & poſt hanc 1591. cum *Maria* f. *Joannis C. Mansfeldiæ*, (quæ vidua aliquanto durius habita, iterum Philippo Com. Mansfeldio nupſit) *hic* 1569. cum *Anna Eliſabetha* f. *Friderici III. Electoris Palatini*, quæ 1609. deceſſit. Reliqui duo linearum, quæ nunc quoque ſuperſunt, autores fuere. *Philippus.*

I. CASSELLANA LINEA.

WILHELMUS *a* natus 1533. princeps literis egregie cultus, mature ſingularis indolis *Wilhelmus.*

a De eo non nemo:

Alterum Haſſiæ
Sidus ſerenum, patriæ pater ſuæ;
Sapientiam quem propter admirabilem
Germania eſt mirata tota & exteri
Reges. De eodem *Ioh. Crocius* in orat. de vita & obitu Mauritii Landgravii p. 8.

In locum patris demortui divina manu evectus rempublicam ſacram, civilem & œconomicam, tam piè & juſtè, tam prudenter adminiſtravit, ut præclariſſima omnium virtutum trophæa ubique glorioſe erecta non ſolum totam Germaniam, ſed omnes univerſi orbis Chriſtiani partes in magnam ejus admirationem raperent. Vere erat Neſtor ſui temporis & alter Atlas. Neſtor quidem, quippe ad quem ab Imperatoribus Romanis,

radios *a* emisit; ante bellum *Smalcaldicum* autem *Argentinam* à patre sepositus, hac civitate cum Cæsare reconciliata, ad suos periculoso itinere reversus, & patre captivo administrationem orsus est. In implendis conditionibus, quæ patri præscriptæ, ut libertatem tanto citius reciperet, nullam fecit moram. Ut tamen *interimistica* formulam introduci pateretur, à Moguntino & Trevirensi Electoribus, qui instabant, adigi non potuit *b*: cum illud non proficeret, *Saxonem* & *Brandenburgicum*, qui fidem, quod parentem liberum sistere vellent, obstrinxerant, interpellare non desiit, donec fœdere ipsi cum & cum R. Galliæ facto expeditio adversus Carolum susceptа, cujus fructus

libertas

nis, Franciæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, Sveciæ, Scotiæ regibus & plerisque principibus imperii crebræ literæ veniebant & frequentes legati, quibus de gravissimis negotiis tam sapienter respondebat, ut qui semel eum audivissent, ipso consultore sæpius uterentur, omnes amarent & haberent in pretio. Atlas vero, tantam enim rerum mathematicarum scientiam & usum sibi comparaverat, ut non solum præstantissimis prisci seculi artificibus palmam ambiguam redderet, sed etiam suo tempore exercitatissimi homines huc profecti ab eo discere non erubescerent.

a Cum Dux Brunsuicensis Henricus 1545. captivus Cassellas deduceretur, aliis lætantibus solus illacrymabatur: interrogatus respondit, incidisse sibi Crœsi casum & Solonis inclamationem.

b Sleid. L. 21. p. 653.

libertas patris.[a] Post hunc *Cassellas* suas maxime munivit, & ut fuerat *architectonica* & *Matheseos* peritissimus, alia in ditione de novo extruxit, auxit, munivit, ornavit.[b] Dominium *Plesse* 1571. familia extincta, quædam etiam[c] ex *Hojensium* comitum successione, & demum 1583. dimidium urbis & præfecturæ *Smalcaldicæ* ex *Hennebergica* obtinuit, suisque adjecit. Magna præterea autoritate in imperio polluit, ut multas vicinorum controversias expediret. Regi Franciæ 1576. qua ratione ortas in regno ob religionem turbas sedaret, salutare consilium subministravit.[d] *Julii* Episcopi *Herbipolitani* zelum in persequendis nostris mitigavit. Quæ in causa *Calendarii Gregoriani* acta, vide Thuan. L. 76. pag. 784. 785. In *religione* olim ad *formulam interimisticam* se adigi non est passus. Sed qui antea *D. Iacobum Andreæ* ipse literis ad *Augustum Saxonem* commendaverat, ab aliis male persuasus Libro *Concordiæ* non parum se opposuit, & pulsos ob Crypto-Calvinismum è Saxonia doctores recepit. Decessit princeps 1592. ex *Sabina Wirtenbergica Christophori Ducis* filia, 1566. ducta, & 1581. mortua, quæ patriæ mater & pauperum nutrix dicta,

a Thuan. L. 6. p. 198. L. 8. p. 241.

b Arces Eschvvegam, Fridevvald, Homburg, Spangenberg, Wannfried, Zapfenburg, Rodenburg, Wilhelmsburg, Wilhelmsdorf.

c Der Auberg/ Vecht und Freudenberg.

d Thuan. L. 63. p. 270.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [713] - 677
PUBLIC DOMAIN

cta, relicto, præter filias *Annam Mariam* 1567. *Hedvvigem* 1569. *Chriſtinam* 1578. in lucem editas, quarum prima Ludovico C. Naſſovio Saræpontano 1589. ſecunda Erneſto Com. Schauenburgio 1597. tertia (docta ſed ſuperſtitioſiſſima Aſtrologiæ judiciariæ & Genethliacæ cultrix) Joanni Erneſto Sax. Duci 1598. elocatæ, hæc etiam 1658. mortua eſt: unico filio

Mauritius. MAURITIO, nato 1572. Hic acri ingenio præditus, cujus ſpecimina in prima pueritia enituere [a], *linguarum* [b] *Græcæ, Latinæ, Hiſpanicæ,*

a Nondum compleverat undecimum ætatis annum, cum Græcæ & Latinæ poeſeos ſpecimen Auguſto Electori Saxoniæ ſuſceptori ſuo tradidit.

b Adeo ut Gallicam, Hiſpanicam, Italicam alios docere potuerit. Eandem linguarum peritiam laudat, ſed more ſuo & in religionem propriam affectu in aliis principem graviter inſectatur Dan. Herem. It. Germ. 328. 329. Linguarum ſtudio impenſe tenetur, nam & Græce & Latine exacte, Hiſpanice, Gallice, Italiceque novit, & invidiam Mithridatis famæ facit. Augetur ea laus Philoſophiæ præterea & omnium bonarum artium abſolutiſſima cognitione, qua ille ad miraculum excellit. Uno præclariſſimam famam ſuam polluit, quod Theologiæ ſtudio ſ. verius illi fanaticæ ſuperſtitioni & hæreticæ pravitati nimis pertinaciter deditus odio Catholicorum & illi obſtinato affectui principalis quoque dignitatis gravitatem remittit. Ita ipſe etiam in conciliabulis & concionibus ſubinde declamat: quo odium adverſum Pontificem & omnes probæ fidei cultores, ſuis omnibus in univerſum ingeneret, eoque nomine inter ſuorum ſacrorum principes pro oraculo eſt. Offenſus dein illo etiam eſt, quod in ſalutem regum Galliæ & Britan-

nicæ, Italicæ & Gallicæ peritissimus, aliis etiam plerarumque bonarum artium *a* studiis excelluit. [b] Summo autem zelo *Reformatæ* addictus fuit sententiæ: & rem *Ecclesiasticam* plurimum juvisse, consistorii & synodorum ordinatione, à suis commendatur. Ei cum *Darmstattina* domo ob successionem patrui *Ludovici* controversia, & multi motus *Marpurgi*, cum religio mutaretur, & nostri *Theologi* ejicerentur, quibus testamento patruus, additis diris, sedulo caverat. [c] Cæterum qui 1599. *Hispanis* Germanico limite, quem non paucis injuriis affecerant, depellendis, una cum *Henrico Iulio Brunsuigio* præcipue consilia, conscriptis copiis (nec tamen ex voto res gesta) conjunxerat: postea 1603. primo fœderi, quo unioni præludebatur,

Britanniæ, ac exitium Hispani biberit. De corporis habitu ita: Est satis decoro & procero corpore, majestatem incessu, aspectu, sermone refert; nisi quod vultus dignitatem dentium exporrectiorum prominentia, sermonis elegantiam insectandi mordax studium contaminat. p. 331.

a Inprimis Matheseos, Astronomiæ, Geographiæ, Musicæ.

b Poeta præclarus psalterium carmine reddidit. Quam operam 1589. 1. Septemb. ceptam. 1590. 25. Maji absolvit. Missum opus ad Rudolphum II. Imperatorem, qui de profectibus gratulatus honorifice respondit, suaque manu gratias egit. Alia ejus variaſ carmina in Mausoleo Mauritiano 1638. edito concionibus funebribus ejus memoriæ habitis præmissa sunt.

c Limn. Jur. Publ. T. I. 5, 8, 4. Thuan. L. 133. pagin. 1063.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [715] - 679
PUBLIC DOMAIN

tur (missus etiam ad Galliæ regem, cui patrocinium Germaniæ principum deferret, *a*) tum ipsi *unioni* nomen dedit. Sed postea inter primos iterum cum *Spinola* pactus est. Ex eo nova cum Ludovico patrueli expostulatio, cum in *Christ. Brunsuicensis* irruptione circuli, cujus dux erat, defensioni non debito studio prospexisse, sed hosti favisse argueretur, ipse vero ab objectis se purgare conaretur. [b] Quæ domui veteres fuerant controversiæ cum *Moguntinis*, *Paderbornensibus* & *Fuldensibus* transactione omnino sustulit. Quæ vero cum *Brunsuicensibus* erant, non quidem omnino sustulit, imminuit tamen, & amicitiam ipsi scum coluit. 1622. in causa *VValdeccia* ob civitatem *Corbacum* adversus Mauritium pronunciatum à Cæsare [c], & *seq.* in causa *Marpurgensi*, ita ut, qui testamentum patrui in multis violaverit, ad restitutionem non ditionis tantum sed & fructuum damnaretur. [d] 1623. *Tillius* in Hassia hyberna sumsit, invito quidem principe, sed ordines quod integrum non esset obniti, indulgebant. 1626. iterum Tillius misso in Hassiam *Gronsfeldio* jubet Mauritium, hostilium partium fautorem, *Cassellis* obsideri: nec aliter componi res

a Si fides Carafæ. Germ. restit. p. 39.

b Conf. de his literas mutuas, ex quibus nonnulla valde aures. in Lundorp. Act. Publ. P. 3. p. 95. P. 4. p. 262. seq. 372. 377. conf. etiam T. 7. p. 259.

c Conf. Lund. Act. Publ T. 4. p. 388. 413. 417.

d Act. publ. Lund. T. 7. p. 138.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [716] - 680
PUBLIC DOMAIN

res potuit, quam ut translato in filium *Vilhelmum* regimine pater eo se abdicaret. Hoc 1627. facto demum 1632. Mauritius fatis concessit. Princeps in quo non pauca commendari merebantur, & qui ob hoc non exiguæ priori tempore autoritatis fuit. Unde *Rudolphus II. Imperator* 1612. ad conventum Electoralem, qui, nisi ipse præmortuus esset, haberi debebat, eum commissarium Cæsareum destinavit: uti etiam eo voluit in controversiis, quas cum fratre Matthia habuit, quod tamen declinavit Mauritius. Præter præcipuorum principum *Legatos*, qui in illa aula frequentes, etiam à *regibus Franciæ, M. Britanniæ, Sveciæ, Daniæ* ad eum missi sunt, qui dominorum suorum nomine de gravissimis negotiis sententiam ab eo rogarent, quibus ea lingua, qua quisque proponebat, cum omnium admiratione respondere consueverat. Imo ex Persia *a* etiam legati venere. Tum & non pauca in ditione sua plurimum ornavit & munivit. [b] Ex

a Joh. Croc. in orat. paneg. pag. 34. Quemadmodum Eusebius inprimis memoratu dignum censuit, quod ad Constantinum Magnum ab Indiis legati venerint, ita nos ad posteritatem transmittimus, à Persis venisse ad Mauritium. Imo à Summo Imperii capite missi in aula Mauritiana conspecti.

b Ejus varia elogia leguntur in *Mauritiano Mausoleo*, quod Cassellis editum, ubi præter orationes epicedia 143.

duabus uxoribus 18. liberos ſuſtulit. [b] Ex ſecunda conjuge *Iuliana* f. *Ioannis C. Naſſovii*, (ducta

nationum 10. in linguis 12. leguntur. Compendium vitæ exhibet illa ſarcophagi inſcriptio.

Mauritius D. G. Haſſiæ Landgravius.
Celeberrimorum Heroum
D. Wilhelmi Sapientis F.
D. Philippi Magnanimi N.
Naſcitur Caſſellis Anno Chriſti M. D. LXXII. Maji D. XXV. Matre Sabina Wirtenbergica, Chriſtophori Ducis F.
Succedit Patri ex humanis ærumnis ad regna cæleſtia evocato, Anno Chriſti M. D. XCII. Ætatis XXI.
Uxorem ducit Agnetem Solmenſem anno inſequente M. D. XCIII. Ex qua ſuſcepit filios tres Ottonem, Mauritium, Wilhelmum, & filiam unicam Eliſabetham, poſtmodo nuptam Joanni Alberto Mechelburgico.
Prima conjuge Anno M. D. CII. defuncta ſecundis votis ſibi jungit anno ſequente M. D. CIII. Julianam Naſſoviam.
Ex quâ itidem ſuſcepit filios ſeptem, Philippum, Hermannum, Mauritium, Fridericum, Chriſtianum, Erneſtum, Philippum minorem; & filias ſeptem, Agnetem nuptam Johanni Caſimiro Principi Anhaltino, Julianam, Sabinam, Magdalenam, Sophiam, Chriſtianam, Eliſabetham minorem.
Ante ſe vero turbato mortalitatis ordine in cœleſtem Patriam præmiſit Mauritium majorem, Ottonem, Philippum utrumque, Sabinam, Eliſabetham majorem, Chriſtianam, Julianam.
Superſtites reliquit Wilhelmum
Primogenitum in jure ſuperioritatis & principali regimine ſucceſſorem, Hermannum, Mauritium minorem, Fridericum, Chriſtianum, Erneſtum, Agnetem, Magdalenam, Sophiam, Eliſabetham minorem.

Princeps

(ducta 1603. extincta 1643.) nati ei sunt, 1604.
PHILIP-

Princeps religionis purioris assertor, Ecclesiarum orthodoxarum Nutricius, literarum & literatorum summus Patronus, Libertatis Germanicæ & boni publici studiosissimus,

Qui

Cum variis curis & laboribus fractus, multisque peregrinationibus Reipubl. causâ, immenso sumptu, susceptis jactatus, pro gratia odium, pro studio invidiam retulisset, & insuper, ob assertam ὀρθοδοξίαν, ditionum suarum jacturam, pertæsusque rixarum & injuriarum, quibus inde ab excessu Illustriss. patrui D. Ludovici Senioris H.L. vexatus fuerat, laudatissimo summorum Regum & principum exemplo sese regimine abdicasset,

Quietem demum invenit optatissimam, in morte, quâ obiit placidissima Eschwegiæ An. Christi M.D.CXXXII. Martii D. XV. Postquam in hisce terris vixisset annos LIX. menses X. Dies X. Et gubernationi cum laude præfuisset ad annos fermè XXXV. Et sibi Deoque destinasset vitæ reliquum, quod fuit annorum quinque.

b Eorum elogia monostichis istis celebrantur in Mausoleo Mauritiano.

Mauritii soboles est hæc numerosa monarchæ.
Demortui X.

1 *Otto* Patris virtus, & gloria prima quiescit.
3 *Mauritius* princeps juvenilibus occidit annis.
5 Danica magnanimo nocuerunt bella *Philippo*.
11 *Mauritium* pietas cœlestibus intulit astris.
17 In eunis obiit confectus morte *Philippus*.
2 *Elisabeth* cœlo quoque *Meckelburgica* regnat.
8 Nubilis hunc virgo mundum *Iuliana* reliquit.
9 In terris vixit messes bis quinque *Sabina*.

16 In

Philippus. PHILIPPUS *a*, qui *Danicis* auſpiciis militans 1626. prælio ad *Lutteram* cecidit, 1606. *Agnes* Joanni

16 In tenera interiit *Chriſtiana* ætate puella.
18 *Eliſabeth* ſuperas petiit quadrimula ſedes

Superſtites VIII.

4 Poſt patrem Haſſiacis WILHELMUS regnat in oris.
7 *Hermanno* eximiam tribuit clementia laudem.
13 Induit arma, ut ſit Germania ſalva, *Fridricus.*
14 *Chriſtjano* clarum dant ſceptra Academica nomen.
15 Amplam olim *Erneſti* meſſem promittit agellus.
6 *Anhaltina* nitet multis virtutibus *Agnes.*
10 *Magdalena* animi claret candore virago.
12 Commendat *Sophiam* niveæ excellentia formæ.

a Totam ejus vitam explicat Epitaphium, quod habetur in æde ſacra ad S. Martinum Caſſellis.

PHILIPPUS HASSIÆ LANDGRAVIUS.
Mauritii & Juliani Naſſoviæ,
F. primogenitus, D. Wilhelmi N. D. Philippi
proN.
Naſcitur anno Chriſti M.D. CIV. D.XXVI. Novemb.
hora 5. matutina.
Denaſcitur An. Chriſti, M.D.CXXVI. D. XVII. Auguſti
hora prima pomeridianâ.
Hic cum in omni heroicarum & Chriſtiano principe
dignarum virtutum genere, educatus &
informatus,
Majores ſuos non ore tantum & vultu, ſed & ingenio
animoque exprimere videretur, & peregrinationibus per
ſuperiorem & inferiorem Germaniam, Angliam,
Scotiam, Galliam,
Poſt etiam bellicis exercitiis ſub Mauritio Auriaco Imp.
fortiſſimo, feliciſſimo, ad uſum publicum confirmatus,
ampliſſimis deinde, patriæ nomine ſuſceptis, & ſumma cum laude obitis legationibus

ad Se-

Joanni Casimiro principi Anhaltino nupta 1623. & 1650. mortua. 1607. HERMANNUS, qui *Rodenburgi* habitans nullo masculo ex duabus conjugibus *Sophia Iuliana, Christiani C. VValdeccii* filia, 1634. ducta, & 1637. mortua, atque *Cunigunda Iuliana* f. *Ioannis Georgii principis* *Hermannus*

ad Sereniſſimos Jacobum Magnæ Britanniæ, & Ludovicum XIII. Chriſtianiſſimum Galliarum Reges,
Prima militiæ tyrocinia pro liberanda ab Hiſpanis Breda poſuiſſet,
Tandem affectu plane heroico erga Patriam afflictiſſimam,
Anno Chriſti M. D. CXXVI. Menſe Majo,
Sereniſſimo Daniæ Rege Chriſtiano IV. clementiſſimè vocante,
turmis equitum ſeſe præfici paſſus eſſet,
Pro religionis orthodoxia, & Germaniæ libertate ſtrenue pugnans, à ſuis deſertus acceptis in facie quatuor vulneribus,
Sub ſponſione λύτρε captus, aſt contra datam fidem globo per pectus trajectus occubuit,
Anno Chriſti M.DC. XXVI. D. Auguſt. XVII. ad pagum agri Brunſuicenſis Luthern,
Cum vixiſſet annos XXI. M. VIII. D. XXI.
Dignus omnino vita longiore, quò porrò barbaris & perfidis iſtis oſtenderet, Cattorum virtutem antiquam nondum plane emortuam:
Hic autem ad majorum ſepulchra, ut principem & ſtrenuum belli ducem decet, ſepoſitus, lætam reſurrectionem expectat.
Id quod, ne eſſet neſcia (ſi qua futura) poſteritas,
Sereniſſimi & illuſtriſſimi parentes
Contra votum pietatis, turbato mortalitatis ordine,
Huic monumento inſcribi voluerunt.

principis Anhaltini 1642. in thorum adſcita, ſuperſtite 1658. extinctus eſt: 1608. *Iuliana*, 1608. nata, & vicennis mortua, 1611. *Magdalena*, 1646. Erico Adolpho Com. Salmenſi Reiferſcheidio ſociata, ſed jam vivis exemta, 1614. MAURITIUS 1633. extinctus, 1615. *Sophia*, 1644. Philippo C. Lippiæ conjuncta,

Fridericus. 1617. FRIDERICUS, qui *Eſchvvegam* tenuit, & in *Polonia* ex *Svecorum* parte ſtipendia faciens ab hoſte 1655. trucidatus eſt, ex *Eleonora Catharina Palatina*, *Caroli Guſtavi R. Sveciæ* ſorore, filiabus tantum relictis. Ex quibus major natu *Chriſtina* 1648. in lucem edita, Ferdinando Alberto D. Brunſuicenſi, minima *Carola* Auguſto D. Saxoniæ nupta, media *Iuliana* in Svecia vivit. 1622. CHRISTIANUS, qui

Ernestus. 1641. vivendi finem fecit, & 1623. ERNESTUS, qui cum pro fratris vidua arma gereret 1648. à *Lambojo* prope *Geiſecum* captus eſt: dein, à Jeſuitis jam variis ſcrupulis impletus, cum prius 1651. in arce ſua *Reinfelſa* cum *Valeriano Magno* Capuccino, excito *Gieſſæ D. Petro Haberkornio* & *D. Balthaſare Menzero*, inſtitui *colloquium* curaſſet, paulo poſt *Coloniæ* 1652. cum uxore *Maria Eleonora* f. *Philippi Reinhardi C. Solmenſis*, religionem *Pontificiam* amplexus eſt. Ita tamen ut in Eccleſia, cujus veritatem agnoſcere ſibi videbatur, plurimos abuſus atque graves defectus obſervare credat, eosque emendari hactenus optaverit;

quod

quod cum editis etiam & procuratis ſcriptis teſtatus ſit, *verus, ſincerus & diſcretus Catholicus* haberi deſiderans, exiguam apud multos ſuorum retulit gratiam. 1658. Fratri Hermanno ſucceſſit. In Italiam pluries profectus eſt. 1672. In conſilio de ſecuritate imperii inter bellicos duces ex primis cui illa cura concrederetur dignus habitus eſt: quam tamen provinciam declinavit. E conjuge ſua, quam 1647. duxit, & quæ in ædibus contiguis monaſterio monialium prope Boppardiam plerumque habitare ſolet: ſuſcepit filios 1648. WILHELMUM & 1650. CAROLUM. Qui uterque 1669. ille *Mariam Annam* f. *Ferdinandi Caroli C. Lœvvenſteinii*, (unde filia genita *Maria Eleonora*) hic *Sophiam Magdalenam* f. *Erici Adolphi C. Salmenſis Reiferſcheidii* duxit. Quarum hæc, princeps multis virtutibus decorata, Venetiis 1675. mortem invenit, mater *VVilhelmi*, *Friderici*, *Philippi*, 1671. 1673. 1674. natorum. Ex primo autem matrimonio *Agneta* f. *Ioannis Georgii C. Solmenſis* ductæ 1593.[a] extinctæ 1602. filios *Mauritium* præter *Eliſabetham*, natam 1597. quæ 1618. Joanni Alberto D. Megapolitano nupſit, & 1625. fatis conceſſit, princeps linguarum, Latinæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Italicæ, nec non Dialecticę, Geometrię, Muſicę ſatis perita, & aliquando Carolo Svecię principi deſtinata, genuit OTTONEM

Wilhelmus Carolus.

Otto.

[a] Thuan. L. 105. pag. 1169.

NEM, natum 1594. [a] administratorem *Hirschfeldiæ abbatiæ* tristi morte 1617. extinctum & ἄπαιδα (licet bis maritum, in thorum ascitæ

a Totam ejus vitam Epitaphium illud, quod in Mausoleo Mauritiano legitur, explicat:

Otto Landgravius Hassiæ Mauritii ex Agnete prima conjuge F. primogenitus. Nascitur A. C. MDXCIV. M. Xbr. D. XXV. Ecclesiæ Hirsfeldensis administrationem & curam legitime postulatus, suscipit. A. C. MDCV. M. Febr. Superiori Hassiæ ab illustrissimo parente præficitur Proprinceps A. C. M D C XIII. Febr. Mense. Anno M D C X I. data sibi veluti libera legatione per Visurgim in Ord. Confœd. provincias delatus, salutato Mauritio Principe Auraico, ejusque Fr. Henrico Friderico cæterisque Nassoviis belli Ducibus; inde in Angliam trajicit, ubi à Jacobo Magnæ Britanniæ R. ejusque F. Henrico Walliæ principe, aliisque regni Proceribus: in reditu denique per Flandriam & Brabantiam ab Alberto & Isabella Austriæ Archiducibus, pro dignitate, honorificè & splendidè exceptus & habitus fuit. A. C. MDC XII. ad coronationem D. Matthiæ Imp. Francofurti sese præ cæteris juventutis principem probat. Anno proximo M D C XIII. M. Augusto primas celebrat nuptias cum illustrissima Dn. Catharina Ursula Marchionissa Badensi, quam, ut A. C. MDC XV. M. Feb. D. XV. morte præmatura amisit, cum in Galliam ablegatus, ut Ludovico XIII. R. felicia regiminis auspicia gratularetur, domo abesset: ad secunda transiit vota, iisque sibi A. C. M D C XVII. M. Junio jungit illustrissimam principem Anhaltinam Agnetem Magdalenam, quam, ut in Hassiam, per Castellas Marpurgum deduxit, inde sub initium M. Augusti Hirschfeldiam concedit, ubi morbillis infestatus, cum D. ejusdem M. VII. paulo post horam IV. matutinam diro ululatu obscœni canis irritaretur, & ad eum

ascita 1613. *Catharina Ursula* f. *Georgii Friderici M. Badensis*, 1615. defuncta, & dein 1617. *Agnete Magdalena* f. *Joannis Georgii principis Anhaltini*, quæ obiit 1626.) & WILHELMUM, quem *constantem* vocant. Hic natus 1602. post fratrem initio *Hirschfeldam* tenuerat, inde à patre traditum regimen principatus 1627. suscepit: quo etiam cum fratribus de *apennagio*[a], inde cum *Darmstattinis* de causa *Marpurgensi* transegit. Cum vero varia pertulisset hæc domus à Cæsareo milite, per legatum *Rex Sveciæ*, qui vix Germaniam ingressus erat, salutatus ac invocatus; fœdusque certis conditionibus ictum, quod utrinq; confirmatumest. [b] *Lipsiensi* quoque conventui Wilhelmus interfuit 1631. sed qui ipsum inde abstraheret, cum exercitu in *Hassiam* à Tillio missus, *Fuggerus*. Inde ipse Regi, qui ad Lipsiam hostem vicerat, prope *Hachstam* suas junxit copias: quæ postea rege occiso *Lunæburgicis* & *Cniphusio* additæ, varia egere. 1633. *Gronsfeldio* & *Merodio*, ad Alden- *Wilhelmus.*

eum feriendum, arrepto sclopeto, sibi non satis provideret, ejusdem subita & inopinata displosione trajectus vulnere quidem acerbo, ast morte, in Christo Servatore obiit placidissima, ad quam, ut sese, à primis vitæ annis benevivendo, sic & paucis ante diebus, quasi futuri præsagus, humillima animi devotione, & continua Numinis invocatione, præparaverat pientissime, postquam in hisce terris exegisset Annos XXII. M. VII. D. XIII.

a Conf. Springfeld. de Apennag. c. 6. n. 2. p. 118.
b Brachel. L. 4. p. 172.

dorf victis, Hammelia, Osnabruga. 1634. Hammonia, Hildesheimio, Minda, Nienburgo, Neostadio captis. Pace *Pragensi* 1635. pene solus in Germania noluit comprehendi, post maturam deliberationem recusata quæ offerebatur amnestia, & repentina expeditione *Hanoviam* à Cæsareis ad extrema fere redactam liberavit. Nec desiit postea quoque partes eas adversus Cæsarem tueri, donec 1638. in Frisia Liræ morte opprimeretur. Marito amisso vidua (cui cum regibus Galliæ & Angliæ tutelam filii maritus testamento commiserat, vicissim eam Georgius agnatus jure agnationis & favore Cæsaris postulabat) *Amelia Elisabetha Hanoica filia C. Philippi Ludovici* heroina strenua (quam 1619. duxerat, & quæ dein 1651. fatis concessit) bellum persequi perrexit, ejusque copiæ nonnunquam cum Lunæburgicis simul, aliquando separatim egere. Inprimis [a] duæ clades *Lambojo* 1642. in agro *Kempensi*, & 1648. ad *Grevenbrugam* ejus auspiciis *Eberstenii* & *Geisii* ductu, & *Friderici D. VVirtenbergii* virtute illatæ, celebres sunt. Tum *Marpurgensi* controversia resumta, adversus *Darmstattinos* bellum gessit. Hæc acta nomine filii, (præter quem filias genuit 1626. *Æmiliam* Henrico Carolo Tremollio principi Tarentino 1648. elocatam, 1627. *Carolam*, Carolo Ludovico Electori Palatino sociatam 1650. quæ cum à marito

[a] Brachel. L. 6. p. 295.

marito discessisset, Cassellas repetiit, 1634. *Elisabetham*) WILHELMI, qui 1629. natus, à matre administrationem suscepit. In pace *Osnabrugensi* & *Monasteriensi* ei abbatia *Hirschfeldia*, & jus directi & utilis dominii in præfecturas *Schauenburg*, *Buckeburg*, *Statthagen* & *Saxenhagen* concessa, tum pro *satisfactione* 600000. imperialium soluta. Ulterius quæ inter utramq; domum 1648. arbitro *Ernesto D. Saxoniæ* inita fuerat in causa *Marpurgensi*, nec minus altera cum comitibus *VValdeccii*, 1635. facta transactio, ut & in utraque linea *jus primogenituræ* confirmata. Repentina morte hic princeps oppressus est 1663. relictis ex *Hedvvige Sophia Brandeburgica Georgii VVilhelmi Elect.* filia 1649. ducta, quæ dein liberorum tutelam prudenter gessit, liberis natis 1650. *Carola*, 1651. *VVilhelmo*, 1654. *Carolo*, 1655. *Philippo*, 1657. *Georgio*. ..... *Elisabetha Henrica*, jam Friderici Electoralis Brandeburgici principis sponsa. Ex quibus prima 1668. in thorum adscita est à Christiano V. Daniæ rege. Secundus spes de se factas in itinere Gallico Lutetiæ 1670. morte oppressus destituit. Cui simile fatum minimus natu Genevæ 1674. expertus est. Regimen vero gerit cum matre CAROLUS, & ducta 1673. *Maria Amelia* f. *Jacobi D. Curlandiæ* tres ex ea filios suscepit 1674. *VVilhelmum*, ... , ...

Wilhelmus.

Wilhelmus.

Carolus.

II. LINEA DARMSTATTINA.

vide pag. 675.

Georgius. Hæc autorem habet GEORGIUM minimum natu *Philippi* filium, cui à patre *ſuperior Catimelibocenſis comitatus* pars aſſignata; Ei ex conjuge prima, quam 1572. duxit, 1587. amiſit, *Magdalena* f. *Bernardi Com. Lippienſis* (ſecunda *Eleonora* f. *Chriſtophori D. VVirtenbergici* & vidua Joachimi Erneſti principis Anhaltini, ducta 1589. 1618. extincta, unum filium *Henricum* brevis ævi genuit) filiæ *Chriſtina* 1578. nata, Friderico Magno Com. Erpacenſi 1594. nupta, 1596. mortua, *Eliſabetha* 1579. genita, & Joanni Caſimiro C. Naſſoviæ Saræpontano copulata, 1625. extincta, *Anna* 1583. nata, Alberto Ottoni C. Solmenſi juncta, 1631. morte erepta, filii ſuperfuere, LUDOVICUS, PHILIPPUS, FRIDERICUS, 1577. 1581. 1585. invitales editi auras. Ex quibus medius habitans Butzbaci, quam plurimum ornavit, paralyticus 1643. in balneo ambuſtus miſera morte interiit: nulla ex *Margareta* f. *Friderici ultimi C. Diepholtini* 1610. ducta, & 1629. extincta, & *Chriſtiana Sophia Friſia Ennonis C.* filia 1632. in thorum aſcita, conjugibus prole relicta. Reliqui duo novas ex ſe dedere lineas Darmſtattinam & Homburgiam.

I. LINEA

I. LINEA DARMSTATTINA.

LUDOVICUS *Georgii* filius, nat. 1577. post reditum ex itinere patris succeſſor in *Darmſtatina* ditione, fide in Cæſarem *Fidelis* cognomen obtinuit, & cum fratribus pactum *primogenituræ* in lineam hanc introduxit, à Rudolpho II. Matthia, Ferdinando II. & inſtrumento pacis confirmatum. Cæterum ei ob hereditatem patrui, cum patrueli *Mauritio* multa controverſia; cum vero hic *Marpurgenſem* univerſitatem *Reformatis* commiſiſſet, *Gieſſenſem*, quæ ab eo Ludoviciana, inſtituit. Tandem 1623. *Marpurgenſis* ſucceſſio, in aula Cæſarea condemnata adverſa parte, univerſa ei addicta eſt, & novæ lites ob *fructus* [a] natæ. Porro durante regiminis tempore in *Italiam* & *Hiſpaniam* profectus, à *Pontifice* & Rege cum honore habitus eſt. Ejus interventu *Unionis* fœdus diſſolutum, ſed 1623. in comitiis *Ratisponenſibus* communi cum *Saxone* & *Brandeburgico* ſuffragio, translationem *electoratus* in *Bavarum*, *Palatini* cum aliqua conditione *reſtitutionem* urgens, improbavit. Ob prudentiam & dexteritatem præcipuis in imperio negotiis adhibitus eſt ab Imperatore. Tandem 1626. fatis conceſſit princeps, relictis ex *Magdalena Brandeburgica filia Joannis Georgii Electoris*, quam 1597. duxit, 1616. *Ludovicus.*

[a] Liquidorum ſumma fere ad 17. auri tonnas aſcendit, illiquidi itidem aliquas conficiebant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [729] - 693
PUBLIC DOMAIN

amisit, filiabus *Elisabetha Magdalena*, 1600. nata, 1617. Ludovico Friderico D. Wirtenbergiæ elocata, 1624. mortua, *Anna Eleonora* 1601. edita, 1617. Georgio D. Brunsuicensi nupta, 1659. extincta, *Sophia Agnete* 1604. genita, 1624. Joanni Friderico C. Palatino Rheni conjuncta, *Iuliana* 1606. nata, Ulrico C. Ostfrisiæ juncta, 1659. defuncta, *Amalia*, cui 1607. natalis, 1627. emortualis fuit, & filiis GEORGIO, JOANNE, HENRICO, FRIDERICO. Ex his *Joannes*, natus 1609. Lunæburgicæ militiæ generalis *militaris* virtutis & *œconomicæ* prudentiæ laude clarus, *Breubacum* incoluit, sed improlis ex *Ioanna Sainensi* f. *Ernesti C. Sainensis* & *VVitgensteinii*, & comitatus ex media parte herede, quæ nunc in conjugio Joannis Georgii Ducis Saxoniæ vivit, vita excessit 1651.

Ioannes

Henricus 1612. natus, 1629. *Senis*, ubi Germanicæ nationis consiliarius fere unum egerat annum, probitatis etiam ab adversariis obtento testimonio [a], extinctus: corpus vero exanime in patriam reductum est. *Fridericus* natus 1616. in *Italico* itinere 1636. ad religionem *Pontificiam* transgressus, *Melitensi* ordini operam addixit, & in aliquot expeditionibus insignem laudem fortitudinis reportavit, ob quod ejus *ordinis*

Henricus.

Fridericus.

a Vicarius Senensis in pleno concilio de eo pronunciavit, se credere, hunc principem fuisse sine peccato mortali. Ejus memoriam carmine heroico excoluit & historicis notis illustravit Conr. Bachmannus Professor poes.

ordinis per ſuperiorem & inferiorem Germaniam *prior* conſtitutus *Heitersheimium* incoluit. *Cardinalitium* quoque galerum à Papa 1655. obtinuit. Inde poſt mortem Cardinalis Columnii *protectionem* Nationis Germanicæ quam Romæ gereret Imperator ei contulit. Unde cum aliis coronarum legatis graves ei ob injurias à Cardinali Altierio Pontificis nepote acceptas, adverſus hunc querelæ & contentiones interceſſere. Eidem collatus Epiſcopatus *Vratislavienſis*, & nunc præfectura Ducatuum in Sileſia ad Imperatorem devolutorum. Ad quæ capeſſenda ex Italia nuper rediit. Major ex filiis & patris heres GEORGIUS II. fuit, 1605. natus, cui 1625. poſt peragrata Belgium, Franciam, Hiſpaniam, Italiam, Germaniam reduci Imperator privilegium, ut 18. ætatis anno adminiſtrationis capax eſſet, conceſſit. De *cauſa Marpurgenſi* cum agnatis 1627. transegit. Sed poſtea cum *VVilhelmi* vidua ob eandem ei bellum ortum, quod *Caſſellanæ* parti utilius. Ad extremum, repentina morte 1661. oppreſſus eſt: Liberis ex *Sophia Eleonora Saxonica*, *Ioannis Georgii Electoris filia* 1623. ducta, 1671. extincta, ſuſceptis 1630. *Ludovico*, 1631. *Magdalena Sibylla* (1651. extincta) 1632. *Georgio*, 1634. *Sophia Eleonora* (quæ 1650. Wilhelmo Chriſtophoro agnato nupſit, . . . deceſſit) 1635. *Eliſabetha Amalia* (1653. Philippo Wilhelmo C. Palatino deſponſata) 1636. *Ludovica Chriſtina* (Ludo- *Georgius.*

vico Christophoro Com. Stolbergio conjuncta) 1638. *Anna Sophia.* 1651. *Eleonora Dorothea* (Joanni C. Waldeccio copulata 1667. & post eum vivis exemta) 1647. *Maria Hedvvige* (Bernardi D. Saxoniæ uxore.) Ex his filius

Ludovicus. LUDOVICUS, juventute sacris [a] & illis quæ rectori provinciæ aliquando necessaria sunt studiis attributa, demum patri successit: à quo relictas ditiones hactenus multa cum justitiæ & moderationis laude rexit; & ecclesiam etiam atque literas omni modo promovere studuit, sedula academiæ Giessensis hactenus cura habita. Aliqua ei contentio cum *Electore Palatino* 1662. orta, ob *jus Ecclesiasticum*, quod *Umbstadii* uterque sibi vindicabat. Uxores duxit 1650. *Mariam Elisabetham filiam Friderici D. Holsatiæ*, quæ 1665. multo sui desiderio relicto vivis excessit, alteram 1666. *Elisabetham Dorotheam* f. *Ernesti D. Saxoniæ.* Ex priori superfuere liberi suscepti 1652. *Magdalena Sibylla* (quæ in Svecia à regina matertera aliquandiu educata, 1672. Wilhelmo Ludovico D. Wirtenbergiæ nupsit) 1656. *Maria Elisabetha*, Henrico D. Saxoniæ 1676. nupta, 1657. *Augusta Magdalena* (1674. defuncta) 1658. *Ludovicus.* 1659. *Fridericus* (ex infelici casu 1676. extinctus) 1661. *Sophia Maria*: Ex altero conjugio supe-

[a] Germanica poesis inprimis in pretio est, in qua varia pietatis exercitia instituta, & psalterium Davidis in numeros redactum.

ſuperant, nati 1667. *Erneſtus Ludovicus.* 1669. *Georgius.* 1670. *Sophia Ludovica.* 1671. *Philippus.* 1674. *Henricus.* Inter hos LUDOVICUS major natu egregia indole & hujus fideli cultura omnium in ſe expectationem, ſpem & vota convertit. *Ludovicus.* Frater Ludovici GEORGIUS Svecorum auſpiciis in bello Polonico & Danico militavit. Inde à patre *Itteram* dynaſtiam accepit, & in *Vehlen* habitat. Primam uxorem duxit 1661. *Dorotheam Auguſtam* f. *Ioannis Chriſtiani D. Holſatiæ*, & hac mortua *Alexandrinam Iulianam* f. *Emiconis C. Leiningii*, unde aliquot liberi. *Georgius.*

II. LINEA HOMBURGIA. p. 693.

FRIDERICUS Georgii filius hanc incepit, ſede *Homburgi* ſibi electa. Deceſſit vero 1638. Pater ex *Margareta Eliſabetha* f. *Chriſtophori C. Leining. VVeſterburgii*, quæ 1622. ducta 166.. defuncta eſt, *Ludovici Philippi*, qui 1623. natus, 1643. obiit, *VVilhelmi Chriſtophori*, nati 1625. *Georgii Chriſtiani*, 1626. nati, *Annæ Margaretæ* in lucem editæ 1629. quæ Philippo Ludovico D. Holſatiæ 1650. nupſit, *Friderici* 1633. in vitales auras editi. *Fridericus.* Ex his WILHELMUS CHRISTOPHORUS *Bingenheimium* inhabitat, & ex *Sophia Eleonora* agnata, 1653. *Chriſtinam VVilhelminam*, Friderici D. Megapolitani conjugem, & 1654. *Leopoldum Georgium*, qui 1674. ſponſus .... *Wilhelmus Chriſtophorus.*

filiæ Friderici Com. Ahlefeldii morte oppressus patris spem destituit. Sophia Eleonora defuncta duxit 1665. *Annam Elisabetham Augusti D. Saxoniæ inferioris* filiam, quæ nunc *Philippsecciam* habitandam accepit. GEORGIUS CHRISTIANUS Hispanicis, dein Gallicis auspiciis militavit: & ad Pontificiam religionem transiit. . . . .C. Ranzoviam duxit: nec tamen una vivunt. FRIDERICUS, Svecis in bello Danico servivit, ubi in *Hafnienſi* obsidione ei globus tormentarius pedem comminuit, & ex eo moderno Brandeburgico Electori operam addixit. Unde in hujus exercitu Generalis Locumtenens in Alsatica expeditione cornu dextrum duxit. In prælio ad *Fehrbellin* ipsius inprimis virtus ad victoriam plurimum contulisse commendata est. In Brandeburgica Marchia bona quædam emit, & *VVevelinga* habitat: cæterum *Reformatorum* religioni se applicuit. Uxor prima ducta est *Margareta* f. *Abrahami Brahei C. VVisingburgii*, Benedicti Oxenstiernæ vidua, quæ eum morte reliquit viduum 1669. Inde 1671. *Ludovica Elisabetha* f. *Iacobi D. Curlandiæ* in thorum adscita, patrem eum duorum filiorum fecit, quorum prior. . . . 1672. *Carolus Christianus* autem 1674. lucem aspexere.

Georg. Christianus.

Fridericus.

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ HASSIACÆ

ex Brabantinis; præcipuos masculos & emortuales notans.

Giselbertus Comes Mansuariæ.

Ragnerus D. Hasban. — *Ricuinus C. Ardenn. à quo tota familia Limburgia & Lucenburgia, Ex qua Imperatores, Reges, Duces, Comites.*

Giselbertus D. Lotharing. 939. — *Lambertus C. Lovan.* — *Raginerus C. Hannon.*

Ansfridus Ep. Vltraject. 1509. — *Raginerus* 3.

Raginerus 4. C. Hann. — *Lambertus Barb. C. Lovan.* 1015.

Raginerus 5. C. Hann. — *Henricus. Lambert.* 2. 1054.

Henricus 2. 1083.

Henricus C. Brabantiæ 1095. — *Godofred. Barb. D. Lotharing. infer. ſ. Brab.* 1140.

Godofredus 2. *Dux.* 1143.

Godofredus 3. *in cunis, Dux.* 1183.

Henricus probus D. Brab. 1235. — *Albertus Epiſc. Leod.* 1128. — *Wilhelmus & Godofredus Dom. Pervveiſii.*

Henricus 2. *Magnan. Dux. Brabant.* — *Godfredus Dom. de Gaesbeck. Heſſen.*

Henricus 3. *Dux Brab.* 1260. — *Henricus puer Landgr. Haſſ.*

Henricus 4. *Dux.* — *Ioannes* 1. *Dux* 1294. — *Godofredus Dn. Vierzonii.*

Ioannes 2. *Dux* 1312.

Ioannes 3. *Dux* 1355.

Ioannes 1333. — *Godofredus* 1347. — *Henricus* 1349. — *Ioanna & Margareta heredes.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [735] - 699
PUBLIC DOMAIN

A

Henricus puer Landgr. Haſſ. 1308.

Henricus. *Otto* 1326. *Ludov. Ep. Monaſt.* 1320. *Ioannes* 1311.

Henricus ferreus 1376. *Otto Arch.* *Hermannus.* *Ludovic.* 1. 1378.

Magdeburg.

Henricus. *Otto ſagittar.* 1361. *Hermannus* 1413. *Otto.*

Ludovicus 2. *pacificus* 1458.

Caſſel. Marpurg.

Ludovic. 3. *pius* 1471. *Herman. arch. Colon.* 1508. *Henricus* 1483.

Wilhelmus ſen. 1515. *Wilhelmus medius* 1509. *Wilhelm. jun.* 1500.

Philippus magnan. 1567.

Caſſel. Marpurg. Reinfels. Darmſtatt.

Wilhelmus 1592. *Ludovicus* 4. *Philippus* 1583. *Georgius.*
1604. 1596.

Mauritius 1632. Reinfels. Darmſtatt. Butzbach. Homburg.

Otto 1617. *Wil-helm.* *Phi-lipp.* *Her-man.* *Fri-deric.* *Erneſtus.* *Ludovicus* 5. 1626. *Phi-lippus* 1638. *Fridericus.*
1637. 1626. 1658. 1655. *Wil-helm.* *Carol.* 1643.

Wilhelmus 1663. *Carol. Geor-gius* *Io-ann.* *Fri-deric.* *Wilh. Chri-ſtian.* *Ge-org.* *Fri-der.*

Wilhelm. *Carolus Philippus* 1674. *Georgius* 1670. *Wilhelmus.* *Ludo-vic.* 6. in Behlen. 1675. *Georg. Leopold.* ....

Ludovicus. *Fridericus.* 1676. *Erneſtus* *Georgius.* *Philippus.* *Henricus.*

FAMILIA

FAMILIA VANDALICA, IN QUA REGES HERULORUM, Principes Vandaliæ, Duces Megapolitani, nec non Pomeraniæ, Principes Rugiæ.*a*

SEreniſſimæ familiæ originem in temporibus, in quibus à fabulis difficulter diſcernas verum, annales quærunt: quando ſatorem ANTHYRIUM aliquem nominant, qui cum *Alexandro M.* militaſſet, hoc interemto cum *Obotritis* ſuis, à veſtitus ſeu armorum varietate ita dictis, nave, cujus prora *gryphum*, velum *Bucephali caput* referebat, in ora *Gothica* prius, dein *Balthica* appulerit: atque Megapolin, Herulam & Stargardiam condiderit. Filios præter alios dant *Sicherum Fennorum* principem & *Anavam* ſucceſſorem. Hujus [b] poſteros illa *Origo.*

a Gentem inprimis deſcripſit 1521. *Nicol. Mareſcallus* in annal. Herulorum & Vandalorum. Tum conſulendus *Albertus Cranzius* in Vandal. *Chriſtophorus Sturcius* etiam edidit orationes aliquot de vita & morte quorundam Ducum Megapolitanorum. De *Pomeranorum* familia bene ſinprimis meritus eſt *Valent. Eichſtadius*. Tum eorum res Eccleſiaſticas & civiles deſcripſere *Dan. Cramerus* & *Ioan. Micralius*.

b Ex his aliquos in rerum natura unquam fuiſſe, forte quis non injuria dubitaverit. Inprimis vero Mareſcallus omnes Vandalorum Reges, qui variis expeditionibus innotuere, in hanc familiam compingit: qua fide? ipſe viderit.

illa ſerie enumerant, ut ſint continua à patre in filium ſucceſſione *Alimerus*, *Anthyrius III.* (cujus frater *Rugilandus* à matre Rex *Rugiæ*) *Huterus*, *Viſilaus*, *Vitislaus*, *Alaricus*, *Tithericus*, *Thenericus*, *Albericus I.* (qui *Svecorum* & *Gothorum* regnum obtinuiſſe dicitur) *Viſimar* (*Viſmariæ* conditor, cum novas genti ſuæ ſedes quæreret, à *Geterico Rege Gothorum* captus, dein vero à *Conſtantino M. Pannonia*, quam coleret, donatus dicitur) *Miſislaus*, *Rhadagaſus*. (Hic ab *Alarico Gotho* evocatus, vel indignatus, quod ille cum Romanis pactus ſit, numeroſiſſimum exercitum adduxiſſe, & *Italiæ* provincias vaſtaſſe, ſcribitur: inde in *Feſulanis anguſtiis* eum *Stilico* circumvenit, & captum gutture eliſo trucidavit, ingenti ſtrage *Vandalorum* & *Gothorum*, quibus alii eum adſcribere malunt, edita: ſuorum autem deſiderium Rhadagaſum *Deum* fecit) *Corſico* (ulciſcendæ paternæ neci *Galliarum* populator) *Fredebaldus*, *Gundericus* (*Hiſpaniæ* domitor) *Genſericus* (cujus ſævitia multos fecit *martyres*) *Viſilaus*, *Alaricus III.* *Albericus*, *Ioannes*, Rhadagaſus *III.* *Viſilai II.* à quo dein certa ſucceſſio, & *Arithberti*, qui *Caroli M.* miles & Faſtradæ ſorore ducta affinis fuerit, patet. Cæterum ut in hac deductione perſonas omnes fabuloſas arbitrari nollem, aliquorum enim certi hiſtorici faciunt mentionem, ita univerſos ejusdem fuiſſe familiæ, & illis gradibus ſucceſſiſſe difficulter probabitur.

Rhadagaſus.

Alias

Alias *Vandalorum* regnum, quod *Godegesilus* 406. gente sua, quibus *Alani* & *Svevi* se junxere, per Gallias (ubi *Moguntiam*, *Argentoratum*, *Rhemos* vastavere, & coloniam *Burgundionum* reliquere) in *Hispaniam* (ubi Vandalis sorte Bœtica obtigit [a]) ducta, fundavit: filii *Gundericus*, *Arianismum* amplexus, & *Genscricus*, *Africa* occupata, *Roma direpta*, *Sicilia* vastata, crudelis ob Arianismum piorum persecutor, hujus alter filius *Hunericus Imperatoris Valentiniani III.* gener, & post patrem *Catholicorum*, quos initio foverat, persecutor, tum ex altero filio *Genzone* nepotes *Guntamundus* s. *Guntabundus*, *Orthodoxorum* ab exilio revocator, & *Thrasimundus*, conservarunt: finierunt *Hildericus* Hunerici filius, à *Gilimere* cum filiis in carcere cæsus, & *Gilimer Gelarichi* filius, Genzonis nepos, à *Belisario* Imperatore *Iustiniani* duce victus, fame ad deditionem coactus, & in triumphum ductus, apud antiquos satis celebre fuit. An verò huic regiæ stirpi sanguine juncti, qui Herulis in Germania præfuere, dubitari potest. Unde alii [b] *Visilao*, (in quo paulo ante desiimus, & à quo mox reliquam deductionem ordiemur.) diversos dant majores, patrem *Barnimum*, avum *Rastiz*, proavum *Miroslaf*, abavum *Lubith*, qui tempore *Caroli M.* Dux in *Pomera-*

Vandalorum in Hispania & Africa regnum

a Inde Andalusiæ nomen à Vandalis derivare amant.

b Ita Micrælius.

Pomerania orientali VVilzorum fuerit, appellantes. Rem in dubio relinquentes, Viſilai (quem & *VVizlaf* appellant) filium dicimus *Billungum*, ſeu *Miſtevojum*, quem à Viſtula ad Viſurgim imperitaſſe, & ducta *Vagonis* Epiſcopi *Oldenburgi Vagriæ* ſorore Chriſtianam fidem, quam dein deſertam perſecutus eſt, amplexum fuiſſe dicunt. Filii *Micislaus*, *Sedericus* (*Sederici* pater) & *Naco Ottonis I.* hoſtis, paganam ſuperſtitionem pariter tutati ſunt. Micislao filios dant *Miſtævonem*, *Mizdrachum*, *Grimm.* Hic *Rugiorum* Principum conditor dicitur, & pater *Critonis*, qui *Lubecæ* conditor, at *Chriſtianorum* crudelis perſecutor, *Buthue* principe occiſo *Obotritorum* regnum uſurpavit, ſed ab illius fratre *Henrico* viciſſim, fraude uxoris *Slavinæ*, occiſus ſucceſſorem habuit, ſeu filium ſeu agnatum *Razonem*, bellicoſum principem & *Razeburgi* conditorem, poſt quem *Rugiis filius Iaromarus Stralſundæ*, poſtquam *Vineta* deſtructa, fundator, & *Svanteviti* idolo contempto *Chriſtianæ* fidei apud ſuos author (à fratribus ejus *Tetzlavo* & *Stoislavo* derivari *Putbuſchii* barones amant) nepos *Wizlavus* expeditionibus in *Livoniam* propagandæ fidei inſtitutis notus, pronepos *Iaromarus*, à quo *Damgartum* extructum, abnepos *Wizlavus*, qui *Danorum* ſe obſequio ſubtraxit, & *Imperio* aſſociavit, & atnepos *Wizlavus* (qui ἄπαις lineam finivit 1325. & heredes *Pomeranos*, reluctan-

Viſilaus Miſtevojus.

Micislaus.

Grimm à quo Rugii principes.

reluctantibus *Megapolitanis* & *Danis*, habuit) imperavere. Hæc *Grimmi* progenies: ſed frater MISTÆVO Rex Herulorum poſteritatem habuit diuturniorem. Hic eſt, qui ob negatam à *Bernardo D. Saxoniæ*, cum quo *Ottoni II. Imperatori* in Italia contra Saracenos militaverat, filiam, & ingeſtum à Marchione Theodorico convitium, *canem* non morſurum minus quam latraturum proteſtatus, *Saxoniam* horrendum in modum depopulatus eſt, & *Chriſtiana* fide extincta univerſum *Slavicum* nomen ad Deorum gentilium cultum reduxit. Tandem ipſe ſenex converſus, & à ſuis expulſus aut voluntario ſibi exilio indicto, *Bardovici* quicquid ætatis reliquum erat, exegit. Filii fuere tres, aut ex aliorum ſententia quinque: E quibus ſine poſteritate *Anadrachus* à *Conrado II. Imper.* occiſus, & *Gneus* ab *Henrico II. Imperatore* ſuſpenſus dicitur. Sed adhuc illum 1309. ſuperſtitem fuiſſe, certe hunc eo tempore vixiſſe conſtat [a]. Alius UDO, & quos in *Vandalicis* annalibus omiſſos, *Pomerani* addunt, RATIBORUS & BOGISLAUS, *ille* reliquos *Vandaliæ* & *Megapolis* principes, *hi* vero *Pomeranos* ſevere: ut in his in duas lineas familia diſpeſcatur.

Miſtavo Rex Herulorum.

a Quod probat in Holſatia ſua Danckvverth.

I. LINEA VANDALICA.

Vdo. Hujus Autor UDO ſummus quoque Chriſtianorum oſor *Herulos rexit*, tandem ab aliquo Saxone transfuga cæſus perhibetur. Filius autem GODSCALCUS ante regnum converſus, paternam necem in *Saxonibus* ultus eſt: Cæterum cum apud ſuos fidem propagare vellet, ipſe ejus præco à ſubditis 1066. occiſus, & Radegaſto idolo immolatus duos reliquit filios, BUTHUEN & HENRICUM. *Ille* cum patri ſucceſſiſſet, ejusque mortem vindicare decreviſſet, à *Critone Rugio* pulſus, & à Saxonibus reſtitutus, ab eodem per inſidias ſublatus eſt. *Hic* auxilio Danorum tyrannum Critonem in fratris ultionem aliquoties vicit, tandem in ſocietatem ab illo receptus, cum ſibi inſidias ſterni cerneret, eundem ſuſtulit, & viduam *Slavinam* duxit: atque *Rugios* principis ſui morte irritatos bis debellavit, ſibique ſubjecit: aliis itidem bellis inclaruit. In Henrici filiis *Waldemarum* Rugii, quibus præfectus erat, occiderunt, *Canutum* alius frater *Svantopolcus*, quem viciſſim Canuti ſatelles interemit. Svantopolci filius *Svinico* ultimus fuit ex Henrici poſteritate 1135. *Erdenoburgi* occiſus, poſt quem *Canutus Danus* qui antea Svantopolci & Canuti tutor, regnique adminiſtrator, beneficio *Imperatoris Lotharii* ſibi *Vandalici* regni jus & titulum vindicavit. [a] Ex altera vero linea BUTHUE Henrici frater filios habuit

God-ſcalcus.

Buthue Henricus.

[a] Conf. de his Herm. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 16.

habuit *Pribislaum* & NICOLOTUM, quorum uterque idololatra & Christianorum persecutor, sed Canuto à suis occiso rerum potiti sunt: Verum ille à Rugiis captus, & in custodia mortuus est, hunc *Henricus Leo* & *Albertus Ursus* toto pene regno exuere, & in prælio occidere. Idem Henricus, ex ejus filiis *Vratislaum* s. *Wartislaum* captum, quod fratrem incitasset ad bellum, suspendit, & cum PRIBISLAO, qui ultimus gentis rex à Pomeranis restitutus fuit, 1143. acre bellum gessit. In eo ipse etiam Henricus victus, & *Adolfus C. Holsatiæ* cæsus erat, sed tandem Pribislaus in ordinem redactus, ut parte ditionum recepta Ducis nomine contentus esset, cogitur. Idem baptisatus *Doberanense* cœnobium fundavit, *Rostochium* condidit, & 1215. in ludis equestribus equo dejectus interiit. Cæterum illis Henrici Leonis bellis & suppliciis major pars gentis exhausta, reliquiæ exsortes omnis dignitatis esse jussi, aut in Poloniæ fines rejecti, novæque introductæ è *Saxonibus* & *Frisiis* coloniæ. Filius Pribislai HENRICUS cognomento *Burvinus*, quasdam belli ruinas restauravit; ex hujus filiis *Nicolotus* domo corruente oppressus est, sed HENRICUS *junior*, qui 1228. obiit, stemma cõtinuavit; nã nati ipsi filii quatuor JOANNES, NICOLOTUS, BURVINUS, PRIBISLAUS, ex quibus *hic* dominus *Parchumi* solus gentili superstitioni adhæsit, *iste Rostochium* tenuit, & à filiis

Nicolotus.

Wartislaus Pribislaus.

Henricus Burvinus.

Henricus.

Pribislaus Burvinus Dn. Rostochii.

à filiis *Henrico* & *Erico* excæcatus est, quos tamen brevi divina nemesis sustulit. Successor fuit alius filius *Waldemarus*, & hoc natus *Nicolotus* cognomento *puer*, qui à *Brandeburgicis*, quod Marchionis filia repudiata duxisset *Pomeranam*, bello afflictus est, & ultimus suæ lineæ fuit. Post ejus mortem *Rostochium* se Danis submisit. Sed dein jus suum Christophorus Rex Daniæ Henrico Megapolitano remisit. Restant ex duobus *Johanne* & *Nicoloto* ramus *Megapolitanus* & *Vandalicus*.

I. RAMUS MEGAPOLITANUS.

Ioannes Theologus.

Hujus autor JOANNES Henrici filius *Theologus* cognominatur, cum *Parisiis* creatus sit *Theologiæ Doctor*, & *Megapolitanam* ditionem nactus est. A fratribus & aliis ob literarum studia derisus, & contemtui habitus, ac *Knese Janike* dictus, à pietatis Christianæ studio se abstrahi passus non est. *Rhenæ* scholam virginum, quæ à matronis educarentur & instituerentur, condidit. A latrociniis ditionem purgavit. In Livonos profectus victos ad religionem coegit. Decessit 1260. Filii ei ex *Luitgardi Hennebergica* filia *Popponis*, condiscipuli *Hermanni* sorore, nati *Nicolotus* Canonicus *Sverini*, *Magdeburgi* & *Hamburgi*, *Poppa* eques *Teutonicus*, *Hermannus* Præpositus Sverinensis, *Albertus*, (qui 1265. decessit) *Joannes* Hildesheimii

heimii canonicus, dein ex comite *Ravenſpurgia* pater alicujus *Ioannis* (qui ſubmerſus 1299.) & ſucceſſor patris HENRICUS cogn. *Hieroſolymitanus.* Hic cum *Ludovico IX. R. Franciæ* profectus in *Palæſtinam*, & à *Saracenis* captus, 26. annos in dura ſervitute exegit, tandem à Sultano agnitus, dimiſſus, & viatico inſtructus, iterum in piratas incidit, ſed denuo liberatus, cum ad ſuos rediiſſet, brevi poſt 1302. mortuus eſt. *Henricus.* Ei nati ex *Anaſtaſia Pomerana* f. *Barnimi Ducis*, *Anna* Joannis C. Holſatiæ conjux, *Luitgardis* uxor *Præmislai D. Poloniæ*, mariti juſſu ab ancillis ſuffocata 1282. *Ioannes* ex *Helena Rugia* ἄπαις, & HENRICUS cognomento *Leo*, quod patre abſente adverſus *Marchiones Brandeburgios* ſtenue ſe defendiſſet: & in ſylva Bohemica Alberto Imperatore hoſte adventante comilitonibus dilapſis ſolus intrepidus ſtetiſſet. *Henricus Leo.* Cæterum ab uxore prima *Beatrice Brandeburgica* f. *Alberti Marchionis* 1290. (ex qua genuit *Mechtildem* Ottonis D. Lunæburgii conjugem) ei dotis loco *Stargardia* allata; tum etiam à *Rege Daniæ Chriſtophoro* conceſſum *Roſtochium.* Cum moreretur 1329. ſuperfuere ex ſecunda conjuge (tertia *Agnes C. Lindavienſis* ἄπαις fuit) *Anna Saxonica* ſorore Rudolphi Electoris, ob quam quod Wiſmarienſes ei ingreſſuræ portas occluſiſſent, urbem obſedit & occupavit maritus, præter *Annam* Henrico Ferreo Com. Holſatiæ, & *Agnetem* Nicolao Dn.

Albertus Ioannes Stargardiensis lineæ fator.

Vandaliæ nuptas, geniti filii ALBERTUS & JOHANNES, quos 1349. vel 1348. in comitiis *Pragæ* Imperator *Carolus IV.* quod olim in bello adverſus *Anglos* in *Gallia* militiæ ſocii fuiſſent, *imperii principes* creavit. Cæterum in Joanne, qui 1370. defecit, cepta linea *Stargardienſis* non fuit diuturna. In ejus liberis ex conjugibus *Holſata* & *Rupinenſi* ſuſceptis, præter *Annam* Vratislao D. Pomeraniæ nuptam, *Rudolphum Epiſcopum Sverinenſem* (qui 1413. extinctus) & *Albertum epiſcopum Dorpatenſem*, memorantur *Ioannes* 1407. mortuus, ex *Vegetilla* ſ. *Guilheide Jagellonis R. Poloniæ* ſorore alterius *Ioannis*, quem Jodocus M. Moraviæ ad imperium vocatus *Marchiæ Brandeburgicæ* præfecit, ſed à Comitibus Rupinenſibus captus, naturæ debitum perſolvit 1440. nullis ex *Lutrude* ſ. *Dorothea Alberti princ. Anhaltini* filia ſuſceptis liberis, pater, & *Ulricus* ex *Margareta Svantibori D. Pomeraniæ* filia genitor *Henrici* 1471. defuncti, cujus ex poſteriori (prior *Engelburga* ſ. *Bogislai D. Stettinenſis* ſine liberis fuerat) conjuge *Margareta* f. *Friderici Ducis Brunſvicenſis*, præter *Magdalenam* ſ. *Margaretam* [a] (quæ 1533. mortua) Vratislai D. Pomeraniæ & dein Burchardi C. Barbienſis conjugem, relictus filius *Ulricus* cum Magno agnato Hieroſolyma profectus, & inde reverſus 1471. familiam clauſit, ex *Catharina* f. *Wilhelmi ultimi Domini Vandaliæ*

a Alii eam Ulrico ultimo dant filiam.

Vandaliæ non niſi filiabus genitis, *Engelburge* Ebervvini C. Bentheimii uxore & *Eliſabetha* abbatiſſa. Unde Henricus pinguis agnatus ſucceſſit. Sed Joannis ſupradicti frater ALBERTUS, bello adverſus *Ludovicum Romanum M. Brandeburgium* ob *Stargardiam* (quod data ei conjuge filia ſua *Ingelburgi* compoſitum) tum ob *Rugiam* adverſus *Barnimum*, *Bogislaum* & *Vratislaum D. Pomeranos*, horumque auxiliarem *Magnum D. Brunſuicenſem* feliciter geſto, nec non adverſus Ericum D. Saxoniæ inferioris receptatorem prædonum, à quibus auxilio Ottonis D. Lunæburgii vias purgare ſtudebat, celebris, Megapolitanos reliquos continuavit, & mortuus eſt 1380. Ex priori uxore *Euphemia Magni Regis Sveciæ* filia 1336. ducta & 1360. extincta, genuit *Albertum*, *Magnum*, *Henricum*, *Annam*, *Adolphi* Duc. Holſatiæ, & *Ingelburgam* Ludovici Romani Elect. Brandeburgii conjuges, ex altera vero . . . . C. *Honſteinia*, quæ 1380. non niſi filiolum *Albertum*, qui infans deceſſit. Ex filiis ejus ALBERTUS ratione matris *Euphemiæ*, adverſus *Magnum Smeeck* regem *Sveciæ* avunculum ſuum ab ordinibus *Rex Sveciæ* vocatus eſt, & *Magnum*, quem initio benevolentius habuerat, cum exercitu venientem profligatum ceperat: ipſe vero tandem, ob nimios ſumtus jam gravis ſubditis, à *Margareta R. Daniæ* & *Norvegiæ* 1388. cum filio *Erico* captus, nec niſi poſt ſeptennium lytro à

Albertus.

Albertus Rex Sveciæ.

nobilibus fœminis (quæ ob hoc feudorum capaces factæ) Megapolitanis collata dimissus, regni spe excidit. Decessit 1394. pater ex *Rixa Ottonis ultimi* cogn. *Rosæ C. Sverinensis* filia *Erici*, & *Richardæ*, quæ Joanni M. Moraviæ nupsit, ex secunda autem Helena f. *Magni Torquati D. Brunsvicensis*, *Alberti*, qui ex Margareta f. *Friderici Burggr. Norimbergii* & Elect. *Brandeburgici* nullis susceptis liberis mortuus est.

Henricus. Alberti hujus frater HENRICUS cum uxorem *Ingelburgim* illius Margaretæ *Danicæ* sororem, *Waldemari Regis* filiam, haberet, ex qua natus *Albertus* & Maria *Vratislao Pomerano* nupta, avus fuit *Erici Pomerani*, proavus *Christophori C. Palatini*, qui intuitu aviæ & proaviæ *Septentrionis Reges* electi. Cæterum *Henricus*, prædonum acerrimus hostis, unde quod omnes suspendio afficeret *suspensor* dictus, 1400. fatis concessit, & ejus filius *Albertus* 1470. ἄπαις, licet maritus *Elisabethæ Nicolao Com.* Holsatiæ genitæ.

Magnus Unus ex Alberti superioris vel primi filiis MAGNUS stemma produxit, mortuus 1384. ex *Agneta Rugia*, genitis *Euphemia* Balthasaris Dom. Vandaliæ & *Hedvige* Ottonis D. Stettini conthoralibus, atque

Ioannes JOANNE, cui cognomentum *adolescenti*. Hic cum patrueli Alberto Alberti filio, & senatu urbico *academiam Rostochiensem* 1415. (post quadriennium tamen plene demum est introducta) fundavit, evocatis *Erfordia* professoribus: cumque etiam

desti-

destinatus fuisset regno *Sveciæ* 1422. seq. anno mortuus est, relictis ex posteriori uxore (prior *Iuditha* f. *Otto C. Hojæ* nullos tulerat) *Catharina* filia *Erici D. Saxoniæ inferioris* JOANNE, qui maritus *Catharinæ* vel *Annæ Casimiri D. Stettini* filiæ improlis obiit, & HENRICO *pingui*, ad quem *Vandaliæ* principatus nec non *Stargardius*, agnatis extinctis delatus est. Sub ejus regimine *Rostochienses* ob tumultum adversus senatum excitatum, ab Imperatore *Sigismundo* proscripti, & academia in quinquennium *Gryphisvaldiam* translata, sed re composita eodem rediit. Morienti 1477. Henrico superfuere ex *Dorothea* f. *Friderici* Elect. *Brandeburgii* 1429. ducta, quæ 1491. decessit, præter filias *Annam* & *Elisabetham*, quæ virgines, & hæc quidem *abbatissa Ribnicensis*, mortuæ sunt, suscepti filii ALBERTUS, (qui 1491. sine sobole ex *Catharina* f. *Wichmanni C. Rupinensis* fatis cessit.) JOHANNES, (qui 1505. seu ut alii [a] 1475. sponsus *Sophiæ* f. *Erici D. Pomeraniæ* peste enectus est) BALTASAR Episcopatu *Sverinensi* deposito *Margaretæ Erico II. D. Pomerano* nata, maritus, sed 1507. ἄπαις extinctus, & solus stirpis continuator MAGNUS II. Hic magnitudine animi & prudentia insigne nomen promeritus, literarum eximius fautor extitit. Ad eum (alii de patre hoc asserunt) *Stargardiensis* principatus successio delapsa. Idem 1509. cum aliis motus

Henricus pinguis. *Albertus.* *Ioannes* *Baltasar.* *Magnus II.*

[a] Quod forte verius.

motus in civitate *Lubecenſi* ortos ſedare ſtuduit. Mortuus eſt 1503. maritus *Sophiæ Pomeranæ*, fratris Joannis antea ſponſę, quæ maritum anno ſequenti ſecuta eſt, mater præter *Henricum* & *Albertum*, *Erici*, qui literis incubuit & 1508. obiit, *Sophiæ*, quæ Joanni Electori Saxoniæ nupſit 1500. & obiit 1503. *Annæ*, cujus primus maritus Wilhelmus Landgravius Haſſiæ ab anno 1500. alter Otto C. Solmenſis fuit, deceſſit autem 1525. *Catharinæ*, quæ Henrico D. Saxoniæ 1512. ſociata, 1561. mortalitatem exuit, & *Dorotheæ* abbatiſſæ Ribniciæ. Ex his patri ſucceſſit filius 1479. natus HENRICUS cognomento *pacificus*, ſtudiorum ſummus amator, & à pietate, prudentia, clementia, juſtitia & pacis ſtudio commendatiſſimus, vere patriæ pater. Huic cum ſemel ab anno 1506. adverſus *Lubecenſes*, ex levi cauſa ruſtici cum rixoſa muliere contendentis ortum, fuiſſet bellum, & toto biennio geſtum, ſed tandem hortatu *Maximiliani Imperatoris* transactione reſtinctum, ex eo provinciam in tranquillitate rexit. *Evangelicam* religionem amplexus, toti ditioni induxit, *Smalcaldico* fœderi nomen quidem dare ſolicitatus renuit, nihil tamen hoſtile adverſus principes moliri promiſit; tum reformationem aliquoties urſit in comitiis. Thuan. L. 11. p. 534. Mortuo 1552. cum vivus majorem ex *Urſula Brandeburgica* f. *Ioannis Electoris* 1506. ducta, 1511. extincta (præter *Sophiam* 1507.

Henricus pacificus.

editam

editam, Erneſto Brunſvicenſi Duci 1528. nuptam, & 1541. extinctam, ac *Urſulam* 1510. genitam, Abbatiſſam Ribniciam, 1586. defunctam) natum 1509. filium *Magnum Epiſcopum Sverinenſem*, & maritum *Eliſabethæ* f. *Friderici R. Daniæ*, quam 1543. duxerat, ſed 1550. morte reliquit, extulerit, ex altera *Helena Palatina* filia *Philippi Electoris*, 1513. ducta (tertia *Urſula* f. *Magni Ducis Saxoniæ inferioris*, 1551. adſcita, liberos non genuit) præter *Margaretam* & *Catharinam* 1515. & 1518. ſuſceptas (quarum illa 1538. Henrico D. Monſterbergio, hæc eodem anno Friderico D. Lignicii nupſit, & mortuæ ſunt 1559. & 1581.) 1514. natus PHILIPPUS ſuceſſit, ſed ἄγαμος iterum ſucceſſionem poſt quinquennium 1557. morte ſua ad patrueles transmiſit. Fuit enim alius Magni filius & Henrici frater ALBERTUS cognomento *Formoſus*, (quod inter omnes principes ſui temporis corporis majeſtate & forma excelleret) belli quam pacis amantior. Cum fratre adverſus *Lubecenſes*, inde *Carolo V.* in obſidione *Geldriæ* militavit. 1530. cum aliis principibus electus eſt, qui circa religionem tentarent res componi.[a] Poſt mortem *Friderici Regis Daniæ* in regno cum *Chriſtophoro Oldenburgico* partes *Chriſtierni* captivi, & *Hafniam* contra *Chriſtianum III.* defendit, tandem coactus eſt dedere & veniam petere. Magnam partem ditionis comiti Sverinenſi ademit, & illum titulum ſuis adjunctum

Philippus.

Albertus.

[a] Luth. T. 5. Altenb, f. 525. b.

adjunctum primus usurpavit [a]. Ei cum moretur 1547. ex *Anna Brandenburgica* f. *Joannis Electoris*, 1524. ducta, 1567. extincta, superfuere præcipue præter *Annam* 1533. genitam, & Gothardo primo Duci Curlandiæ 1566. elocatam, filii nati 1525. JOHANNES ALBERTUS, 1528. ULRICUS, 1529. GEORGIUS, 1537. CHRISTOPHORUS, CAROLUS, 1536. LUDOVICUS: è quibus *hic* 1585. dicitur decessisse: *iste* initio Commendator Mirovienſis, dein post fratrem *episcopus Razeburgius*, & à nepote Joanne liberorum tutor relictus, administravit ducatum, & decessit 1610. *Ille* olim 1552. à fœderatis principibus regi *Galliæ* datus obses [b]: dein fratris *Johannis Alberti*, cui ejus assignata sustentatio, cura, *Razenburgiam* diœcesin, quam Schulenburgius accepta pecunia concesserat, obtinuit, & 38. annis, sumta in arce *Schonbergia* sede, & *Evangelica* religione introducta, administravit: inde multorum commendatione ab *archiepiscopo Rigensi* coadjutor sumtus est, eumque cum illo à *Wilhelmo Furstenbergio* M. *Magistro ordin. Livoniæ* (Male habuerat ordines, quod externus princeps insciis illis assumtus) captus, atque *Treidenæ* asservatus fuisset, 1557. ope regis *Poloniæ* & *D. Borussiæ* libertatem uterque recuperavit. Inde cum 1560. ad intestinum bellum ob *Magni Holsati* insolentiam Livonia spectaret, sua autoritate motus

Ludovicus. Carolus

Christophorus.

a Rittersh.
b Thuan. L. 8. p. 369. L. 9. p. 456.

motus compreſſit. Cum vero fruſtra auxilio *adverſus Moſcos*, adverſus quos cum M. Mag. aliquot expeditiones non infelices ſuſceperat, Livoniæ obtinendo in *Germaniam* ſuſcepto itinere Imperium ſolicitaſſet, eoque non impetrato reliqui ad *Polonum* reſpicerent, 1562. cum rege Sveciæ *Erico* tranſegit, ut ejus ope Archiepiſcopatum tenere poſſit, quem etiam, ubi ſub reditum ejus Archiepiſcopus mortuus erat, occupavit. [a] Sed brevi poſt in venatione à *Gothardo D. Curlandiæ* & *Erneſto VVeiero* nomine regis *Poloniæ* captus & dejectus, actota diœceſi *Polonico regno* addictâ captivus *Ravæ* integro quinquennio detentus & durius habitus eſt. Dimiſſus reliquam ætatem domi *Chymiæ* & Muſicæ ſtudio otium fallens, donec 1592. ſubita morte opprimeretur, exegit, nulla maſcula prole ex *Dorothea* f. *Friderici R. Daniæ* 1573. ducta, 1575. extincta, & *Eliſabetha* f. *Guſtavi R. Sveciæ*, quæ 1581. ducta [b], 1597. defuncta, mater tantũ *Margaretæ Eliſabethæ*, quam 1584. peperit, quæ dein Joanni Alberto agnato nupta 1611. 1616. deceſſit, relicta. Ei vero ob peritiam militarem annuam penſionem Maximilianus II. & Rudolfus Imperatores numerarunt, ut re-

a Thuan. L. 32. p. 178. Paſtor. Flor. Polon. L. 3. c. 7. p. 205.

b De ejus nuptiis jam actum erat 1562. Thuan. L. 32. p. 178. Inde deſtinata fuit Henrico R. Galliæ. 1574. Thuan. L. 89. p. 57. ſed rurſus omiſſa. p. 63.

ut requisitus eis præsto esset. Conf. de eo Thuan. L. 9. p. 456. 22. p. 1000. 26. p. 1195. 32. p. 178.)

Georgius. GEORGIUS in bello *Smalcaldico* Cæsari militavit[a], hinc *Henrico Brunsuicensi* adversus urbem *Brunsuicum*: tum ab hoc dimissas copias recepit, ut *Magdeburgum* premeret.[b] In ea obsidione juvenilis ejus ferocia notata, & ipse cum jam electores *Saxo* & *Brandeburgicus* superveniissent, qua ratione ei imperium abrogatum, ab obsessis captus, atque in urbem ductus est. Sed paulo post, 1552. vi pactorum à Magdeburgicis dimissus[c], in fœderatorum exercitu, tormento in obsidione Francofurti, quam confœderati quod Cæsareo præsidio tenebatur oppugnabant, ictus periit.[d]

Ioannes Albertus. Vlricus. Reliqui fratres JOHANNES ALBERTUS & ULRICUS *episcopus Sverinensis*, & ipsi docti & literarum amantes fuere, atque simul *Rostochiensem* academiam dotarunt.[e] Illis vero, quibus universa principatus administratio communiter data fuerat, Megapolis quicquid in judiciorum publicorum atque Ecclesiæ, qua doctrinæ normam & disciplinæ leges, ordinatione, quæ omnia antea jacebant, salubriter institutum habet, acceptum refert. Cæterum ipsorum alter quidem (*Vlricus*) ex *Elisabetha Danica*

a Thuan. L. 2. p. 100.
b Thuan. L. 6. p. 302.
c Thuan. L. 8. p. 367.
d Thuan. L. 10. p. 486.
e Thuan. L. 62. p. 181.

Danica f. *Friderici Regis*, Magni agnati vidua 1556. ducta, 1586. extincta, filiam tantũ *Sophiam* 1557. quæ 1572. *Friderico II. Daniæ regi* nupsit, & 1631. fatis concessit; & *Anna* f. *Philippi Ducis Pomeraniæ*, 1588. ducta, 1626. mortua, nihil sobolis suscepit, sed vitam ad 1603. produxit. Prior vero (*Johannes Albertus*) ducatum omnem ad normam *Augustanæ Confessionis* reformavit, tum 1552. fœderi pro defensione religionis & libertate Landgravii icto dedit nomen, & ipsi expeditioni interfuit.[a] 1566. Cum orto dissidio inter cives & senatum *Rostochienses*, Cæsar causæ disceptationem Principi mandasset, ipse armatus in urbem intromissus, cum initio senatui favere videretur, demum gravius illum habuit. Frater autem Ulricus non parum se opposuit. Unde Imperator, ne hac occasione Ulrico ad *Danos*, fratre ad *Svecos* respiciente, arma externa in imperium attraherentur, veritus, inhibitorium misit diploma, terminos mandati transgressum principem conquestus. Arx tamen, quæ extrueretur, designata. 1573. Iterum res ad bellum spectavit, civibus se adversus arcem palis ligneis communientibus, Megapolitanis autem, quos Dani juvabant, portum obsidentibus, donec interventu nobilitatis res componeretur, & civitas superiorum venia accepta, principibus juraret. Non diu post hæc 1577. Johannes Albertus vivis

[a] Thuan. L. 9. p. 451.

vivis exceſſit. Uxor ei fuerat *Anna Sophia Brandeburgica* filia *Alberti D. Boruſſiæ*, 1555. ducta, & 1591. extincta, cui 1556. gener, ut *Oſiandrinis*, quorum princeps *Funccius* ad meliorem mentem tum reductus, omiſſis, ſolam *Evangelicam religionem* obtinere pateretur, dein ut neglecto Electore agnato ſibi tutelam teſtamento aſſignaret, perſuaſit: ex quo ultimo non parvi motus. (conf. Thuan. 9. p. 451. 17. p. 811. 38. p. 424. 428. 57. p. 1258. 62. p. 181.)

Ioannes Sigism. Augu. ſtus.

Filii ex ea ſuſcepti 1558. JOANNES & 1560. SIGISMUNDUS AUGUSTUS in tutela fuere patrui *Ulrici*, *Auguſti Saxonis* & *Johannis Georgii Brandeburgici*. Ex quibus hic maritus *Mariæ Claræ* f. *Bogislai D. Pomeraniæ* 1593. ductæ, quæ poſtmodum *Auguſto D. Brunſuici* nupſit, ἄπαις 1603. *ille* poſt ſtudia domi & Lipſiæ exculta, cum ditiones cum patruo *Ulrico*, ejus exemplum ſemper defixis oculis intuens, communi regimine adminiſtraſſet, ſubitanea morte [a] in ipſo ætatis flore 1592. abreptus, ingens ſui ob varias virtutes deſiderium, & filios ex *Sophia* f. *Adolphi Ducis Holſatiæ*, 1588. ducta, quæ 1634. deceſſit, reliquit ADOLFUM FRIDERICUM & JOHANNEM ALBERTUM 1589. & 1591. natos, illisque tutorem *Carolum Epiſcopum Razeburgium* dedit. Cæterum ab his duobus lineæ *Sverinia* & *Guſtroviana*.

I. LINEA

a Melancholico morbo correptus tragicum vitæ exitum, pœnitens tamen, habuit, in arce Stargard. 22. Mart. 1592.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [756] - 720
PUBLIC DOMAIN

I. LINEA SVERINENSIS.

ADOLFUS FRIDERICUS, poſtquam una cum fratre in tutela *Caroli patrui magni* adoleverat, adminiſtrationem ab eo ſuſcepit. Sed quia in *Danico* bello regi faverant principes, 1628. à Cæſare proſcriptorum ducatus *VVallenſteinio* conceditur. A Danis præſidium nullum, unde etiam in *Lubecenſibus* tractatibus, in quibus *Svecus* eorum protectione ſuſcepta rationem haberi petierat, omiſſi. Nec deſtitit *rex Sveciæ* illorum reſtitutionem urgere, ad mulctam etiam ſe offerens pro illis repræſentandam, ſi damnarentur, donec armatus Germaniam ingreſſus ducatum ipſe, edicto prius ſubditis ad legitimorum ducum obſequium revocatis, recuperaret, eosque, qui ad *Lipſienſem* conventum paulo antea miſerant legatos, ſolenni cerimonia 1631. introduceret. Poſt hæc cum Cæſare in *Pace Pragenſi* reconciliati ſunt. In *Oſnabrugenſi* tractatu, ut *VViſmariam* Svecis cederet, Epiſcopatus *Sverinenſis* & *Razenburgius* una cum aliquot commendis domui in compenſationem data. Moriens dux 1658. ex *Anna Maria* f. *Ennonis C. Oſtfriſiæ* 1622. ducta, 1634. extincta, præter filias *Sophiam Agnetem*, natam 1625. Erdmanni Auguſti March. Brandenburgici ſponſam, qui ante nuptias deceſſit, & *Annam Mariam*, natam 1627. AuguſtoD. Saxoniæ 1646. nuptam, 1669. ex-

Adolf. Fridericus.

tinctam, reliquit filios CHRISTIANUM (natum 1623. cui cum patre multæ contentiones, inde cum conjuge *Christina Margareta* patrueli, quam 1650. duxerat. Ad Pontificios defle-xit 1663. & *Christiani Ludovici* nomen assum-sit, atque *equitibus S. Spiritus* adscriptus est. In Gallia viva adhuc priori conjuge, quæ ante sexennium defuncta, superinduxit *Isabellam Angelicam* f. *Francisci Montmorencii C. Butevillii viduam (asparis Colinii D. Castilionei*, quæ semel in Germaniam ducta in Franciam tamen redire maluit: in hac maritus etiam majorem temporis partem hactenus exegit; sed prole

Carolus. destituitur) CAROLUM (qui natus 1626. Svecis in Polonia militavit, legionis Colonellus, inde in *Mirovv* habitavit, & decessit 1670.)

Ioannes Georgius. JOANNEM GEORGIUM (natum 1629. qui item in Mirovv habitavit, maritus *Elisabetha Eleonora* f. *Antonii Ulrici D. Brunsuicensis*, & 1675. decessit, princeps pietatis laude insignis.) & GUSTAVUM RUDOLFUM (qui

Gustav Rudolfus. natus 1631. Canonicus Argentinensis fuit, & nulla relicta sobole ex . . . . f. *Francisci Henrici D. Saxoniæ inferioris* 1670. decessit.) Ex secunda conjuge *Maria Catharina* f. *Julii Ernesti D. Brunsuicensis* 1635. ducta, plures sibi nasci vidit 1636. *Iulianam Sibyllam.* 1638. *Fridericum.* 1639. *Christinam.* 1646. *Mariam Elisabetham.* 1647. *Annam Sophiam.* 1652. *Philippum Ludovicum.* 1653. *Henricum VVilhelmum:* quibus

quibus acceſſit poſthumus *Adolphus Fridericus*. Ex his filii ſuperſunt FRIDERICUS, qui in Ungaria contra Turcas militavit, inde ſub Electore Brandeburgico Colonellus ſtipendia meruit. Nunc in *Grabau* habitat, maritus *Chriſtinæ VVilhelminæ* f. *VVilhelmi Chriſtophori Landgravii Haſſiæ*, ex qua filium ſuſcepit: & ADOLFUS FRIDERICUS, qui ex peregrinatione domum rediit. *Friderici.* *Adolf. Friderici.*

II. GUSTROVIANA.

vide pag. 721.

JOHANNES ALBERTUS natus 1590. *Guſtrovium* obtinuit, paria autem fata cum fratre habuit, niſi quod *Reformatis* acceſſit, & ante fratrem 1636. extinctus eſt. Ei è conjugibus *Margareta Eliſabetha* agnata, ducta 1611. 1616. defuncta, tantum filiæ natæ 1613. *Sophia Eliſabetha*, Auguſto D. Brunſuicenſi 1635. ſociata, & 1615. *Chriſtina Margareta*, uxor Franciſci Alberti D. Saxoniæ inferioris 1640. ducta, & 1650. Chriſtiani patruelis, à quo diſceſſit & . . . . obiit. Ex altera *Eliſabeta Haſſiaca* f. *Mauritii Landgravii*, 1618. ducta, & 1625. extincta nulli; ex *Eleonora Maria* f. *Chriſtiani principis Anhaltini*, 1626. ducta, quæ 1657. fatis conceſſit, præter *Annam Sophiam*, genitam 1628. Ludovico D. Lignicio 1649. copulatam, & 1666. mortuam, & *Luiſam*, cui 1635. natalis, *Ioannes Albert.*

talis, 1648. emortualis annus fuit, unicus superfuit filius GUSTAVUS ADOLFUS, natus 1633. Hunc tutor patruus matri invitæ [a] eripuit, ac in religione *Augustanæ Confessionis* (quam nunc quoque constanter tuetur, princeps & pietate & literis pariter commendandus) educavit. Cæterum jam *Razenburgius* administrator designatus fuerat, quo jure se in pacis commodum abdicavit, duobus in capitulis *Magdeburgico* & *Halberstadiensi* canonicatibus acceptis. His canonicatus etiam *Argentinensis* accessit. Cum patruelis *Rostochium* urbem homagio accipiendo ingressus esset, ipse quoque eodem se contulit. Res vero citra majores motus peracta. Uxorem habet *Magdalenam Sibyllam Holsatam* f. *Friderici Ducis*, quam 1654. duxit, & ex ea sex filias, & post *Ioannem* quem quinquennem amiserat 1660. CAROLUM 1664. suscepit, lineæ suæ adhuc spem unicam.

Gustavus Adolfus.

II. RAMUS VANDALICUS.

vide pag. 708.

Hunc cepit NICOLOTUS *Vandaliæ* (in qua *Gustrovia*, *Plavia*, *Ribenitia*, alia) dominus, *Ioannis Megapolitani* & *Burvini Rostochii* frater, *Henrici junioris* filius, qui à patre inchoatum collegium Gustrovienſe absolvit, & 1277. vivis excessit.

Nicolotus.

[a] Ea scripto etiam tutelam prætendit. Limn. Jur. publ. T. V. add. ad 4, 8. p. 303.

excessit. Nati eo & principe *Anhaltina*, *Henricus senior*, quem proprii ex *Rugia* principe susceptī filii, quod tertiam conjugē ducere vellet, *Henricus*, *Nicolotus* & *Burvvinus* (ille ob id exul, iste parricidii pœnitentia confectus, omnes hereditate à patruelibus excluſi,) sustulere, *Bernardus* Monachus Dominicanus & *Ioannes* cognom. *Pacificus*: Joanne & comitissa *Rupinensi* præter aliquos clero addictos, *Nicolotus Rugiorum* victor & *Brandeburgiorum*. Hic 1316. moriens ex *Rixa Danica Ioannem seniorem* reliquit, ex *Mechtilde Pomerana Ioannis junioris* & *Nicoloti*, quo alius *Ioannes* natus, patrem. In *Ioannis junioris* ex *Mechtilde Luneburgensi* filiis linea duplex, quarum altera in *Nicoloto* marito Comitis Holsatiæ cepta, in *Laurentio* qui 1393. extinctus continuata, in hujus & *Mechtildis* agnatæ filiis *Baltasare* 1421. & *Ioanne* 1414. mortuis extincta est; altera *Bernardum* autorem habet, qui *Ioannis*, hic *Nicoloti* (qui à pietate, prudentia atque parsimonia laudatur, & 1406. decessit) *Christophori* (qui prœlio adversus *Iohannem M. Brandeburgium* cecidit) & *VVilhelmi* pater fuit. In his fratribus 1430. familia defecit, cum ex *VVilhelmi*, qui pridem Ecclesiasticus dispensatione Pontificis uxorem duxerat, & *Sophiæ Pomeranæ* [a] conjugio non nisi *Catharina* agnato *Ulrico*

a Reusn. uxorem dat *Annam* f. *Alberti princ. Anhaltini.*

Stargardiò nupta, nata esset. Heredes fuere ex altera linea Megapolitani.

II. LINEA POMERANA.

vide pag. 706.

Non omnes de origine hujus gentis (quæ sæpe *Gryphia* s. *Gryphonia* [a] vocatur) sentiunt eadem: nec diffitendum est, antequam *Val. Eichstadius* Philippi Ducis Cancellarius aliquod lumen ei affunderet, in tenebris fere latuisse [b]. Qui diversam à nostra (per quam *Vandalicæ* Herulorum arbori inseritur ramus) deductionem volunt, aut ad *Svevorum* in *Baltica* ora reliquias, aut ad Polonos recurrunt. Præferri tamen eam autumo, quæ modo notata, ut *Mistevonis Regis Vandalorum*, qui Saxonum terror fuit, præter *Udonem* Megapolitanorum satorem, filii etiam agnoscantur fuisse *Ratiborus*, cujus octo filios 1048. *Magnus Rex Daniæ* in ducatu Slesvicensi occiderit, & BOGISLAUS,

Mistevo R. Vandal

Bogislaus.

a Undecunque hoc nomen oriatur, certe admodum frequens illis oris fuisse oportet, unde opidorum nomina *Gryphiswalda*, *Gryphenhaga*, *Gryphenberga*, &c. Inde & in insignibus gryphes frequentes.

b Unde Cranzius fatetur, ortas esse de successione Pomerana lites, cum series stirpis à diversis lineis probari nequiret. Joannes Fridericus Dux Pomeraniæ gentem à Gothis derivari voluit, & Cromerum de prioris opinionis correctione graviter monuit, qui tamen peritioribus hunc scirpum enodandum commendavit. Vide Hæping. de Jur. inst. c. 6. p. 354.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [762] - 726
PUBLIC DOMAIN

LAUS, SVANTIBORI pater. Ad hunc communius hactenus relata est genealogia, qui à *Bela Vngaro* auspiciis *Micislai R. Poloniæ* victus, & ad religionem *Christianam* adductus, eo digresso in libertatem se iterum vindicavit, & cum hostibus eundem Deum, *Christum*, colere renuit. Inde gravia in *Polonos* (quibus parere recusabat, sed tandem se coactus submisit) & *Danos* bella. Moriens 1107. filios reliquit quatuor, qui omnes demum *Christiana* sacra coluere, & *Ottone Andechsio episcopo Bambergensi*, Cancellario *Henrici IV.* [a] (qui ex eo *Pomeranorum Apostolus* dictus, & *Sanctis* 1189. à Clemente III. ascriptus, eique Stetini templum dedicatum est) adscito gentem suam ad eadem adduxere. Iidem Polonorum quoque excussere jugum, & à *Danis* insulam *Vsedomiam* vindicarunt. Cæterum ex his WARTISLAUS & RATIBORUS citeriorem, SVANTOPULCUS & BOGISLAUS *ulteriorem* sortiti sunt Pomeraniam. Unde duæ lineæ; *Vlterioris* Pomeraniæ à Bogislao: *Svantopulcus* enim captus à Boleslao Crivousto Polono sine herede 1120. decessit: *citeroris* à reliquis duobus fratribus. *Svantiborus*

I. POMERANIÆ ULTERIORIS.

Hæc linea moribus & linguæ Henetorum semper pertinaciter adhæsit, & cum altera ad

[a] De hoc leg. Mallinkrot. de Cancell. Imp. p. 132.

Germanicos mores & imperium transgreſſa, nihil commune habuit. Perpetuis autem bellis adverſus *Polonos*, *Boruſſos*, *Danos*, exagitata eſt.

Bogislaus. Reliquit BOGISLAUS ſator lineæ, Dominus ditionis quæ nunc *Caſſubia* & *Pomerellia*, à *Boleslao Crivouſto* ad Chriſtiana ſacra adductus,

Subislaus. filium *Subislaum*, qui *Olivenſis* cœnobii 1180. ſ. 1170. & dein *Dantiſci*, expugnata à Danis condita arce, conditor vel inſtaurator fertur fuiſſe. 1187. vivis exceſſit. Ex *Anna Micislai*

Samborus. *Poloniæ* principis filia ſuſcepit *Samborum*, qui Poplinum condidit, & Olivam perfecit, ac 1207. mortuus dicitur; pater *Subislai II.* ἄπαιδος, ac

Meſtovinus. *Meſtovinum I.* qui 1220. deceſſit: Pater ex *Maria* matertera quatuor filiorum: Ex

Wartislaus. quibus tres *Wartislaus*, *Samborus* & *Ratiborus*,

Samborus. ſua dicuntur *cruciferis* Boruſſiæ legaſſe, quæ

Ratiborus. origo gravium bellorum: *Svantopulcus III.* au-

Svantopulcus. tem, qui victor Danorum recuperatis quæ majores amiſerant, Polonorum jugum excutere cepit. Cum ergo eum ut rebellem opprimere moliretur *Leſcus Albus dux Poloniæ*, hunc ipſe in balneo oppreſſit, cumque nudus aufugere conaretur, obtruncavit 1227. *Cruciferis* in occupanda Boruſſia auxilio fuit, demum ſuis etiam terris inhiantes ipſe oppugnavit. *Culmenſem* tractum ferro & igne vaſtavit. Demum Gedani mortuus 1268. ſeu 1266. ex *Salome* ſ. *Salonica* f. *Romari Ruſſi* præter eos, qui in pueritia extincti, nec non filias *Helenam* ſ. *Heilin-*

gam.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [764] - 728
PUBLIC DOMAIN

gam, uxorem Vladislai Sputatoris princ. Poloniæ, & *Salomen* conjugem Ziemomisli D. Lencicienſis ex Mazoviis, reliquit *VVartislaum* & *Meſtovinum*, qui à cruciferis bona patruorum armis vindicare ſunt conati. *VVartislaum* frater hereditate excludere molitus eſt, & in vinculis tenuit. *Wartislaus.* Sed elapſus 1272. *Conradum M. Brandeburgium* in auxilium vocavit, atque *Gedanum* oppignoravit. Aſt in ipſo belli apparatu 1275. mortuus eſt, nulla ex *Zemoviti D. Mazoviæ* filia relicta prole. *Meſtovinus* autem *Meſtovinus.* Conrado Brandeburgio Gedanum eripuit, ſed in compenſationem ſumtuum belli 10000. ſexagenarum dedit. Cæterum cum in Meſtovino 1295. terminata eſſet linea (nam filias tantum genuit, quæ *Margareta* Vislao principi Rugiæ, *Meſtovina* Pribislao juniori princ. Vandaliæ, & alia cujus nomen latet Adolfo C. Holſatiæ & Vagriæ nupſere) ſucceſſionem ſibi *Poloni*, quorum Ducem Primislaum odio agnatorum Meſtovinus heredem inſtituerat[a], adjuti ſubditorum, quos morum & linguæ convenientia invitabat, favore, occuparunt. Viciſſim agnati duces citerioris Pomeraniæ pro hereditate gentilium pugnabant. Tandem *cruciferi* 1213. magnam partem ſuæ *Boruſſiæ* adjunxere, reli-

[a] Thuan. L. 65. pag. 325. Alii ajunt agnatos ſcriptos heredes, ſed ſubditos his infenſos, quia Vandalicæ gentes à novis coloniis commerciorum jure excluſæ, Polonos admiſiſſe.

qua cis *Stolpam* in poteſtate Pomeranorum relinquentes. Nec minus *Brandeburgici* illos motus in ſui compendium, limitibus prolatis, verterunt.

II. POMERANIÆ CITERIORIS.

vide pag. 727.

Hæc linea brevi tempore *Germanicos mores*, cum inprimis coloniæ *Saxonicæ* ex Saxonia, Weſtfalia, *Friſia*, *Hollandia*, *Flandria*, introducerentur, tum occaſione *clientelæ Saxonicæ*, in quam ſe duces dederant, aſſumſit[a]. Cæterum cum duo fratres citeriorem Pomeraniam ſortiti ſint, WARTISLAUS & RATIBORUS, duplex etiam linea; *hic*, qui Rugiis *Bartum*, *Tribſeſiam* & *Grimmium* eripuit, 1151. mortuus eſt, & ex *Pribislaa* f. *Boleslai Crivouſti principis Poloniæ*, præter *Margaretam* Bernardi fortiſſimi comitis Razeburgii conjugem, filios habuit *VVartislaum* & *Svantopulcum* ſ. *Svantiborum*, qui relicto patruelibus ulteriori principatum citeriorem cum *Stettino* ſumſere ſibi. Ex his inprimis *VVartislaus* princeps fortiſſimus cum *Danis* & *Henrico Leone* pro libertate ſua & *Megapolitanorum* (ex quibus *Pribislaum* ab Henrico ejectum reſtituit) diuturna geſſit bella. Quatuor comites *Adolfum Holſatum*, *Chriſtianum Oldenburgium*, *Reinaldum* ſ. *Richardum Dietmarſum* & *Gunzelinum Sverinenſem* 1164. obſidione *Demmini* depulit, Adolfo cæſo.

Ratiborus.

Wartislaus.

a Conf. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 16. p. 289.

cæso. Inde tamen se recipere coactus, cum Leo *Demminum* & *Volgastum* diriperet, hoc digresso sua recuperavit. Fatis cessit 1186. Verum in ejus filio *Bartholomæo* 1224. linea defecit. *Ille* vero (WARTISLAUS) reliquorum Pomeranorum pater fuit: & 1124. ab *Ottone Bambergensi* baptisatus Episcopatum *Julini* & *Stetini eadem S. Jacobi* fundavit: tum *Marchiam Novam* & *Uccariam* ad *Gustroviam* usque sibi subjecit: tandem vero 1136. à ministro, quem *Vandali* odio religionis instigaverant, ipse vero jam vulneratus confecit, peremtus est. In necis hujus memoriam à fratre cœnobium *Stolpense* conditum. Uxores habuit *Helenam* f. *Henrici nigri Ducis Bavariæ* & *Saxoniæ*, 1128. extinctam, & *Joannam* s. *Idam* filiam *Canuti R. Daniæ*. *Bartholomæus.* *Wartislaus.*

Filii Wartislai CASIMIRUS & BOGISLAUS II. cum *Henricus Leo*, in cujus fuerant clientela, pulsus esset, præsente *Rege Daniæ Waldemaro*, solenni cerimonia porrectis aquilis à *Friderico Barbarossa* 1181. in castris ad *Lubecam* duces creati sunt, data in Imperio sessione[a]. Inde tamen jussus Bogislaus classe *Daniam* petere, & ab Archiepiscopo *Absalone*, regni administratore, victus in tutelam Daniæ concessit. Idem *Julino* 1173. à Danis destructo 1178. sedem Episcopatus *Caminum* transtulit, multaque prædia assignavit, sed ea conditione, ut ditio pacis & belli tempore Pomeraniæ *Casimirus.* *Bogislaus.*

[a] Conf. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 16. p. 260.

raniæ juncta maneret, & non nisi de principis consensu legeretur Episcopus. Cæterum ex his fratribus *Casimirus*, qui Demmini habitavit, & 1187. in Palæstina mortuus est, posteritatem quidem habuit, nam filius *Svantiborus*, qui obiit 1244. & nepos *Casimirus III.* successere, & avitam regionem pacifice diu rexerunt: Hic tamen ultimus circa 1273. terminavit lineam. Alter *Bogislaus II.* autem, qui 1188. decessit, maritus *Walpurgis* f. *Woldemari I. Regis Daniæ*, & *Anastasiæ* f. *Mislai D. Poloniæ*, præter *Casimirum II.* qui 1217. Hierosolymis decessit, herede ex *Irmgardi* f. *Iaromari princ. Rugiæ*, *Wartislao* tertio[a], qui à Danis quædam in Megapolitanis confinibus, *Demminum* & *Loiz*, recuperavit, *Greiffenbergam* in civitatem erexit[b], & maritus *Sophiæ* f. *Boleslai D. Poloniæ*, ἄπαις decessit 1264. BOGISLAUM III. genuit, cui adversus *Albertum M. Brandeburgicum* bellum. Sub eo per colonias *Saxonicas*, quæ *Anclamum*, *Golnoam*, *Ukarmundam*, *Freienvvaldam*, *Damium* condiderunt aut restaurarunt, oppressa *Slavica* gens, & jus *Lubecense* introductum. Defuncto 1222. ex *Vislava Iarolphi princ. Russiæ* vel *Micislai D. Poloniæ*, quæ 1240. obiit, genitus successit cum fratre *Bogislao IV.* qui cum Alberto Marchione acie conflixit, & 1224. obiit. BARNIMUS I. cognomento *Bonus*, fratris *Bogislai*, & pa-

Casimirus 2.

Wartislaus 3.

Bogislaus 3.

Barnimus I.

a Alii hunc Casimiri fratrem volunt.

b Quod alii Barnimo I. tribuunt.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [768] - 732
PUBLIC DOMAIN

& patruelium heres, *Garziæ* & *Greiffenhagæ*, tum aliquot monasteriorum, conditor. Dein cum patre Ecclesiæ *Caminensi* concessit *Colbergam*, tum bellum ob *Novam Marchiam* cum *Iohanne I.* electore Brandeburgico gessit, quod compositum, cum ducis filia *Hedvigis* nupta *Ioanni*, *Primislaviam* cum *Marchia Vccaria* doti adferret. Cum Polonis etiam 1250. bellum habuerat, & post provincias 56. annis laudabiliter administratas mortuus est *Barnimus* 1287. Inter ejus filios fuit *Barnimus II.* cui *Mestovinus* agnatus 1295. donaverat ditiones in ulteriori Pomerania, sed *Poloni* à successione Pomeranos prohibuere. Idem 1295. in adulterio à *Wigando Moccarvitio* confossus, filiam tantum *Mechtildem* Joannis Domini Vandaliæ conjugem reliquit. Reliqui duo Barnimi I. filii OTTO & BOGISLAUS IV. ramos diversos incipiunt, *Stettinensem* & *Wolgastensem*. *Barnimus 2.*

I. STETTINENSIS.

OTTO nactus *Stettinum* & quicquid orientem versus huic adjacet, bellum adversus *Megapolitanos*, dein *Ludovicum Bavarum Electorem Brandeburgicum*, cui Episcopus *Caminensis* assistebat, habuit: sed dein *Belgardiæ* transactum, ut Episcopi Duces fundatores & patronos agnoscerent, & communes haberent ipsi cum hostes. Ei 1345. in regimine & bello adversus *Otto.*

versus *Ludovicum Brandeburgicum* succeſſit ex *Eliſabetha* f. *Nicolai C. Sverinenſis* filius BARNIMUS *Magnus*. Is bello ſæpius victor[a], tandem tamen dicitur in caſum deficientis prolis *Brandeburgicis* addixiſſe ſucceſſionem. Quod autoritate Ludovici Imperatoris ita transactum in Comitiis Francofurtenſibus. Idem agnato *Barnimo IV.* in defenſione *Rugiæ* adverſus *Megapolitanos* aſtitit. 1368. mortuo ſucceſſere ex *Agnete* f. *Ottonis D. Brunſuicenſis*, quæ 1371. defuncta, nati filii *Bogislaus VII.* (qui deceſſit 1404. relicta vidua *Eliſabetha* f. *Erici D. Brunſuicenſis in Grubenhagen*, quæ dein abbatiſſa fuit Gandersheimia) *Caſimirus IV.* (bellicoſus princeps, qui *Ottonem Marchionem* ſuperavit, *Ioannem Comitem Lindaviæ* & *Rupini* cepit, & 1373. in obſidione Kœnigsbergæ in Marchia nova ſagitta per fauces trajectus interiit ἄπαις, licet maritus *Salomes* f. *Ziemoviti D. Mazoviæ*) & SVANTIBORUS II. cui ab uxore *Annæ Hennebergica* f. *Popponis* obvenit *Kœnigsberga* Franconiæ, quam dein Baltaſari Landgravio Thuringiæ vendidit: Mortuus 1413. ex Anna liberos habuit *Margaretam* Ulrico D. Megapolitano in Stargard junctam: *Ottonem II.* qui 1427. nulla prole relicta ex *Hedvige* f. *Magni D. Megapolitani* mortuus eſt.) & CASIMIRUM VI. Hic victus à *Friderico I. Electore Brande-*

Barnimus Magnus

Bogislaus 7.

Caſimirus 4.

Svantiborus 2.

[a] Ludovicum marchionem acie fudit ad Prenzlaviam in Uccaria marchia 1392. iterum quinquennio poſt ad Kremme.

Brandeburgio 1420. ad novam Angermundam, & demum totam *Vccariam Marchiam* restituere coactus est. Uxorem habuit *Catharinam* f. *Bernardi* D. *Brunsuicensis*, quæ 1429. eum viduum reliquit. Quam ipse 1433. secutus præter *Annam Ioanni* D. *Megapolitano* nuptam filium reliquit JOACHIMUM, qui 1451. successionem transmisit ad filium ex *Elisabetha* f. *Ioannis* M. *Brandeburgii* OTTONEM III. qui quod eum Ericus rex propiorem agnatum quam Wolgastenses essent (quæ genealogiarum isto tempore ignorantia fuit) dixisset, tertiam partem hereditatis illius nactus est. In hoc cum 1461. extinctus ramus, bellum acre inter *Brandenburgicos*, quibus *Imperator Fridericus III.* feudum contulerat, & agnatos reliquos *Wolgastensis* rami ortum est: præsertim cum in historiarum tenebris series genealogica, quod ab eadem descenderint origine, doceri satis non posset.

Ioachimus.

Otto.

II. WOLGASTENSIS.

vide pag. 733.

BOGISLAUS IV. *corpus & anima* dictus, provinciam à Demmino usque Anclamum, tum Usedomiam, Julinum, Caminum, Stargardiam ad Pomerelliam usque nactus, agnatorum in *Pomerellia* successionem ab *Vladislao Loctico* vindicare armis frustra conatus est.

Bogislaus 4.

Bello

Bello autem adverſus *Conradum*, *Ioannem* & *Waldemarum Brandeburgicos*, his *Stargardiam* ademit, muroque cinxit, & 1319. moriens ex poſteriori conjuge (prior *Agnes* f. Joannis M. Brandeburgii 1309. mortua erat, mater *Annæ* Samboro princ. Rugiæ elocatæ, *Helenæ* Bernardo princ. Anhaltino nuptæ, quæ 1315. deceſſit, ... conjugis Nicoloti pueri Megapolitani Domini Roſtochii) *Margareta Rugia* principis *Vislai* filia, præter filiam *Eliſabetham*, Erico duci Saxoniæ ſociatam, filium reliquit

Wartislaus 4. ſucceſſorem WARTISLAUM IV. qui extincto avunculo *Wislao* 1325. *Rugiæ* principatum adverſus *Danos*, & qui aliquid juris prætendebant, *Megapolitanos* ſibi vindicavit, Dano victo, ut jus ſuum cederet[a]. *Brandenburgicis* autem *Paſevalcum* & *Primislaviam*, Cruciferis & Polonis *Stolpam*, *Slavam*, *Regenvoldam*, & *Belgardam* bello extorſit. Extinctus 1326. filios ex *Eliſabetha* f. *Henrici* D. *Vratislavienſis* reliquit *VVartislaum V.* qui *Monachorum pater noſter*

Wartislaus 5. nuncupatus pro portione ſua annuam ſibi penſionem pactus eſt, & licet maritus *Annæ Megapolitanæ* ἄπαις deceſſit 1390. BOGISLAUM V. & BARNIMUM IV. à quibus iterum Pomeraniæ *orientalis* & *occidentalis* duæ lineæ.

I. POME-

[a] Conf. Conring. de fin. Imp. Germ. c. 16. p. 268.

I. POMERAN. ORIENTALIS.

BOGISLAUS V. gener regis Poloniæ *Casimiri* & socer *Caroli IV. Imperatoris*, cum fratre *Gutskoensem* comitatum defuncto ultimo *C. Ioanne* acquisivit, *Ludovico Romano* victo multa à *Brandenburgicis* recepit, & 1374. mortuus est. Uxorem habuit *Elisabetham* f. *Casimiri R. Poloniæ*[a]. Eo nati præter filias *Elisabetham* uxorem Caroli IV. Imperatoris ductam 1363. extinctam 1393. & *Margaretam*, Ernesti ferrei D. Austriæ conjugem, *Casimirus V.* qui in *Polonia* in aula avi sui educatus, quædam ibi feuda tenuit, & cum fratribus bella adversus *Cruciferos* continuavit, 1377. in oppugnatione arcis alicujus *Schlotter*, quam auspiciis *Ludovici R. Hungariæ* obsidebat, demum lapidis ictu occisus, nulla prole relicta ex *Salome Mazovia*, BARNIMUS V. qui fratris Casimiri auxilio Francofurtum ad Viadrum obsedit, quod Pseudo-Woldemarum suscipere nollent 1348. & 1401. ἄπαις rebus humanis exemtus est, WARTISLAUS VII. qui cum patruele συνωνύμῳ iter *Hierosolymitanum* ingressus Senderoviæ in Servia 1392. moritur (relictis ex *Maria* f. *Henrici D. Megapolitani*, cujus mater *Ingelburgis* fuerat *Margaritæ Semiramidis Arctoæ* soror, filia-

Bogislaus 5.

Casimirus 5.

Barnimus 5.

Wartislaus.

[a] Alii hanc dicunt decessisse 1336. alii 1344. nuptam perhibent. Reusnerus addit secundam uxorem *Adelheidem* f. *Ottonis D. Brunsuicensis.*

bus *Sophia* uxore Joannis C. Palatini, quæ 1426. deceſſit, & *Agnete* Ottoni Com. Aſcaniæ nuptæ, & filio ERICO I.) atque BOGISLAUS VIII. *Hic* (cui Stargard, Camin, Greifſenberg, Treptovv, obtigerant, penes Wartislaum remanente Stolpa, Rugenvvald, Slage) cum à *Papa* alius, alius ab *Imperatore* deſignatus eſſet Epiſcopus *Caminenſis*, ne electioni capituli fraus fieret, bona *Eccleſiaſtica* ipſe adminiſtravit, ſed cum fratri in ducatu ſucceſſiſſet, reſignavit. Cum vero quædam bona, in quæ redimenda ſumtus fecerat, retineret, ob hoc ab *Epiſcopo Nicolao Bockio* excommunicatus, hunc ejerato Epiſcopatu ordini *Boruſſico* accedere coegit. Tandem cum ſucceſſor eadem repeteret, à *Concilio Conſtantienſi* redditio imperata. Qui morienti 1417. ſucceſſit ex *Sophia* f. *Procopii M. Moraviæ* (matre etiam *Sophiæ*, quæ Wilhelmo principi Vandaliæ uxor data.) filius BOGISLAUS IX. quia *Concilii* decretum ſpreverat, una cum *Stralſundiis*, qui tres *ſacrificos*, quod ob cupreos nummos ſibi oblatos ſeditionem moviſſent, combuſſerant, à *Papa* ſimiliter excommunicatur: Nec deſiit eum *Epiſcopus* vexare, donec hunc *Sigismundus* Imperator in concilio *Baſileenſi* proſcriberet. Demum 1436. *Colbergæ* transactum, & dux mortuus eſt 1448. filia tantum *Sophia*, quæ *Erico II. agnato* nupſit, & 1495. vel 1497. deceſſit, relicta. Solus in hac linea ei ſuperſtes fuit

Bogislaus 8.

Bogislaus 9.

fuit patruelis ERICUS I. quem *Wartislao VII.* natum diximus. Hic vero intuitu aviæ post *Margaretæ* mortem, *Daniæ*, *Sveciæ* & *Norvegiæ* rex creatus, sed fere perpetuis turbis exagitatus est, donec ad otium in Pomeraniam suam secederet 1439. in quo adhuc vicennium exegit. Idem adversus *Holsatos* bellum ob ducatum *Slesuicensem* gesserat, cumque *Hierosolyma* profectus esset, in itinere captus, nec nisi lytro magno redemtus est. Transegit quoque cum *Sigfrido Bockio* Episcopo *Caminensi*, suo quondam Cancellario, ne sine suo consensu unquam Episcopus vel Canonicus eligeretur. Ipse scripsit quæ inpressa extat *historiam Regum Daniæ*. Tandem 1459. morte sua (nam ex *Philippa* f. Henrici IV. Regis Angliæ[a] uxore nullam prolem susceperat) lineam clausit: sed ob successionem grave bellum, Brandeburgicis Pomeraniam invadentibus. Ejus ex sorore *Sophia* nepos fuit *Christophorus C. Palatinus Rheni*, qui post avunculum itidem *Septentrionalium* regnorum *Rex* fuit electus. *Ericus I. Rex Daniæ, Sveciæ & Norvegiæ.*

II. POMERAN. OCCIDENTALIS.

vide pag. 737.

BARNIMUS IV. *Wolgastanam* lineam, conditor arcis *Wolgastanæ*, orsus est, eique & *Barnimus 4.*

a Alii hanc faciunt filiam Edoardi R. Lusitaniæ, sed Lusitanæ genealogiæ eam non agnoscunt.

Barnimo III. à *Carolo IV.* collata *venatorum* Imperii dignitas. Idem contra *Megapolitanos* suam defendit *Rugiam*, & 1365. successionem transmisit ad filios ex *Sophia Nicoloti princ. Vandaliæ* filia, BOGISLAUM VI. maritum *Juditha* f. *Erici D. Saxoniæ inferioris*, quæ 1388. obiit, & *Agnetis* f. *Henrici D. Brunsuicensis*, sed 1393. mortuum ἄπαιδα, atque WARTISLAUM VI. qui prælio 1369. ab Alberto D. Megapolitano captus, & 1394. mortuus est, pater ex *Anna Megapolitana Joannis Ducis filia* Sophiæ, Henrico D. Brunsuicensi 1388. nuptæ, WARTISLAI *Rugiæ, Stralsundæ, Barti* domini (qui cum patrueli Wartislao 7. profectus *Constantinopolim* & *Hierosolyma* vidit, in reditu Romæ rosa aurea ab Urbano VI. donatus est, & naturæ concessit 1415. relictis ex *Agnete* f. *Erici D. Saxoniæ inferioris*, quæ 1435. mortua, filiis *Svantiboro III.* & *Barnimo VIII.* quorum *ille* Stralsundiam cum Rugia nactus ἄγαμος, 1446. *hic* Bartum obtinens maritus *Annæ* f. *Henrici Com. in Wunsdorf*, 1451. sine liberis [a] defecere) & BARNIMI VI. quem à *temperantia* singulariter commendant: Hic 1405. moriens ex *Veronica Norimbergensi* f. *Friderici Burggravii* reliquit *Elisabetham* abbat. BARNIMUM VII. cui *Gutskoæ* sedes, & WARTISLAUM IX. laude

Bogislaus 6.

Wartislaus 6.

Wartislaus 8.

Barnimus 6.

Barnimus 7.

[a] Aliqui tamen *Agnetem* uxorem Friderici pinguis M. Brandeburgici, 1450. nuptam, eo natam perhibent, quam alii dant Wartislao IX.

laude juſtitiæ, & fundatione 1456. *academiæ Gryphiswaldinæ*, jura dante Friderico III. Imperatore & Calixto III. Pontifice, celebrem. Qui patruelium etiam hereditatem nactus eſt. Ex his prior prole caruit & 1446. defecit, alter ex *Sophia* f. *Georgii D. Saxoniæ inferioris*, quæ 1462. extincta, genuit *Adelheidem* Bernardo D. Saxoniæ inferioris nuptam (Aliqui addunt *Agnetem* Friderico pingui M. Brandeburgio ſociatam) WARTISLAUM X. & ERICUM II. Horum illi cum *Barto Rugia* paruit: Huic *Wolgaſtum*. Ubi vero *Stetinenſes* 1464. defecerunt, Ericus à ſucceſſione (quam ob conjugem *Sophiam Bogislai IX.* filiam, cujus ſoceri hereditatem jam olim ab Erico I. poſtulaverat, ſibi primo vindicabat) excludere conatus eſt, ſed ubi jus agnationis potiorem titulum præbere viſum, admiſit. Inde communi ope fratres contra *Fridericum II. Electorem Brandeburgicum*, qui ex antiquo pacto & inveſtitura *Imperatoris* recenti jus repetebat, & cum 13. principibus fœderatis invadens *Pomeraniam*, *Stetinum* fere ceperat, defenderunt provinciam: *Marchiam* quoque excurſionibus populati. Demum *Caſimiri Regis Poloniæ* interventu de pace convenit. Poſtea 1471. *Albertus Elect. Brandeburgicus* obtinuit à Pomeranis, ut *Stetinenſem* ducatum à ſe in feudum acciperent, ſervatis inſignibus, titulo & quæ occupaverant locis, quæ transactio ab Imperatore *Friderico*

Wartislaus 10. *Ericus* 2.

derico confirmata. A cruciferis *Boruſſis* quoque *Lauenburgum* & *Bytovium* armis aſſerenda fuere. In Wartislao, qui *Eliſabetham Ioannis Marchionis Brandeburgii* filiam ductam 1445. eaq; defuncta *Margaretam* ſ. *Magdalenam* Megapolitanam ex *Stargardiis* uxores habuit, & 1478. defunctus eſt, elatis prius filiis *Hartmanno* ſ. *Ertmanno* [a] & *Svantiboro IV.* 1462. extincto, defecit linea *Bartenſis*; Sed ERICUS II. 1474. reliquit ex *Sophia* ſua *Sophiam* Magno Duci Megapolitano 1475. nuptam, 1504. extinctam, *Eliſabetham* Joannis D. Saxoniæ inferioris conjugem, *Margaretam* Baltaſaris D. Megapolitani uxorem 1474. ductam, *Catharinam*, Henrico ſen. Duci Brunſuicenſi 1486. elocatam, & 1526. mortuam, *Mariam* abbatiſſam Julinenſem, & filios WARTISLAUM X. CASIMIRUM VI. (qui non diu ſuperfuere 1474. extincti) & BOGISLAUM X. [b] Hic 1454. natus cognomento *Magnus* totius Pomeraniæ princeps

Bogislaus 10.

a Aliqui huic dant uxorem *Vrſulam* f. *Ioannis Elect. Brandeburgici*, & filios Bogislaum IX. Caſimirum VII. Ottonem IV.

b Ejus elogium apud Reuſnerum: Heros magnanimus: qui patriam pene oppreſſam & continuis bellis prope exhauſtam, vere heroica virtute & admirabili fortuna rurſus erexit & confirmavit, & in tota vitæ ac gubernationis ſuæ hiſtoria celſitudinis animi ac virtutum inſignium & ſucceſſuum felicium exempla, nec non providentiæ ac præſentiæ Dei teſtimonia illuſtria poſteris reliquit.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [778] - 742
PUBLIC DOMAIN

princeps & familiæ ſolus heros, conſiliario quodam ruſtico *Langio* [a] non infeliciter uſus eſt. Cum autem dux *Alberto Electori Brandeburgico* homagium negaret, iterum ad arma deventum, ſed res compoſita 1476. cum Bogislaus *Margaretam filiam Friderici II. Elect. Brandeburgici* duceret. Triennio poſt plene transactum & pax perpetua ſancita cum Marchionibus. Idem 1486. *Magno Duci Megapolitano* adverſus civitates confœderatas pacem procuravit. Ejusdem gratia 1487. Roſtochium ſed irrito conatu obſedit. Inde in *Palæſtinam* profectus, ac multas paſſus ibi moleſtias à Barbarorum navibus, contra quo tamen ſtrenue ſe tuitus eſt, in reditu ex Italia *Petrum Ravennatem* JCtum cum filio Gryphisvaldiam duxit, & B. *Lutherum* audivit *Wittebergæ*. Cum etiam à Beato hoc *Stetinenſes* paſtorem obtinuiſſent *Paulum à Rhoda*, eundem auditum princeps commendavit. Verum paulo poſt 1521. *Spirenſi* decreto apud Pomeranos etiam publicato, doctores hinc inde diffugerunt, ac ea occaſione *Evangelium* illatum *Livoniæ*. [b] Patri 1523. extincto ſucceſſere, ex ſecunda conjuge (prior *Margareta* f. *Friderici II. Electoris Brandeburgici* 1476. ducta, & 1489. extincta, *Caſimirum* genuerat, qui ætatis anno 24. mortalitatem exuit 1513.) *Anna Polonica Caſimiri Regis* filia 1491.

a Qui eum à matre paulo negligentius educatum invenerat, & lautius veſtiverat.

b Thuan. L. 21. p. 958. 959.

nupta, & 1503. defuncta, præter filias *Annam* Georgio D. Lignicii, 1515. elocatam, & 1550. mortuam, ac *Sophiam*, 1491. in lucem editam, Friderico Holſatiæ Duci, dein Daniæ regi, 1518. ſociatam, & 1568. extinctam, nati 1493.

Georgius. Barnimus 10. GEORGIUS *Wolgaſtenſis* & 1501. BARNIMUS X. cognomento *pius*, *Stetinenſis* princeps. Ex his *ille* una cum *epiſcopo Caminenſi Eraſmo Manteufelio* omni opera *Evangelicæ* doctrinæ reſtitit, & doctoribus periculum creavit, cum *Polonis* perpetuum fædus, *Bytovio* & Lauenburgo ab avunculo Sigismundo Rege 1526. acceptis, pactus eſt, & 1528. cum *Brandenburgicis* transegit, ut Pomerani à Cæſare inveſtirentur, ſed marchionibus ſimultanea inveſtitura, & quoties homagium ducibus præſtabitur, juramento ſucceſſio in caſum futurum firmaretur. Idem 1526. *Dantiſci* ortos miſſis Regi Poloniæ 300. equitibus ſedavit tumultus. Ubi vero Georgius 1531. (pater ex *Æmilia* f. *Philippi Electoris Palatini* 1513. ducta, 1523. mortua, *Bogislai XI.* qui puer deceſſit, & *Philippi*, ex altera vero uxore *Margareta* f. *Ioachimi Elect. Brandeburgici* 1530. aſcita, & 1543. extincta, *Margaretæ*, quæ 1548. Erneſto D. Brunſuici in Grubenhagen nupſit, & 1569. vivere deſiit, & *Georgiæ* poſthumæ, quam Stanislaus C. de Lubeſchuz in Polonia in thorum allegit) vivis exceſſit, frater *Barnimus*, qui antea toto triennio audiverat *Lutherum*, unde veritatis agnitio & lite-

& literarum decus, & paulo antea à *Smalcaldico* fœdere ob fratrem [a] se excusaverat, habito conventu *Treptoæ* consentientibus ordinibus, cum nepote PHILIPPO, *Papatum* 1534. abolet, & per *D. Johan. Bugenhagium*, qui communiter *Pomeranus* dicitur, formulam administrationis conscriptam 1535. publicat. Ita abolita missa, & monasteria [b] reformata, tum 1536. fœdus *Smalcaldicum* acceptum; nec tamen Barnimus biennio post in recusationem *Cameralis* judicii consentire voluit. 1541. transactum de divisione principatus & ecclesiasticorum bonorum cum nepote: Episcopus & Canonici suo jure uti jussi, ut tamen *religionem Evangelicam* sequerentur. Sicut & *Manteufelius* pridem hostis eam agnovit. Sed inspectionem universalem Ecclesiarum sibi oblatam ex rationibus politicis suscipere recusavit: inde *Superintendentes* Stetini, Wolgasti, Colbergæ, Stolpæ constituti. Locupletata quoque academia *Gryphisvaldina*, & *Pædagogium Stetinense* fundatum. Barnimus mortuus 1573. cum *Bogislaum XII.* filium in minori ætate amisisset, tantum filiabus relictis, (Ex quibus aliæ virgines excessere, *Maria* Ottoni C. Schauenburgio 1544. *Anna*, Carolo principi Anhaltino 1561. inde Henrico Plavienſi Burggravio Misniæ, demum Jodoco C. Barbiensi 1576. *Dorothea* *Philippus.*

[a] Sleid. L. 8. p. 210.

[b] 12. Barnimo, 9. Philippo cessere.

thea Joanni C. Mansfeldiæ 1555. nupsere, & fatis concessere 1554. 1592. 1558.) sed ante eum 1560. Philippus. [a] Hoc & *Maria Saxonica* f. *Joannis Electoris*, principe pientissima & virtutibus condecoratissima, (quæ marito benedicente D. Luthero sociata 1536. vidua superfuit ad 1583.) nati liberi plures. Ex his filiæ natæ 1547. *Æmilia*, 1553. *Margareta*, 1554. *Anna*; *illa* virgo vitam finivit 1580. *ista* 1574. Francisco D. Saxoniæ inferioris nupsit, & 1581. decessit, hæc 1588. Ulrico D. Megapolitano elocata est, & 1626. mortua: Filii vero qui ad aliquam ætatem pertigere, lucem aspexerunt, *Ioannes Fridericus* 1542. *Bogislaus XIII.* 1544. *Ernestus Ludovicus* 1545. *Barnimus XI.* 1549. *Casimirus IX.* 1557. Et quidem JOHANNES FRIDERICUS pridem 1556. *Camini* episcopus electus, patri successit *Stetini*, & 1566. in bello *Ungarico* vexillum Imperii gessit; quadriennio post conventui *pacificatorio*, qui *Stettini* celebratus, præses *Cæsaris* nomine præfuit [b]. Eidem Imperator Maximilianus II. diploma confirmatorium successionis novæ Marchiæ concessit, atque commendat eum, quod 1557. turbas in Lithuania & Livonia sua dexteritate sedave-

Ioannes Fridericus.

a Hujus elogium apud Reusnerum: Princeps pientissimus, cœlestis doctrinæ repurgatæ defensor ac propugator constantissimus, literarum mecænas eximius, justitiæ legumque observantissimus, pacis cultor mirificus, & verè pater patriæ.

b Thuan. L. 47. p. 807.

sedaverit. [a] Cum de subscribenda *Formula Concordiæ* ageretur, plures habitæ synodi, & initio quidem ob *politicas* rationes, quodque *Augustana Confessio*, & *corpus doctrinæ Pomeranum* sufficere Ecclesiis viderentur, res omissa, inde tamen paulatim irrepsere aliqui, qui in articulis controversis *Reformatorum* sententiam tuebantur: unde favore aulicorum *Sal. Gesnerus* orthodoxus cum ignominia ejectus, Stralsundiam & hinc Wittebergam concessit. Tandem dux à suis se deceptum sentiens, 1593. synodo convocata, Gesneri adversarium *Stichium* errorum convinci, *Formulam Concordiæ* approbari & Ecclesiæ pacem reddi curavit. Sed mortuus est princeps anno seculari, ἄπαις ex *Erdmuthi Brandeburgica* f. *Joannis Georgii* Electoris 1577. ducta, quæ vidua ad 1628. (an 1623?) superfuit. Ejus fratres BARNIMUS XI. *Barnimus* II. qui *Rugenvaldæ* habitavit, non minus ἄτεκνος 1603. viduam *Annam Mariam Brandeburgicam* Erdmutis sororem 1581. ductam, quæ dein 1618. mortuum secuta est, reliquit; CASIMIRUS IX. *Casimirus*. 9. post 1570. *Caminensis* Episcopus 1605. vivendi fecit finem. Duo tamen ex Philippi filiis BOGISLAUS XIII. qui *Barti* sedem *Bogislaus* 13. habuit, & 1606. naturæ debitum solvit, ex *Clara* f. *Francisci D. Luneburgici* 1572. ducta, & 1598. mortua (altera vero uxor *Anna* f. *Joannis D. Holsatiæ*, quam conjugem legit 1601. improlis

[a] Limn. Jur. Publ. T. IV. add. ad 4, 8, p. 626.

improlis 1616. deceſſit) & ERNESTUS LUDOVICUS *VVolgaſtenſem* partem nactus, annoque 1592. extinctus, ex *Sophia Hedvige Brunſuicenſi* f. *Henrici Iulii Ducis* 1577. aſſociata (quæ 1631. rebus humanis exemta eſt) liberos reliquere. *Hoc* enim præter filias *Hedvigem Mariam* 1579. & *Eliſabetham Magdalenam* 1580. editas, quarum iſta 1606. ſponſa Joannis Adolphi D. Holſatiæ mundo valedixit, hæc ſeculari anno Friderico D. Curlandiæ elocata eſt, 1584. natus PHILIPPUS JULIUS cognomento *animoſus*, qui poſt ſterile cum *Agnete Brandeburgica Ioannis Georgii filia* 1604. ducta, matrimonium, 1625. lineam terminavit. *Illo* verò præter filias, quæ ætatem attigere, *Claram Mariam* 1574. natam, & uxorem ab anno 1593. Sigismundi Auguſti D. Megapolitani, & à 1607. Auguſti D. Brunſuicenſis, 1623. extinctam, atque *Annam* 1590. natam, 1619. Erneſto D. Croio & Arſchotio conjunctam, filii plures geniti, & ad maturam ætatem pervenere, quin & plerique conjugia inivere. In iis PHILIPPUS II. natus 1573. patris ſucceſſor à prudentia & literis commendatus, maritus *Sophiæ* f. *Ioannis D. Holſatiæ* ab anno 1607. 1618. fratri FRANCISCO nato 1577. Epiſcopo poſt patruum *Caminenſi*, quem à comitate commendant; *hic* viduam relinquens *Sophiam* f. *Chriſtiani I. Elect. Saxoniæ* 1610. ductam (quæ ad 1635. ſuperfuit) 1620. BOGISLAO

Philipp. Iulius.

Philippus.

Bogislaus 14.

LAO XIV. nato 1580. Episcopo *Caminensi*, qui in Rugenvvald habitaverat, successionem reliquit. Præter hos GEORGIUS III. nat. 1582. cælebs 1617. & ULRICUS natus 1589. post Franciscum episcopatui admotus nulla ex *Hedvige* f. *Henrici Iulii D. Brunsuicensis*, quam 1619. duxerat, sobole relicta 1622. mundo valedixere. Ultimus familiæ Bogislaus totius *Pomeraniæ* dominus 1627. in ducatum Cæsareas copias admittere coactus est, quæ ita eum expilavere, ut uno triennio 10. *miliones* extorquerentur, quod dux rationibus subductis demonstravit. Accessit summa militis tyrannis & lascivia, à qua vix quicquam tutum manebat. Edicto restitutionis etiam ab eo Caminensis episcopatus repetebatur. Demum 1630. cum *rex Sveciæ* in Pomerania appulisset, vim ante *Stettinum* ostentans, ut reciperetur, obtinuit; & brevi purgatus à Cæsareanis copiis ducatus. Tandem 1637. hic Bogislaus (à quo relicta vidua *Elisabetha* f. *Ioannis Ducis Holsatiæ* 1615. ducta, quæ 1653. decessit,) ultimus in familia masculus (soror autem *Anna* vidua *Ernesti Croii Arschotani*, usque ad annum 1660. superfuit) defecit. Cum vero ex antiquo pacto ad *Brandeburgicos* deferenda fuisset successio, pace *Osnabrugensi* ita dispositum, ut Marchiones cum *ulteriori Pomerania* alia quædam *æquivalentiæ* nomine, pro *citeriori Pomerania*, quæ cum *Rugia* feudo imperiali *Svecicæ coronæ* collata, ab imperio acciperent. *Georgius 3.*

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ VANDALICÆ DUCUM MEGAPOLITANORUM & POMERANORUM

Potiores masculos & emortuales annos repetens.

Mistevoius Rex Vandalorum.

Micislaus. — *Sedericus.* — *Naco.*

Mistevo Rex Herulorum. — *Mizdrach.* — *Grimm à quo Rugii principes.* — *Sedericus.*

Vdo. — *Anadrachus.* — *Gneus.* — *Ratiborus.* — *Bogislaus à quo Pomerani.*

Godscalcus 1066. — B

Buthue. — *Henricus.*

Pribislaus. — *Nicolotus.* — *Waldemarus.* — *Canutus.* — *Svantopulcus.*

Pribislaus ult. rex Herulorum 1215. — *Wartislaus.* — *Svinico* 1135.

Henricus Burvinus.

Nicolotus. — *Henricus Burvinus junior* 1228.

Meckelburg. — **Wenden.** — **Rostock.**

Ioannes cogn. Theologus Megapolitanus. A — *Nicolotus.* 1277. — *Burvinus.* | *Henricus. Ericus. Waldemarus.* — *Pribislaus in Parchum.*

Henricus senior. — *Bernardus.* — *Ioannes pacificus.* — *Nicolotus puer.*

Henricus. — *Nicolotus.* — *Burvinus.* — *Nicolotus* 1316.

Ioannes senior.

Ioannes junior. — *Nicolotus.*

Nicolotus. — *Bernardus* — *Ioannes.*

Laurentius 1393. — *Ioannes.*

Baltasar 1421. *Ioan.* 1414. *Christoph.* *Nicolot.* 1406. *Wilh. ult.* 1434.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [786] - 750
PUBLIC DOMAIN

A *Ramus Megapolitanus,*

Ioannes Theologus Dn. Meckelburgi ſ. Megapolitanus.1260.

Henricus Hieroſol. 1302. *Nicolotus. Poppo. Albertus* 1265. *Ioannes.*

Henricus Leo 1329. *Ioannes. Ioannes* 1299.

*Albertus D-Megapol.*1380. *Ioannes D. Megapol.in Stargard.* 1370.

Albert.R. Magnus. Henric. Ioannes.Vlricus. Rud.Epiſc.Albert.Ep.
*Svec.*1394. 1384. 1400. 1407. *Sver.*1413. *Dorpat.*

Eri- Alber- Ioan- Alber- Ma- Ioannes 1471.
tus. tus. nes tus ria 1440.
1423. 1370. *Vlricus* 1471.

Ericus Po- Sophia.
Henricus pinguis Ioan- meran. R.
1477. *nes. Dan. & Svec. Chriſtoph. C. Pal. R.*
Dan. & Svec.

Albertus Ioannes Magnus 2. Baltaſar
1491. 1475. 1503. 1507.

Henricus pacific. 1552. *Ericus* 1508. *Albertus* 1547.

Magnus Ep. Philippus Ioan. Al- Vlricus Ep Georg. Chri Carol. Ludo-
*Sver.*1550. 1557. *bert.*1576. *Sver.*1603. 1552. *ſtoph. Ep. Ra- vicus*
1592. *ceburg.* 1585.

Ioannes 1592. *Sigism. Auguſt.* 1603. 1610.

Schwerin. Güſtrou.

Adolfus Fridericus 1658. *Ioannes Albertus* 1636.

Chri- Carolus Ioannes Guſtav. Fride- Adolfus Guſtavus
*ſtianus.*1670. *Georg. Rudolf. ricus. Fridericus. Adolfus.*
1675. 1670.
. . . .
Carolus.

B *Ramus*

Ramus Pomeranus.

B *Bogislaus.*

Svantiborus 1107.

Vor-Pommern. | **Hinder-Pommern.**

Wartislaus 1136. *Ratiborus* 1151. *Svantopolcus.* 1120. *Bogislaus* 1150.

Casimirus. 1187. *Bogislaus* 2. 1188. *Wartislaus.* 1186. *Svantipolcus.* *Subislaus* 1187.

Svantiborcus 1244. | *Bartholomæus* 1224. *Samborus* 1207. *Mestovinus* 1220.

Casimir. 2. 1217. *Bogislaus* 3. 1222. *Subislaus* 2.

Casimirus 3. 1273. *Wartislaus* 3. 1264. *Barnimus Bonus* 1278. *Bogisl.* 1224. *Wartislaus.* *Samborus.* *Ratiborus.* *Svantipolc.* 1266

Stettin. | **Wolgast.**

Barnimus 2. 1295. *Otto.* 1345. *Bogislaus.* C *Mestovinus ultim.* 1295. *Wartislaus* 3. 1275. *Samborus* 1222.

Barnimus 3. *cogn. Magnus* 1368.

Bogislaus 7. 1404. *Svantiborus* 1413. *Casimirus* 4. 1373.

Otto 2. 1427. *Casimirus* 6. 1433.

Ioachimus 1451.

Otto 3. *ultimus lineæ.* 1464.

C *Bogislaus* 4. in Wolgast 1303.

Wartislaus 4. 1326.

Vor-Pommern. | Hinder-Pommern.

Wartislaus 5. 1390. *Barnimus* 4. 1365. *Bogislaus* 5. 1374.

Stargard. | Stolpe.

Bogislaus 6. 1393. *Wartislaus* 6. 1394.

Wolgast. | Bart.

Casimirus 5. 1377. *Bogislaus* 8. 1417. *Barnimus* 5. 1401. *Wartislaus* 7. 1392.

Barnimus 6. 1405. *Wartislaus* 8. 1415. *Bogislaus* 9. 1447.

Gutzkau. Stralsund. Bart.

Ericus R. *Daniæ*, *Svec.* & *Norveg.* *Sophia* 1426. *Christophor.* R. *Daniæ*, *Sveciæ* & *Norv.*

Wartisl. 9. 1457. *Barnimus* 7. 1446. *Svantiborus* 1446. *Barnimus* 8. 1451.

Wolgast. | Bart.

Ericus 2. 1474. *Wartislaus* 10. 1478.

Wartislaus *Bogislaus* 10. *totius Pomeraniæ Dominus* 1523. *Ertmannus.* *Svantiborus* 4. 1462.

| Wolgast. Stettin.

Casimirus 8. 1513. *Georgius* 1531. *Barnimus* 11. 1573.

Bogislaus 11. *Philippus* 1560. *Bogislaus* 12.

Stettin. Bart. | Wolgast. Rugenwald.

Ioannes 1600. *Fridericus* *Bogislaus* 13. 1606. *Ernest. Ludovicus* 1592. *Barnimus* 12. 1603. *Casimirus Ep. Camin.* 1605.

Philippus 2. 1618. *Franciscus* 1620. *Bogisl.* 14. *ult. famil.* 1637. *Georgius* 1617. *Ulricus Ep. Camin.* 1622. *Philippus Iulius* 1625.

FAMILIA ASCANIA, IN QUA PRÆTER ANTIQUOS Saxoniæ & Brandenburgiæ Electores, Duces Saxoniæ inferioris, Angrivariæ, & Principes Anhaltini. *a*

Origo. QUam ex *Hebræis* vulgò *Germanicæ* noſtræ nationi ab *Aſcenazo* ex *Japheti* progenie *Gen. 10, 3.* attribuere ſolent originem, hanc in ſpecie Sereniſſimæ huic genti ab Aſcaniis, (qui, relicta *Bithynia* & poſtea *Aſcania palude* ad Boſphorum, cum *Cimbris* & *Caycis* in has oras profecti ad Herciniam conſederint) nonnulli vindicare laborant.[b] Uti vero derivatio illa certo

a Ex profeſſo tractavit hanc familiam Erneſtus Brotuffus, ſub titulo Genealogia und Chronic deß Hauſes Anhalt: atq; perhibet, ſibi 1546. hanc provinciam à princ. Georgio impoſitam, ſubminiſtratis variis, quibus ad rem opus erat, monumentis, ipſum autem principem contuliſſe operam & conſignata correxiſſe: Demum cum novum mandatum Joachimus princeps dediſſet, opus perfectum eſſe. Typis id impreſſum 1556. cum præfatione Phil. Melanchthonis. Allegatur etiam Fratris Henrici Baſſe monachi Ballenſtettenſis panegyricus Genealog. Anhalt. Saxoniæ inferioris Ducum aliam deductionem quam quæ communiter eousque ferebatur, publicavit 1636. Dan. Mithovius.

b Conf. Phil. Melanchth. præfat. in Luth. Tom. 8. Altenburg.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [790] - 754
PUBLIC DOMAIN

certo caret fundamento [a]; ita neque hæc extra dubium omne fuerit. Intermedium ortum solent communiter ab *Ursinis Romana familia* arcessere; traditio enim est, *Aribertum* à nobili domino *Harciniæ Beringo* (qui profugus in *Italia* ab Imperatore *Theodosio juniori* titulum *Ursini* 431. sit consecutus [b]) descendentem, à *Constante Imp.* 431. ut *Vicarius Saxoniæ* adversus *Henetos* atque *Sorabos* ad Visurgim, consideret, missum esse, & gentem hanc condidisse. Verum non patitur, ut fabellæ fidem adhibeamus, qui tum fuit, *Romani Imperii & Germaniæ* status. Nec *Ursinorum* Itali domi ante 588. reperiunt memoriam. Unde alii ab aliquo Saxone, qui aliquandiu in *Italia* commoratus fuerit, malunt Ascanios deducere. Ut tamen quæ de *Ariberto* (Ante quem alios etiam memorant Bernthobaldos, Bertholdos, Berengarios, Hermannos, quorum in bellis Saxonum & Francorum mentio: ex quibus etiam *Bathildis* fuerit Clodovei Magni Regis Franciæ uxor, cum eo baptisata, & aliquot monasteriorum fundatrix, quæ tamen fratres ad Christianam fidem perducere frustra laborarit) referunt, in compendium contrahamus, filios dant *Aribertum II.* & *Radbodum*, quorum

Aribertus.

Radebotus.

a Longe aliam sortem Ascenazo assignat Bochart. Phaleg. L. 3. c. 9. p. 196. & vulgarem Judæorum traditionem ridiculam putat. L. 4. c. 38. p. 356.

b Refutat Brotuffum in hoc Salmuth resp. pro matrimon. princip. p. 9. creditque Beringerum 3. militem sub Heraclio in Italia acquisiviisse Ursinum principatum.

quorum ille in Italia vixerit, hic princeps *Aſcaniæ, Ballenſtedæ & Harciniæ* dominus, ob ſuperbiam à ſuis tandem, qui ad Francos defecere, deſertus exceſſerit vita 693. Hoc natum volunt *Aribertum III.* à quo reliqua *Urſinorum* in Italia ſtirps, quorum ramus in *Galliam* translatus, *Poncellonem*, qui deceſſerit 721. & *Vitellonem*, Vitellone *Aribonem Beringerum*, qui cum adverſus *Pipinum* conjurationis *Gryphonis* ſocius fuiſſet, ab illo victus *Aſcaniam* arcem 747. dirui viderit. Inde tradunt eum *Witikindi* ex ſorore *Haſala* affinem iterum à *Carolo M.* victum profugiſſe ad Danos, donec 787. reconciliaretur. Hujus filium *Beringerum 786.* baptiſatum à *Carolo M.* patrino ſuo nomen *Caroli* ſuſcepiſſe, & opera affinis ſui Henrici C. Hennebergici ditiones ſuas ſervaſſe, primumq; comitem Aſcaniæ conſtitutum ferunt, & patrem fuiſſe *Hermetis*, *Woldemari*, *Alberti* & *Beringarii IV.* Ex quibus *primus Ballenſtedios*, qui in tertia generatione extincti, & aliam lineam, quæ in *Aquitania* aliquam *novam Aſcaniam* condiderit, ſeviſſe, *ſecundus* 809. prælio Caroli M. adverſus *Sorabos* cecidiſſe: *Quartus* Carolo M. in Witikindi gratiam diutius reſtitiſſe, ſed in fuga quam in Daniam meditabatur febre oppreſſum ac baptiſmo accepto mortuum eſſe in loco, qui nunc quoque die Beringer Heide vocetur: *Tertius* filios *Woldemarum*, qui 821. *Henricũ* qui 812. in aula Friſia obierint, *Eſicũ* & gentis

Vitello.

Aribo Beringerus.

Beringerus.

gentis propagatorem *Popponem* genuisse dicitur; cui *Gundevinam* filiam *Ludovici pii Imp.* (alias historiæ ignotam [a]) uxorem assignant. Popponis, qui 839. decesserit, post *Ottonem 1.* filius *Albertus 2. Ascaniam* restauravisse, & *Bernburgum* condidisse, & vita excessisse 862. fertur. Hunc patrem constituunt *Ottonis 2.* & *Sigismundi*; illum *Ottonis 3.* (qui pater *Esici* ac *Theodorici* Ecclesiastici, avus *Ortolphi*, cum fratre *Esico* [b] 933. prælio adversus *Hungaros* ad *Merseburgum* occisus est) *Henrici*, qui Dux Henrici Imp. adv. Vinidos Sorabos perierit 925. & *Alberti 3.* Alberto nati *Sigismundus*, cujus posteritas in quinta generatione defecit, *Esicus 3.* qui *Ottonis 1.* auspicio *Bohemorum* victor, ab iisdem iterum ob securitatem oppressus & cæsus est, atque *Sigfridus*, qui decesserit 935. Hic alterius *Sigfridi* junioris & *Alberti 4.* fuit genitor. Ultimo cum duo [c] nati essent *Albertus V. Alberti VI.* cui *Imperator Henricus 2. veterem Marchiam* seu *Salisquellensem* concessit, & qui 1005. decessit, parens [d], & *Woldemarus*, hic stemma pro-

Poppo. *Albertus 2.* *Otto 2.* *Albertus 3.* *Sigfridus.* *Albe* *tus 4.* *Woldemarus.*

a Brotuff. tantum dicit fuisse filiam regis Franciæ, & Andegavos habuisse dotales.

b Hic Brotuffo filius Alberti 2. frater Ottonis 2. qui hic Sigismundus.

c Brotuff. addit Sigismundum, qui ex errore propinato veneno 950. perierit.

d Brotuff. addit Alberto 6. fratres Theodoricum præpositum collegii Ballenstettensis, & propagatorem stemmatis Esicum IV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [793] - 757
PUBLIC DOMAIN

produxit, genito *Sigismundo*, cui, cum gener esset *Alberti VI.* patruelis marchionis *Salisquellensis*, illa prætensio allata, & morte patris 957. transmissa ad filium *Ernestum* [a] & nepotes *Ottonem VI. Henricum*, *Ernestum* (quos *Wœlpanos* nominant comites) *Richardum* & *Esicum*. [b] Esicus hic in *Ballenstett* 943. canonicorum regularium *collegium* instituit, & multa parte comitatus dotavit, consensu Stephani VIII. Pontificis (quod & Martinus III. confirmavit) tum *Anhaltinam* arcem condere cepit, & vetus Ascanium castrum restauravit. Ei Marchiam veterem *Pribislaus R. Herulorum* eripuit, huic *Magnus Elector Saxoniæ*. Inde eandem *Ottoni M.* seu *diviti* [c] Esici (qui ex conjuge *Mechtilde* f. *Egberti Com. Pal. Sax.* eum, & *Ludovicum* Monachũ Benedictinum, cujus rogatu frater Ballenstettense collegium Benedictinis addixit,

Erne-stus.

Esicus.

Otto M.

a Brotuff. Ernesto dat filios Ortolphum, Ottonem IV. & Esicum, cui Primislaus R. Vinidorum Marchiam eripuerit, quique reliquerit Henricum & Albertum, 1039. extinctum. Ernesto etiam dat fratrem Ottonem 3. Ernesti 2. patrem, Ottonis IV. avum.

b Hic Esicus IV. Brotuffo est filius Alberti V.

c - - - quis non generosæ mentis Othonem
Noverit? Henrici qui Cæsaris arma secutus
Vandaliæ populum bello superavit: & hostem
Compulit ad fœdus neglectæ pacis iniquum.
Saxonici fuit ille gener ductoris: & oram
Brandenburgensem imperii septemvir ab æquo
Cæsare Marchiacæque domus moderamina cepit.

Nic. Frischlin. ap. Reusn.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [794] - 758
PUBLIC DOMAIN

dixit, atq; *Ortolfum* ſ. *Henricum* genuerat) filio reſtituit ſocer præfatus Magnus, aut Imperator *Henricus V.* qui eum ſibi adverſum etiam cepit, aſt lytro magno redemtum ad ſua dimiſit. Vinidos, qui ſtudio Imperatoris ditionem vaſtabant, & Bernburgum deſtruxerant 1115. vel 1120. cæcidit. *Saxonia* vero ducatum adverſus affinem *Henricum nigrum* ſibi vindicare fruſtra Otto conatus eſt. Ottoni, qui 1123. mortuus, ex *Helica* Magni Bilingii filia præter filias plures aſſignantur filii *Theodoricus*, *Henricus*, *Wernerus*, *Otto Epiſcopus Lebuſienſis*, & qui cumprimis celebris eſt ALBERTUS [a] *Urſus* ſeu *pulcher* dictus, novus quaſi gentis conditor. Hic *Lothario* Imperatori fidelē pręſtitit operam, in Italia, quò cum præmiſerat ſui vicarium cum exercitu, rebus Romæ ſapienter compoſitis, turbis ſopitis & dein ſecuto Lothario, vi pulſis Saracenis: in Bohemia autem captus eſt. Dein ipſi cum adverſus *Sorabos* fidele iterum imperio obſequium exhibuiſſet, *Conradus III. Imperator*, cujus favore etiam poſt mortem Lotharii Lunæburgum, Bardovicum & Bremam occupaverat, Marchiam *Brandeburgicam*, antiquis Marchionibus ex familia *Stadenſi*, & *Pribislao Heneto* extinctis, contulit.

Albertus urſus.

a Qui Sorabos Henetosque ſuæ ditionis ab ora
expulit: & patrios induxit in arva colonos
Vandala: Chriſtiadumque fidem verbumq; ſalutis
intulit, & gentes firmavit legibus æquis.

Friſchlin.

contulit.[a] Idem poſtea cum *Henrico Leone* (cum cujus patre *Henrico* ob *Saxoniam* contenderat) univerſam *Slavicam* nationem perpetuis bellis vexavit, & tantum non exhauſit, *Saxonicis* in provincias introductis coloniis: Unde Principatus Brandeburgicus & vicinia uni illi fere omnem cultum ſuum & elegantiam debet. Idem *Bernburgum* iterum condidit. Ex ejus liberis, quos 1169. moriens ex *Sophia Reineccia* priori conjuge (altera fuit *Helica* ſ. *Adelheid* f. *Conradi M. Miſniæ, Svenonis R. Daniæ* vidua) reliquit, *Hedvigis* Ottoni diviti M. Miſniæ, *Margareta* Premislao princ. Bohemiæ nupſere: *Sigfridus* Epiſcopus *Brandeburgius*, dein Archiepiſcopus *Bremenſis* 1163. extinctus 1184. (unde diœceſi *Stada* adjecta) *Anſelmus* Epiſcopus *Havelbergenſis*, *Henricus* præpoſitus *Magdeburgenſis* fuere, inprimis vero duo notandi OTTO & BERNHARDUS. Uterque novæ ſtirpis, *Brandenburgicæ* & *Saxonicæ*, conditor.

I. STIRPS BRANDENBURGICA.

Otto I. Patris ſucceſſor OTTO I.[b] *Elector Brandenburgicus* bello adverſus *Wichmannum* Archiepiſcopum

a An ſimul cum filio fuerit Elector. vid. Limn. Jur. publ. T. IV. add. ad 5, 7. p. 353.

b Vandalicæ gentis fulmen; qui condidit amplas
Limite Marchiaco divis cœleſtibus ædes.

Friſchlin.

episcopum *Magdeburgensem* & *Ulricum* Episcopum *Halberstadiensem* primum captus, alio prælio Archiepiscopum vulneratum cepit. Auxilium quoque *Odoacro Regi Bohemiæ* adversus *Belam Regem Ungariæ* tulit. Patri 1198. mortuo superfuere ex *Agnete D. Saxoniæ* præter alios præmortuos (qui *Theodoricus* 1196. decessit, & *Henricus* præpositus *Stendalienſis*, quod monasterium fundaverat, *Tangermundam* munivit, & ibi habitavit, sua voluntate *Marchiam veterem* in *Episcopatum* mutaturus, obiit 1192.) successores in electoratu OTTO II.[a] qui in *Palæstina* comes Henrici VI. à quo Hierosolymis equestri cingulo ornatus est 1197. se strenue gessit, nec non 1203. *Ludolfum Archiepiscopum Magdeburgium* & *Conradum* Episcopum *Halberstadiensem* cepit, & 1206. mortalitatem exuit,[b] atque ALBERTUS II.[c] qui fratri ἀπαιδι, quem olim capere & expellere conatus erat, sed captus iterumque dimissus est, successit. Hic *Friderico 2. Imperatori* gratissimus fuit, & pro eo ad-

Otto 2.

Albertus 2.

a Fortis Otho, qui Cæsaris arma secutus,
Sponte Palæstinas intrasti signifer oras,
& domito nobis Saraceno reddis Joppen.
Frischlin.

b Uxor ei datur *Anna* f. *Ottonis C. Ascaniæ*, quod temporis ratione vix possibile.

c - - - Friderici illustris Achates
Cæsaris, Albertus, qui Saxona contudit armis:
Parthenopenque domat, rapidas ubi Vesvius iras
egerit, abruptis volvens incendia flammis.
Frischlin.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [797] - 761
PUBLIC DOMAIN

eo adversus Syros & Slavos fortia multa designavit; Rudolphum Archiepiscopum Magdeburgium vicit, & adversus eum munivit Wolmerstad. Idem cum *Pomeranis DD. Bogislao* ac *Casimiro* bellum habuit, & *Oderberg* illis oppositit. Nati illi ex *Mechtilde Conradi Marchionis Lusatiæ* filia, (quæ marito 1221. mortuo superstes cum tutoribus Alberto Saxone & Henrico Anhaltino rexit) *Mechtildis*, Ottonis D. Brunsviconsis, *Anna* Nicoloti princ. Vandaliæ, *Beatrix* Hermanni Landgravii Thuringiæ con-

Ioannes juges[a], & filii JOANNES & OTTO III.[b] Hi fratres 40. annis communem habuere aulam & regimen, inde divisio instituta est. Iisdem tota Marchia plurimum debet, aucta & ornata: Major natu *Ioannes* cognomento *prudens* patris 1221. in electoratu successor Berolinum produxit & munivit, *Francofurtum* ad *Viadrum* ampliavit & emporium fecit 1253. idem in bello Alberti M. Misniæ cum filiis patri adstitit: Multamque è tribus conjugibus *Sophia*[c] *Danica* f. *Woldemari Regis*, *Sophia Saxonica Alberti Ducis filia*, & *Hedvige Pomerana Barnimi Ducis filia*, à qua *Marchia Ukkaria*

a Addit Brotuff. Hedvigem uxorem Ottonis M. Misniæ.

b Septemvir Otho, qui forte Bohemo
auxilium socero tulit; atque è finibus Hunnos
ejecit patriis, & facta pace sequestra,
Francorum Viadri cis ripas condidit urbem.
Frischlin.

c Brotuff. *Iutam* vocat.

karia doti allata, prolem ſuſcepit. Media mater fuit *Alberti*, qui 1287. deceſſit, *Mechtildis*, *Agnetis*, *Helenæ* [a], Chriſtophoro R. Daniæ, Bogislao D. Pomeraniæ, & Dicemanno March. Miſniæ nuptarũ; Tertia *Tilonẽ* peperit marchionẽ. Reliqui ex prima uxore geniti. Ex filiis *Ericus* Archiepiſcopus *Magdeburgenſis* bis 1278. & cum id fruſtra fuiſſet, iterum 1280. electus, fratri *marchiam Luſatiæ*, ad conficiendum lytron ſuorum, qui in obſidione Novæ Gatterslebiæ capti fuerant, vendidiſſe dicitur, & 1295. obiit: tres autem in electorum ponuntur ſerie, JOANNES II. (qui *Croſnam* etiam oppignerata tam ſibi ab Henrico pio D. Uratislavienſi poſſedit, & filios *Conradum*, *Albertum*, *Henricum* ante ſe defunctos vidit. Mortuus eſt 1285. bis maritus, *Hedvigis* f. *Nicoloti princ. Vandaliæ* [b], extinctæ 1277. & *Helenæ* f. *Theodorici M. Miſniæ*.) OTTO (quod ſagittam, qua 1280. in obſidione *Stasforti* caput ictus, toto anno in vulnere circumtulit, *ſagittarius* [c] cognominatus, bello quoque minus felici 1278. in *Guntherum Archiepiſc. Magdeburgenſem* geſto notus. Ex *Eilica* f. *Eliſabetha* f. *Joannis C. Holſatiæ*

Ericus archiep Magd.

Ioannes 2.

a Brotuff. ex primo conjugio natam vult. Niſi alia eſt etiam Helena, quam Friderico Theut March. Miſniæ Reuſnerus conjugem aſſignat.

b Hanc prius filio Regis Caſtiliæ deſponſatam Brotuff. memorat.

c Marggraff mit dem Pfeil.

ſatiæ liberos non habuit, & 1298. deceſſit[a]) &
Conradus. CONRADUS, qui ætatem ad 1304. extendit. Ei quatuor ordine uxores, *Conſtantia* f. *Premislai D. Poſnaniæ*, cum dote ditionis ad Wartam, *Brigitta* f. *Theodorici M. Miſniæ*, *Sophia* f. *Erici R. Daniæ*, &. . . . *nobilis Sandavienſis*, quę *Hermanni* & *Henrici* [b] mater. Filiæ fuere *Agnes* uxor Ottonis D. Brunſvicenſis, *Gertrudis* Friderici Burggravii Norimbergii, *Eliſabetha*, Alberti princ. Anhaltini. Filii autem plures; inter
Ioannes 3. quos JOANNES III. patris fata cito ſecutus 1305. nulla ex uxore *Catimelibocenſi* relicta prole, *Conradus Mag. ordinis Teutonici* eadem præceſſit 1283. WOLDEMARUS cognomento *illuſtris* vel der Pilgram [c] etiam elector [d], qui totam Marchiam excepta *Landsberga* tenuit; *Friderico admorſo M. Miſniæ*, quem cepit, ademit *Luſatiam inferiorem* 1317. & victus à *Rudolfo Electore Saxoniæ* à *Brizenſibus* [e] civibus ſervatus eſt, ſed cum in eo eſſet, ut Erico Daniæ regi

a Brotuff. vitam ejus extendit ad 1308.

b Brotuff. hunc ex Sophia Danica deducit, & Brigittæ plane non meminit.

c Ferunt ab uxore, quod conſanguinitate propinquior fuiſſet, pœnitentia ductum diſceſſiſſe, & peregrini habitu 29. annos domo abfuiſſe, dein reverſum eſſe; quam fabulam Jac. Rebock luſit, & Marchiam turbis diutinis miſcuit.

d Infrenes hic Marte potente Luſatos
contudit, & valida Sclavos virtute repreſſit.

e Unde dicta urbs Treuen Brietzen.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [800] - 764
PUBLIC DOMAIN

regi bellum inferret, absque masculis (filias vero *Agnes* agnata ei peperit *Helenam* & *Catharinam*, illam Henrico D. Brunsvici in Grubenhagen, hunc Magno Torquato Duci Brunsvicensi, & post eum Alberto Saxoniæ conjunctas) 1319. mortuus, *Otto* templarius, *Hermannus* Episcopus *Havelbergensis*, ille 1308. hic 1273. extincti; solus HENRICUS *sine terra* dictus, qui 1318. decessit, ex *Agnete Sangerhusana*, prætor *Sophiam* s. *Agnetem* uxorem Magni pii D. Brunsuicensis, duos filios genuit WALDEMARUM & JOANNEM IV. qui ordine gessere post patruum electoralem dignitatem, sed intra non totum mensem uterque 1322. extincti sunt. Uterque sine prole: licet hic bis maritus fuisset, *Ingelburgæ Megapolitanæ* & *Helenæ Lusaticæ*. Soror eorum *Agnes* vel *Sophia* marito *Magno D. Brunsvicensi* attulit *Sangershusam*, *Lechstadium*, *Landspergam* & alia. *Marchiam* autem & *Electoratum*, licet ad ea sibi *Anhaltini*, in quorum verba Waldemarus subditos jam adegerat si sine alio herede moreretur, & *Saxones* agnati jus esse prætenderent, *Imperator Ludovicus Bavarus*, tanquam feudum vacans, filio *Ludovico* contulit, qui à quodam molitore *Jacobo Rebock*, defuncti *Waldemari* (tanquam peregrinus domo diu abfuisset, pœnitentiam acturus ob conjugium consanguineæ Agnetis) nomen mentito, & à *Saxonibus* atque *Anhaltinis* strenue adjuto, non parum

Henricus.

Waldemarus.

Ioannes 4.

parum exagitatus est. Carolus IV. Anhaltinis quidem successionem confirmavit, id autem egit, ut horum ope Bavaris exclusis, ipsosmet deinceps etiam excluderet, & suis addiceret. Ita demum ex *Bavarica* familia, in *Lucenburgiam* delapsa Marchia, donec eam *Friderico Burggr. Norimbergensi* conferret *Imperator Sigismundus*, quod supra vidimus. p. 420. 421. Alius autem ramus fuit, quem OTTO III. *pius* & *beneficus* cognominatus Joannis primi filius profevit. Dictus Otto post expeditionem *Asiaticam* reversus domum, ab *Hildebrando* Archiepiscopo *Magdeburgio* & *Ludovico* Episcopo *Halberstadiensi* captus est, sed soluto lytro dimissus: altera vero vice, cum eundem adorirentur, ad Osterburgum eos profligavit, & Ludolfum cepit. Iterum Hildebrandum 1244. auxilio Misniorum & Ottonis Brunsvigii fugavit. Eidem post *Wilhelmum C. Hollandiæ* dicitur *Imperialis dignitas* oblata, sed recusata. Condidit *Brandeburgum Borussiæ*. Liberi ejus ex *Beatrice Bohemica* f. *regis Premislai*, *Cunigunda* Belæ Regi Ungariæ 1264. nupta, *Mechtildis*, uxor Barnimi D. Pomeraniæ, *Agnes*, Erico VIII. R. Daniæ, & post hunc Joanni C. Holsatiæ sociata, quæ 1300. decessit, *Helena* Henrici princ. Anhaltini consors, *Joannes* dictus *Pragensis*, ubi educatus, Merseburgi in hastiludio periit 1267. *Otto Longus*, tutor *Wenceslai Regis Bohemiæ*, qui *novam Marchiam* à *Cruci-*

Otto 3.

feris

feris Boruſſiæ 1290. emit, ſed propter illam bellum cum Polonis geſſit, & 1298. obiit, *Albertus*, qui 1278. Guntherum Archiepiſcopum Magdeburgium contra patrueles juvit: In Miſnia prædas agens, iterum in Luſatiâ Lucam obſidens victus eſt, demum 1394. defunctus (ex *Mechtilde* ſ. *Beatrice* f. *Chriſtophori R. Daniæ* præter filios in infantia extinctos) filiarum tantum pater, ex quibus *Beatrix* 1290. nupta *Henrico Leoni D. Megapolitano* dicitur attuliſſe *Stargardiam*, *Agnes* prius Premislai R. Pololoniæ uxor, dein 1295. deſponſata *Nicoloto puero Domino Roſtochienſi*, & ab eo repudiata, cauſam bello dedit, quo *Roſtochienſes* ad conditiones coacti) *Otto Parvus*[a], gener *Rudolfi Imperatoris* ex filia *Hedvige*, demum *templarius*, tandem *monachus* 1304. mortuus eſt. Solus ex his Otto Longus, cum prior uxor *Cazelina* f. *Premislai Ottocari R. Bohemiæ* improlis fuiſſet, (Aliqui tamen ea natam perhibent *Beatricem* uxorem Caſimiri D. Teſchinii ſ. Boleslai D. Svidnicii) ex altera *Juditha Hennebergica* f. *Henrici Comitis* reliquit *Cunigundam* monialem, *Otto longus.*

[a] Hunc Friſchlinus confundit cum Ottone longo fratre. Hic enim Otto nullos ex Hedvige liberos habuit: Sed Friſchlinus memorat

quem fidus in orbe Rudolfus
delegit generum Cæſar, propriamque dicavit
Hedvigen: pulcra quæ fecit prole parentem:
Nam tres hinc nati, qui ſceptra tulere per oram
Marchidos, èque viris geſſerunt nomina ſeptem.

lem, *Juditham*, quæ 1329. obiit, Rudolfi Elect. Saxoniæ, & *Mechtildem* f. *Agnetem* Henrici probi D. Uratislavienſis conjuges, & filios *Ottonem magnum*, qui poſt mortem uxoris *Hedvigis* f. *Annæ* f. *Henrici pinguis D. Lignicii*, *Magiſter ordin. Teutonici* [a], *Albertum*, *Aſcaniæ* comitiſſæ maritum, *Guntherum* Marchionem Wolmerſtadium dictum ἀτέκνος, & *Hermannum longum*, qui bella contra Bohemos geſſit, & 1308. extinctus eſt. Huic avunculus *Poppo Hennebergicus* multa in *Franconia* conceſſit, quæ cum filius Hermanni, ex *Anna* f. *Alberti I. Imperatoris*, *Joannes illuſtris* 1312. ultimus hujus lineæ maſculus, nullis liberis ex *Catharina* f. Henrici ferrei D. Saganii (quæ dein Joanni C. Holſatiæ nupſit) ſuſceptis, deceſſiſſet, per ſororem ejus *Brigittam* ſeu *Gutam* uxorem *Henrici Hennebergici* domui reſtituta ſunt. Reliquæ ſorores Brigittæ *Agnes*, Woldemaro Electori Brandeburgio, *Mechtildis* Henrico ferreo D. Glogoviæ, *Anna* Ottoni C. Hennebergio nupſerunt: Aliis hæc abbatiſſa dicitur, & mortalitatem exuiſſe 1358.

Hermannus longus.

II. STIRPS SAXONICA.

vide pag. 760.

Bernardus. Non minus celebris ſed diuturnior proſapia fuit BERNHARDI, qui alter *Alberti urſi* filius

[a] Apud Reuſn. ordinis Joannitici Rhodii.

filius, (in memoriam *Bernardi* Claræval'enſis Sancti viri, cum quo patri familiaritas interceſſerat, ita dictus) & de *Friderico Barbaroſſa* bene meritus ejusque in bellis ſignifer, ab eo 1180. in comitiis *Herbipolitanis* ducatum *Saxoniæ* exauctorato *Henrico Leone* obtinuit. Primus quoque dicitur *rutaceum ſertum* in inſignibus geſtaſſe.[a] Habitavit *Wittebergæ*, quam provinciam *Conradi III. Imperatoris* dono obtinuerat. Idem *Erdenoburgo* deſtructo *Lauenburgum* condidit, ac ab Henrico Leone vaſtatum inſtauravit: & cum *Henricus VI. hereditarium* efficere *imperium* laboraret, ſe ſtrenue oppoſuit, & libertatem Germaniæ fere vacillantem tum conſervavit. Deceſſit princeps juſtitiæ laude inſignis 1212. & ex matrimonio priori *Juthæ Danicæ* f. *Canuti Regis*, Alberti & Henrici, à quibus rami *Saxonicus* & *Anhaltinus*, poſteriori autem *Sophiæ Thuringicæ* f. *Ludovici ferrei* Landgravii, *Sophiæ* abbatiſſæ Gerenrodiæ, *Hedvigis* Ulrico C. Wethinenſi nuptæ & *Henrici* junioris C. Aſcaniæ, pater fuit.

I. RAMUS SAXONICUS.

Prior ramus ab ALBERTO[b] incipit, *Bernhardi* filio & ſucceſſore: Is educatus in aula *Friderici* *Albertus.*

a Brotuff. id. L. 4 c. 1. adſcribit Alberto ejus filio.

b - - - - Caſtra ſecutus
Cæſaris ingenti afflixit hoſtilia clade
agmina,

Friderici II. Imperatoris huic in expeditione sacra 1226. astitit, & ad *Pelusium* fortiter se gessit. Idem cum 1226. *Lubecam* à *Waldemaro* imperio vindicaret, Imperatori militavit. Antea quoque 1223. ad preces *Volquini* Episcopi in *Livoniam* exercitum duxerat, gentilibus domandis. Gener fuit ex *Helena* filia, *Ottonis IV. Imperatoris*, cumque eo à Comite *Sverinensi* captus est. Decessit Albertus 1260. relictis filiis *Alberto II. Joanne, Rudolfo* & *Friderico*, ex quibus *hic* Episcopus *Mersburgensis*, obiit 1286. *iste* ex *Anna* f. *Ludovici Electoris Palatini* pater aliquot liberorum, *illi electoralis* & *Lauenburgicæ* linearum autores. Filiæ autem *Mechtildis* Joanni C. Holsatiæ, *Elisabetha* Conrado C. Brenæ, *Agnes* Henrico III. D. Uratislaviæ, *Maria* Barnimo D. Pomeraniæ nupsere.

I. LINEA

agmina, & innumeris impressit secula bellis?
Eheu quos duros non pertulit ille labores,
dum res Saxoniæ magno turbante tumultu
composuit, Cimbrosque ab avitis depulit oris:
eripuitque hosti cinctum obsidione Lubecum,
& raptam imperio magna vi reddidit urbem.
Nec satis hoc, procul hinc Nili penetravit ad undas;
infrenesque adiit Pharios, & inhospita Solis
mænia Germano stipatus milite vertit.

Frischlin.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [806] - 770
PUBLIC DOMAIN

I. LINEA ELECTORALIS SAXONICA.

ALBERTUS II. [a] *Electoralem* dignitatem à Rudolfo Cæſare, etiam tabulis ſuper ea re conceſſis, nec non Palatinatum Saxoniæ aſſecutus eſt. [b] Bellum ei fuit adverſus *Guntherum* Archiepiſcop. *Magdeburgenſem*, varia fortuna geſtum. Ipſum 1297. in ſolennitate coronationis *Alberti I. Imperatoris* turba circumſiſtentium preſſum periiſſe, alii vero diutius ſuperfuiſſe, & ſagittę ictu periiſſe inter 1303. & 1308. vel 1311. cæterum quatuor electionis actibus interfuiſſe referunt. Nati ſunt eo & *Agnete Rudolfi Imperatoris* filia, quæ 1327. deceſſit, *Eliſabetha* Obizonis M. Eſtenſis uxor, *Mathilda* Ludovici D. Bavariæ conſors, *Albertus* Epiſcopus *Patavienſis*, qui obiit 1342. *Luderus*, qui *Albertus 2.*

a In hac tota linea Brotuffus ſibi non conſtat, & pluries à reliquis diſcrepat. De hoc *Friſchlinus:*

Et quisquam nati Alberti memorabile nomen
ignoret, laudesque viri præclaraque facta:
qui regnum Oceano, famam definiit aſtris?
Ille & Parthenopen ſuperavit & Albidos undas:
& late populos armato Marte rebelles
oppreſſit, victos ſervavitque aggere muros.
Dive Rudolfe Tua gener hic Agnete ſuperbus —
ſuſcepit patri ſimilem virtute Rudolfum.

Friſchlin.

b Conf. Celeberr. Schurzfleiſch. ad Bojem. vit. Alb. anim. D. Saxon. M. 4. b. N. 1. a.

in pugna periit, *Wenceslaus*, qui 1327. mortuus, *Otto*, qui 1349. vita excessit, ex *Lucia Dalmatiæ regina*, quam 1277. duxit, pater *Alberti* Episcopi *Naumburgensis*, *Mechtildis* Adolfi D. Slesvicensis conjugis, & *Elisabethæ* Christophoro R. Daniæ nuptæ, & ante hos successor

Rudolfus. RUDOLFUS. Hic ab *Elisabetha* amita comitatum *Brenensem* accepit, Rudolfi Cæsaris concessione. Ejusdem avi materni beneficio eum ex Saxonibus primum *Burggravium Magdeburgicum* exautoratis comitibus à *Schrapela* factum perhibent. Idem paterni belli *Magdeburgici* reliquias persecutus est, auxilio Friderici gravis M. Misniæ, demum pacem fecit. Cum adversus *Ludovicum Bavarum* suffragio juvisset *Fridericum Austriacum*, illius incurrit odium; Tum contra ejus filium *Ludovicum*, defuncto agnato Electore *Brandeburgico*, *Marchiam* invasit, atque *Francofurtum* obsedit, sed repulsus est: demum Cæsari reconciliatus marchionatum *Landsbergium* in veteri Marchia ab eo obtinuit. *Carolo IV.* quoque fuit acceptissimus. Et tandem cum trium Imperatorum electioni interfuisset, valde senex naturæ concessit 1356. genitis ex *Juditha agnata* f. *Ottonis Longi M. Brandeburgici*, quæ decessit 1328. *Alberto*, præmaturo fato rapto 1329. *Rudolfo*, *Ottone:* ex *Cunigunda Polona*, quam amisit 1333. *Mesicone*, cui uxor Eudoxia, sed nulli liberi, 1350. emortualis annus: ex *Agnete Com. Linda-*

Lindavienſi, quæ 1343. obiit, *Wenceslao* & *Wilhelmo*, qui 1369. exceſſit, filiis: filiabus autem *Beatrice*, *Eliſabetha*, *Agnete*, totidem principibus Anhaltinis Alberto, Waldemaro, Bernardo ſociatis. Inter filios primus Elector fuit RUDOLFUS[a]: qui adoleſcens in Gallia pro Philippo pulcro Rege contra Edoardum Anglum exercitum non ſine laude duxit. Ei Ericus II. de dignitate Electorali litem movit, ſed cauſa cecidit. Cum vero frater ejus *Otto* (qui ante Rudolfum 1359. vivis exceſſit) uxorem habuiſſet *Agnetem* ultimi Ducis *Lunæburgici Wilhelmi* filiam, & filium ex ea reliquiſſet *Albertum*, pro hoc, quem initio ipſe avus heredem eſſe juſſerat, ſucceſſio *Lunæburgica* petebatur, & demum 1370. *Rudolfo*, fratri *Wenceslao* & alterius filio, memorato *Alberto*, feudum ducatus *Carolus IV.* contulit: unde inter hos & *Brunſvicenſes* illorum agnatos graviſſimum bellum; quo Albertus 1385. in oppugnatione arcis *Riclingenſis* à nobili *Mandesloo* ſaxo ictus interiit, ex *Catharina agnata* f. *Woldemari M. Brandeburgici* tantum relicta filia *Helena*, quæ 1384. Gerardo C. Hojenſi nupſerat. Nec *Rudolfus 2.*

[a] - - - qui regi armata Philippo
agmina Saxonicis bello deduxit ab oris:
cum regnum duris Edoardi invaderet armis
Gallus, ut edomiti frueretur mœnibus Angli.

Friſchlin.

minus, qui Rudolfo fratri ſine liberis ex *Eliſabetha C. Rupinenſi*, quæ triennio poſt ſecuta eſt, 1370. extincto (nam *Albertum*, licet ex majori fratre Ottone nepotem, *Bulla Metenſis* præteriri juſſerat) ſucceſſit, WENCESLAUS [a] Elector in oppugnatione arcis *Cellenſis* 1388. letale vulnus accepit. Hujus ex *Cæcilia* f. *Ziliola* f. *Franciſci Carrarienſis principis Patavini*, quæ vidua usque ad 1429. ſuperfuit, liberi plures fuere: ex quibus filiæ *Anna* & *Margareta*, *Friderico* & *Bernardo Brunſvicenſibus* nuptæ controverſias ob *Lunæburgum* terminavere. Filii autem *Wenceslaus*, deſignatus *Archiepiſcopus Magdeburgenſis* obiit 1402. RUDOLFUS III. [b] & ALBERTUS III. [c] Electores

Wenceslaus.

Rudolfus 3.

a Quid Wenceslaum loquar inferiore potitum
Saxonidos terra, rapidus qua labitur Albis,
& magno undarum Lunenſes gurgite muros
pulſat, & alato petit æquora Baltica lapſu:
quaque ferit priſci ſedem Brunonis Onacra,
gurgite dividuo mediamque interluit urbem.
Friſchlin.

b Quid Moguntini ſubeuntem vincla Rudolfum
præſulis, & lenta ſublatum tabe veneno.
Friſchlin.

c Quid mitem ALBERTUM, quem ſors inopina fatigat
pauperis ingreſſum tuguri ſub culmina diram
Vulcano ſuperante domum? nam præcoce fato
Dum perit hic, nullamque ſua de conjuge prolem
linquit, neglecto rex Sigismundus Erico
Enſiferum creat imperii, dominumque plagarum
Saxoniæ inſtituit Fridericum Miſnidos oræ
Marchia-

ctores post patrem fuere. *Ille* gravitate & prudentia insignis, captus & vulneratus est in comitatu affinis *Friderici Brunsvicensis*, cum ab electione rediens cæderetur. Sed 1418. in legatione Bohemica veneno credunt sublatum. Cum post primam conjugem *Annam* f. *Baltasaris Landgravii Thuringiæ* sterilem 1395. etiam ex altera *Barbara* f. *Ludovici D. Lignicii* (quæ 1436. decessit) nullos filios, hi enim *VVenceslaus* & *Sigismundus* 1406. dormientes, turris ruina in arce *Sveinicia* oppressi perierant, (filia autem *Barbara Joanni alchymistæ M. Brandenburgico* nupsit) superstites haberet, successit ultimus, frater ALBERTUS III. Sed penes hunc non diuturna dignitatis possessio, nam cum 1422. in saltu *Lochaviensi* venaretur, & cum uxore *Offega filia Conradi Ducis Olsnensis in Silesia*, quam Sigismundus Imperator ei 1420. desponderat, in casa rustica divertisset, orto incendio, ex quo nudus aufugere coactus est, illum terrorem concepit, ut ex eo intra paucos dies expiraret, nulla relicta prole, electoralem lineam terminans. Dignitas vero, ut supra p. 332. vidimus, *Misniæ* marchionibus collata est.

Albertus 3.

Marchiadem charum sibi, Tyrigetûmque potentem
Landgravium. Sic Ascaniæ fors improba genti
opposuit non æqua pedem, vultumque serenum
contraxit, veteres bis dedignata penates.
Nec bene Valdemaro voluit Ludovicus agrorum
arbiter Ascanio nec Sigismundus Erico.

Frischlin.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [811] - 775
PUBLIC DOMAIN

est. Atque ita familia duobus Electoratibus incluta intra seculi spatium utrumque aliorsum translatum vidit.

II. LINEA LAUENBURGICA.

vide pag. 771.

Joannes JOANNES [a] Alberti primi secundus filius, secundi frater, novæ auctor est lineæ, quam nunc *Lauenburgicam* à *Lauenburgo* ad Albim opido, quod diximus à Bernardo Ascanio conditum, vel *Saxoniæ inferioris*, aut *Saxoniæ & Angriæ* dicunt. Ea quidem non semel *Electoralem* dignitatem sibi vindicasse legitur adversus agnatos, nec semel in electivis dietis, donec Carolus IV. ad unam personam jus restringeret, comparuere [b], ut tamen ab imperatoribus agnoscerentur, non impetratum est. Cæterum in ejus deductione non consentiunt omnes. Aliis enim [c] quidam *Joannes secundus* primi ex *Helena Slesvicensi* filius, & ex *Gerburge* f. *Erici R. Sveciæ* pater est Erici I. Joannis III. atque *Alberti*, à quo peculiaris linea, nam eo & *Anna Hassiaca* Rudolfus & Otto, hoc

a Brotuffo filius est Rudolphi II. Wenceslai I. frater. Sed totam illam seriem confuse tractat.

b Ita Ericus dicitur in schismate elegisse Ludovicum Bavarum, Ericus 2. & 3. interfuisse electioni Guntheri Schvvarzburgici. Quæsita etiam 1375. utriusque lineæ alternativa. Conf. Hortled. 1,4,23. p. 1504.

c Ita Reusnerus, Albitius, Henninges, Limneus.

hoc ex *Elisabetha Hassiaca* Albertus, Rudolfus & Joannes IV. nati perhibentur. Demum terminasse dicuntur lineam Joannis IV. & *Mechtildis D. Vandaliæ*, filii *Joannes*, *Ericus IV.* & *Georgius* pater *Sophiæ* conjugis Wratislai D. Pomeraniæ. Alii [a] Joanni I. 1285. defuncto, & *Ingeburgi Erici princ. Sveciæ filiæ*, filiam *Helenam* uxorem Adolfi C. Schauenburgii, & tres filios *Joannem 2.* (1315. mortuum) *Albertum 2.* (1314. defunctum, *Alberti 3.* & *Erici 3.* mariti *Catharinæ Brunsvicensis* 1401. mortui genitorem) & ERICUM I. assignant; Is mortuus 1360. ex *Elisabetha Pomerana filia Bogislai Ducis*, absque dubio *Juditha* Magno D. Megapolitano nuptæ, & ERICI II. hic, qui 1376. extinctus est, ERICI IV. ex *Agnete Holsata* fuit parens. Demum ERICUS IV. cui cum *Lubecensibus* bellum, quo illis Melnam eripuit, ex *Sophia* f. *Catharina* f. *Magni Torquati Ducis Brunsvicensis*, præter filiam *Catharinam* Joanni D. Megapolitano, *Scholasticam* Joanni D. Saganensi (quæ 1463. mortua est) *Margaretam* Volrado C. Mansfeldiæ, *Agnetem* Wratislao D. Pomeraniæ nuptas, plures suscepit filios, & 1411. vita excessit. Inter filios *Magnus* Episcopus *Caminensis* & *Hildesheimius* fuit, 1474. mortuus, *Joannes 3.* 1414.

Eri-cus 1.

Eri-cus 2.

Eri-cus 4.

[a] Ita Dan. Mithovius, qui 1636. edidit, & priorum deductiones errorum arguit. Inde inseruit additionibus Limneus. Sequuntur etiam Tabulæ Tubing.

vivendi finem fecit, *Albertus* Canonicus Hildesiensis 1422. obiit. ERICUS V. patri successit & BERNHARDUS stemma propagavit. Cæterum præfatus *Ericus V.* altera agnatorum linea *Electorali* extincta, sibi conferri dignitatem petiit: verum uti antea 1414. Francofurti *Imperator* ei tantum ducatus *Lauenburgici* feudum (aliud investituræ diploma, quod per *Conradum VVinspergium* obtentum, falsi postulabatur) contulerat, ita postea quoque in collatione ejus axiomatis eum, quem *Rudolfus* & *Albertus*, *Anhaltinos* prælaturi, heredem nunquam voluerint, neque ad vexillum ut manus solenni ritu admoveret passi sint, præterivit, & titulum in *Misnicam* familiam, Electore creato *Friderico bellicoso*, transtulit. Unde Ericus ad concilium Basileense provocavit *a* ob justitiam sibi ab Imperatore denegatam. Nihilominus non tantum proximo tempore principes illi *Electores* & *Archimareschalli* dici voluere, titulum eum usurpantes, obtento etiam mandato Imp. Maximiliani II. ad Ulricum & Christophorum Duces Megapolitanos, ut documenta de hac causa examinarent, & ad Cæsarem referrent, quam commissionem Rudolfus 2. 1577. iteravit [b], sed & nostra memoria scripto aliquod jus sibi adhuc supereſſe contenEricus 5.

a Limn. Jur. Publ. 2, 9, 100. & T. V. ad L. 2. p. 93. 94.

b Rittershus.

contenderunt. *a* Porro *Ericus V.* ſine prole ex *Eliſabetha* f. *Conradi Dn. de VVeinsperg* 1435. mortuus, ſucceſſorem habuit fratrem BERNHARDUM, qui ob aliquas lites cum *Friderico I. Electore Brandenburgico* vaſtavit *Prigniciam*, ſed ipſe viciſſim 1437. à Friderico *Erdenoburgum* ſuam deſtrui vidit, & 1463. peſte mortuus, ditiones ſuas & prætenſiones reliquit filio (quem & præter eum filias *Margaretam* Henrico D. Brunſvicenſi Grubenhagio, *Sophiam* Gerhardo D. Julicenſi nuptas, ex *Adelheide* f. *VVartislai D. Pomeraniæ* ſuſceperat) JOHANNI, qui 1465. coram Friderico III. litem de Electoratu reaſſumſit, ſed æque ac patruus rejectus eſt. Eidem cum *Lubecenſibus* ob *Melnam* contentio 1465. fuit. Huic 1507. mortuo ex *Dorothea Brandenburgica* f. *Friderici II. Electoris* nati, præter plures filias (ex quibus pleræque impuberes aut virgines deceſſere: Niſi quod *Anna* Joanni C. Lindavio & Rupinenſi 1490. & poſt eum Friderico C. Spiegelbergio, *Sophia* Antonio C. Schauenburgio junctæ ſunt) filii ſuperfuere *Ericus* 1503. Epiſcopus *Hildesheimius* (quem tamen Epiſcopatum poſt annum conſenſu Pontificis & capituli reſigna-

Bernardus.

Ioannes

Ericus Epiſc. Monaſt

a Per Danielem Mithovium jus ſuum publice propugnavere. Titulus: Kurtzer Hiſtoriſcher Bericht / wie die hochlöbliche Vorfahren itziger nochlebender Hertzogen von Sachſen / Engern und Weſtfahlen umb die Sächſiſche Chur-Gerechtigkeit kommen / und ſie ſelber noch davon abgehalten werden.

resignavit in fratris favorem) & 1508. *Monasterienſis*, qui 1518. *Nicolaum* comitem *Teclenburgium* ob prædas actas castigavit, & 1522. obiit: *Joannes* Episcopus *Hildesheimius* ab anno 1504. *Bernhardus* Canonicus inde præpositus *Colonienſis*, 1524. extinctus, *Rudolfus*, & successor patris MAGNUS II. Cæterum à *Joanne* non parva episcopatus damna est passus. Cum enim ei lis orta fuisset cum *Burchardo* à *Saldern*, atque hic Episcopum ope *Francisci* Episcopi *Mindenſis* & ducum *Brunſvicenſium* armis vexaret, bellum exarsit. Joanni assistebat *Henricus D. Lunæburgicus* & Comes *Schauenburgicus*: unde potentiæ suæ confisus *Mindenſem* diœcesin, & *Erici Brunſvicenſis* ditiones vastat, nec *Friderici Saxonis*, qui *vicarius Imperii* arma poni monuerat, jussibus obtemperat. Sed à Brunsvicenbus obsidione *Calenbergæ* depellitur, *Peina* autem obsidetur. *Hildesheimius* ut urbem periculo eximeret, inducias pangit, sed mox securis superveniens gravi strage 1519. ad *Soltoviam* hostes sternit, & *Ericum* ac *Wilhelmum Brunſvicenſes* capit; Cum autem *Carolus V.* recens electus pacem imperasset, nec obtemperaret Joannes, 1520. cum *Lunæburgico* proscribitur. Hac fiducia Brunsvicenses Episcopum, qui proscriptionem initio ludibrio habebat, aggrediuntur, & diœcesios majorem partem occupant, ut Joannes profugere 1521. cogeretur. Ita quamplurima ab episcopatu

Ioannes ep. Hildesh.

patu avulsa in *Brunsvicensium* ditionem venere, & his à Cæsare collata, nec licet *Papa* eadem repetierit, restituta, 1630. vero repetita sunt. Demum 1527. Episcopatu se abdicavit Joannes, & 1547. vita excessit. [a] Quod vero fratrem ejus *Magnum* concernit, primus is titulo *electoris* abstinuisse dicitur. Idem cum *Comite Oldenburgico Joannem Rodium Archiepiscopum Bremensem* ob generis humilitatem contemtum bello vexavit, ut is coadjutorem rebus suis firmandis *Christophorum Ducem Brunsuicensem* cogeretur assumere [b]. *Hadelariam* autem ab eo occupatam recepit. Demum 1543. fatis concessit. Uxor *Catharina Brunsuicensis* f. *Henrici Ducis*, quæ 1563. decessit, ei præter filias quinque, *Catharinam, Dorotheam, Claram, Sophiam, Ursulam*, quæ conjuges sociatæ sunt 1531. Gustavo Regi Sveciæ, 1532. Christiano III. Regi Daniæ, 1547. Francisco D. Brunsvicensi, 1537. Antonio C. Oldenburgio, 1551. Henrico Duci Megapolitano: & quarum tres priores mundo valedixere annis 1531. 1571. 1576. genuit successorem FRANCISCUM I. Hic in *Monasterienſibus Anabaptistis* compescendis olim nomen adeptus, demum 1578. ob senium filio FRANCISCO II. regimen ditionum tradidit, & triennio post, cum de principatu filiorum contentiones tristes tristis vidisset, mortuus

Magnus.

Franciscus 1.

Franciscus 2.

a Hortled. T. 1. L. 4. c. 18.

b Thuan. L. 18. p. 864.

mortuus est. Cæterum ex *Sibylla Saxonica* f. *Henrici Ducis* 1540. ducta, præter *Franciscum* memoratum plures utriusque sexus liberi suscepti. Filiæ *Sidonia Catharina* Wenceslao D. Teschinensi, 1567. & Emerico Forgatschio, 1586. *Dorothea* Wolfgango D. Brunsvicensi, 1570. (1586. obiit.) *Ursula* Henrico D. Brunsvicensi nupsere: Ex filiis *Magnus 3.* in *Svecia* 1560 ducta *Sophia Gustavi R.* filia (unde filius *Gustavus* 1574. susceptus, qui 1592. vel 1597. decessit) in eo regno & militaribus ejus servitiis *a* magnam partem ætatis egit, sed demum in Joannis Regis odium incidit, & relicta conjuge ac assumta pellice Svecia ejectus est: paterna quoque ditione, quam parens Francisco cesserat, excidit, cumque fratrem 1574. impugnaret, Razeburgo opido capto & direpto, nihil effecit, atque iterum in Sveciam fugere coactus est [b]. Demum captus à fratre 1603. in carcere Razenburgi mortuus est: *Henricus* Archiepiscopus *Bremensis*, Episcopus *Osnabrugensis* & administrator *Paderbornensis* fuit: *Monasterienſis* etiam Episcopatus sacri collegii pluribus suffragiis 1575. ei destinabatur, sed Pontifex obstitit, [c] & licet *Evangelicus* cælebs tamen mansit, nec in religione aliquid mutavit publice: cum vero *Gebhardo Colonienſi* auxilio venire

a Conf. Thuan. L. 60. pag. 109.

b Thuan. L. 59. p. 76.

c Thuan. L. 61. p. 149.

nire vellet, *Bonnæ* cum copiis non admissus, eum deseruit, & 1585. vita excessit, (Hic fratribus humanitate, doctrina, virtute & prudentia antecelluit: & Hadelerensem ditionem sua redemtam pecunia laudabiliter rexit) *Mauritius* in Belgio *Joanni Casimiro Palatino* militavit, & eo in Angliam profecto copiis præfuit, sed ab Hispanis in angustias redactus, discedendi tamen licentiam suis obtinuit *a*, ac 1616. mortuus est: *Fridericus* præpositus *Bremensis* & *Canonicus Colonienſis* multa contra *Gebhardum Truchsesium Archiepiscopum* egit [b], initio spe *electoratus* adipiscendi ductus, qua tamen excidit, & 1586. vita excessit. Quod vero successorem cui pater regimen tradidit, attinet *Franciscum* 2. Hic olim in Belgio *Alexandro Farnesio* 1579. operam militarem addixerat, ejusque ope postea frater *Mauritius* servatus est. Decessit autem πολύπαις 1619. Ex primo matrimonio *Margaretæ Pomeranæ* f. *Philippi Ducis* 1574. ductæ, & 1581. extinctæ, ei nati *Maria* 1576. (1625. decessit) 1580. PHILIPPUS, qui patrem morte sua 1605. præcessit, & ante hunc 1577. AUGUSTUS, ad quem regimen morte patris devolutum est. Bis maritus fuit, ducta primum 1621. *Elisabetha Sophia* f. *Joannis Adolphi D. Holsatiæ*, quæ 1627. eum morte sua destituit, mater

Franciscus 2.

Augustus.

a Strada de Bell. Belg. 2, 1. p. 31. seq. Thuan. L. 68. p. 465. qui tamen Mauritii nomen ignoravit.

b Thuan. L. 78. p. 873.

mater *Annæ Elisabethæ* genitæ 1624. 1665. sociatæ Wilhelmo Christophoro Landgravio Hassiæ, quæ nunc *Philippseccia* habitat, & *Sibyllæ Hedvigis* 1625. editæ, Francisco Erdmanno patrueli 1654. copulatæ. Altera conjux Augusti fuit *Catharina f. Joannis C. Oldenburgii*, quam 1644. amisit, superstite filio JOANNE ADOLFO, qui matrem 1646. secutus est. Unde moriens pater 1656. nullum marem reliquit. Ex altera autem uxore *Maria* f. *Julii Ducis Brunsvicensis*, *Franciscus* 2. numerosam suscepit sobolē. Nati enim sunt, ut eos taceamus, qui infantes decessere, illis parentibus 1584. *Franciscus Julius*, 1586. *Julius Henricus*, 1587. *Ernestus Ludovicus*, 1589. *Juliana* (quæ dein 1626. Friderico D. Holsatiæ in Nordburg nupsit, atque 1630. decessit) 1594. *Franciscus Carolus*, 1596. *Rudolfus Maximilianus*, 1597. *Hedvigis Maria* (dein Hannibalis Gonzagæ supremi cubicularii uxor, . . . extincta) 1598. *Franciscus Albertus*, 1601. *Sophia Hedvigis* (1624. Philippo D. Holsatiæ in Glucksburg sociata) 1604. *Franciscus Henricus*. Ex his

Franc. Julius. FRANCISCUS JULIUS, mortuus est 1634. sed ei ex fœcundo thalamo *Agnetis* f. *Friderici D. Wirtenbergici*, quæ ducta 1620. 1629. extincta est, mater 4. filiorum, & trium alterius sexus, qui omnes infantes mortui, nihil superfuit. ER-

Ernest. Ludovicus. NESTUS LUDOVICUS, 1620. prope *Lincium*, cum *Viennæ* militarem operam addicere Cæsari

Cæsari vellet, à *rusticis* tumultuantibus occisus est. FRANCISCUS CAROLUS: Aliquandiu Electori Saxoniæ militavit. Cum pro *Svecis* delectus ageret 1630. *Razenburgo* à fratre *Augusto* exclusus, & à Pappenheimio captus est [a]. Inde ad *Pontificios* transiit, Italiam frequenter invisit, ac tandem *Neuhusii* 1660. nulla ex tribus uxoribus, quæ fuere *Agnes* f. *Joannis Georgii Electoris Brandeburgici*, vidua Philippi Julii D. Pomeraniæ, 1629. extincta, *Catharina* f. *Joannis Sigismundi Elect. Brandeburgici*, ditissima vidua Bethlemi Gaboris 1639. ducta, demum .... Comitissa *Meggavia*, relicta sobole, obiit. *Francisc. Carolus.* *Rudolf. Maximilian.* RUDOLFUS MAXIMILIANUS ad religionem *Pontificiam* transiit in Italia: Cæsareis auspiciis militavit generalis rei tormentariæ præfectus, & in prælio *Lipsiensi* 1631. Tillio vitam servavit. Sed 1647. ἄγαμος decessit. FRANCISCUS ALBERTUS, cum relicto *Cæsare* se *Svecis* applicuisset, in prælio *Luzensi* regi præsto fuit, cumque deinde *Wallensteinii* consiliis participaret, à Cæsareanis captus Egram & Viennam ductus est: tandem 1642. *Kœnigsmarckio* fugato, in *Dorstensohnium* ad *Svidniciam* incidens, superatusque & captus, ex vulnere decessit, maritus *Christinæ Margaritæ Megapolitanæ filiæ Joannis Alberti Ducis*, 1640. ductæ, sed ἄτεκνος. *Franc. Albertus.* FRANCISCUS HENRICUS, *Franzhagæ* habitavit, Svecicis auspi-

Franciscus Henricus.

[a] Brachel. L. 4. p. 177.

auſpiciis legionem duxit, & ex *Maria Juliana Naſſovia* f. *Joannis Comitis* genuit utriusque ſexus liberos, ſed 1658. morions tantum filias duas *Erdmutam Sophiam* 1644. & *Eleonoram Carolam* 1646. natas, quarum illa vidua eſt Guſtavi Rudolphi D. Megapolitani, reliquit.

Julius Henricus. Solus omnium ſtemma propagavit JULIUS HENRICUS, qui cum olim 1591. Oſnabrugenſem Epiſcopatum cum aliis ambiviſſet [a]: Poſtmodum *religionem Pontificiam* amplexus eſt, & Cæſari militavit, jam 1618. contra Bohemos arma ferens. 1629. A Wallenſteinio in Boruſſiam adverſus Svecos, cum Arnheimium revocaſſet, miſſus eſt. Demum mortuo fratri Auguſto in regimine ſucceſſit, cujus 1653. in comitiis Ratisponenſibus legatus fuerat [b]. Cum prima uxor *Anna Oſtfriſia Ezardi Comitis filia*, Ludovici Electoris Palat. & Erneſti Friderici M. Badenſis vidua 1621. extincta, ſterilis fuiſſet, ex ſecunda *Eliſabetha Sophia Brandenburgica Joannis Georgii Electoris filia*, Jani Razivilii vidua, 1628. ducta, & ſeq. extincta, genuit 1629.

Franc. Erdmannü. FRANCISCUM ERDMANNUM in Evangelica religione educatum, *Svecorum* aliquandiu in *Polonia* militem, atque *Sibyllæ Hedvigis* patruelis maritum, qui patri ſucceſſit, ſed mox 1666. ejus fata ſecutus eſt. Ex tertia autem *Anna Magdalena Poppelia*, (unde plurima in *Bohemia*

a Thuan. L. 100. p. 941.
b Limn. Jur. publ. T. V. p. 324.

Bohemia bona, ob quæ *Schlackenwverdæ* sumta sedes) præter filiam *Mariam Benignam Franciscam*, natam 1635. & dein Octavio Piccolomineo D. Amalfitano nuptam, 1640. nasci sibi vidit JULIUM FRANCISCUM: qui solus suæ gentis spes, ex conjuge *Hedvige Augusta* f. *Christiani Augusti C. Palatini Rheni*, quæ sponsa Sigismundi Francisci Archiducis Austriæ fuerat, sobolem masculam, qua prisca familia porro propagetur, expectat. Renovata majorum prætensione, deinceps cum Electore Saxoniæ *Joanne Georgio II.* transegit, & 1671. *mutuæ successionis pactum* inter utramque domum inivit & obtinuit. Nunc in militia imperii inter supremos duces patriæ operam navat.

II. RAMUS ANHALTINUS.

vide pag. 769.

Fuere hi Saxonici; cum vero *Bernhardo* præter Albertum horum satorem, filii etiam fuerint HENRICI duo, ab his reliqui Ascanii geniti. *Junior* ex his, alias *pinguis* dictus, *Ascaniam* tenuit, sed eam, cum mortuus esset 1243. ipsius ex *Irmengardi Thuringica* liberis (qui enumerantur *Henricus*, fundator monasterii Hochlingen, *Sigismundus* maritus *Ameliæ* Hennebergicæ, *Bernardus*, & *Adolfus* s. *Ortolfus*) patruus HENRICUS senior eripuit. Hic à *Friderico 2.* creatus Princeps *Anhaltinus*, stem-

Henricus pinguis.

Henricus sen.

ſtemma continuavit. Cum *Gerundum* abbatem Munchneuburgenſemob ſcortationes, quas cum abbatiſſa Quedlinburgia exercuit, oculis & lingua privaſſet ac carceri mancipaſſet, à Pontifice excommunicatus Romam adiit, & abbate dimiſſo 1235. abſolutionem à Pontifice obtinuit. *Alberto Archiepiſcopo Magdeburgio* etiam bellum intulit, & vita exceſſit 1257. pluribus ex *Mechtilde* f. *Ottonis Ducis Brunſvicenſis* liberis genitis. Ex illis filiæ *Sophia* Ulrico C. Reinſteinio, *Hedvigis* Boleslao Calvo D. Lignicio (obiit 1275.) aliæ duæ, quarum ignorantur nomina, altera Henrico M. Miſniæ, altera Wernero C. Hadmerslebio nupſere. Ex filiis autem *Henricus* Archiepiſcopus fuit *Magdeburgi* ab anno 1304. ad 1307. *Otto*, qui comitatum *Aſcanium* cum civitate *Aſchersleben*, nec non *Hercynia* & advocatia *Gerenrodia*, nactus erat, & 1315. deceſſit, filium *Ottonem* Canonicum Magdeburgium 1305. ipſe adhuc ſepelivit, atque ita ex priori conjuge *Hedvige* f. *Hermanni Landgr. Haſſiæ*, Ottonis etiam matre, non niſi filias reliquit, *Annam* Ottoni al. Alberto M. Brandeburgio, & *Eliſabetham* Friderico Landgravio Thuringiæ copulatas: *Hermannus* præpoſitus Halberſtadienſis 1286. deceſſerat: *Magnus* præpoſitus Lebuſienſis fuerat: reliqui duo SIGFRIDUS & BERNHARDUS lineas diverſas *Serveſtanam* & *Bernburgiam* orſi.

I. LINEA

I. LINEA BERNBURGIA.

BERNARDUS I.[a] Bernburgiæ lineæ autor cum fratre Sigfrido Misniam populatus est, & licet à Marchionibus superatus prædas tamen divites domum reduxit. Ex *Agnete* f. *Leopoldi D. Austriæ*, ducta 1256. genuit *Annam* Ottonis Elect. Brandeburgii conjugem[b], *Sophiam*, quæ 1330. decessit, Theodorici C. Honsteinii uxorem[c], *Joannem*, *Rudolphum*, *Ottonem*, qui Canonicus Magdeburgius 1305. decessit, *Albertum* Episcopum Halberstadium, qui à fratre dissidens *Ascaniam*, quam feudo ab Halberstadiis ille recipere recusabat, sed ab Imperatore Ludovico accipere maluerat, ope *Elisabethæ* secundæ conjugis Ottonis patrui, quæ vidua eam dotalitio nomine possidebat, jamque illam, Friderico C. Orlamundensi nubens relinquebat, capitulo Halberstadio adseruit, atque ita familiæ suæ subtraxit, atque 1326. decessit, & BERNARDUM II. Hic patri successit, sed 1318. mortuus ex *Helena* f. *Bogislai D. Pomera-* *Bernardus 1.* *Bernardus 2.*

a Brotuffus hunc Bernardum Henrici 2. filium, Woldemari nepotem, Ottonis pronepotem, Henrici I. principis abnepotem facit: Confusissime omnia & contra Chronologiam. Eundem etiam perperam facit Ducem & Electorem Saxoniæ, atque patrem Rudolfi Electoris.

b Alii eandem putant cum Ottonis, qui hic patruus dicitur, filia. Sicut etiam ejus filia *Elisabetha* Friderico Landgr. Thuringiæ nupta huc locatur.

c Alii faciunt filiam Sigismundi principis Anhaltini.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [825] - 789
PUBLIC DOMAIN

niæ, quæ 1315. mortua eſt, *Henricum* monachum Dominicanum & BERNARDUM III. genuit. Hic *Spoliatus* dicitur, eo quod *Halberſtadienſes* ipſum vi *Aſcania* dejecerint, inſuper habita Cæſaris voluntate. Hic vero ad Bernardi querelam, Aſcanios retraxit, & omnes vaſallos ad eum remiſit, quod aliquandiu duravit. Aſt Alberto mortuo capitulum contemtis Imperialibus mandatis revocatoriis, quæ reſtituerat, altera vice occupavit. Sed principes hucusque illa Aſcania feuda, quibus ſpoliati, à Cæſaribus accipere ſolent. Vitam cum morte commutavit 1348. ter maritus *Agnetis filiæ Rudolfi Elect. Saxoniæ, ... ſororis Caroli IV. Imperatoris*, & *Mechtildis Magni D. Brunſvicenſis filiæ*. Liberos habuit BERNARDUM IV. HENRICUM & OTTONEM. *Ille* 1354. exceſſit nullis liberis ſuſceptis, ex *Eliſabetha* f. *Friderici M. Miſniæ: iſte* 1374. defunctus eſt, pater ex *Sophia Gleichia* vel *Stolbergenſi*, *Rudolfi Epiſcopi Halberſtadii* 1399. ſacrati, & 1416. mortui, *Bernardi V.* qui 1410. vivendi finem fecit, atque *Adelheidis* abbatiſſæ *Gerenrodiæ*, mortuæ 1374. *Hic* 1400. extinctus, ex *Helena* f. *Botonis C. Stolbergii*, vel *Agnete* f. *Wartislai VI. D. Pomeraniæ*, *Mechtildem* Georgii ſenioris principis Anhaltini conjugem, *Ottonem*, qui 1415. *Gertrudis Prozonis Domini Querfurtii filiæ* maritus, deceſſit, & BERNARDUM VI. Hic *Magdeburgenſibus* contra

Bernardus 3.

Bernard. 4. Henricus. Otto.

Bernardus 6.

contra Archiepiſcopum Guntherum auxilio fuit, & 1468. morte ſua gentem clauſit, ex conjuge *Hedvige Saganenſi*, non niſi filia *Mechtilde* relicta, quæ Sigismundo principi Anhaltino nupſit. Ipſe heredem ſcripſit agnatum & affinem Georgium principem.

II. LINEA SERVESTANA. p.789.

SIGFRIDUS Anhaltinus princeps Henrici filius lineæ caput eſt, atque aliis *Sigismundus* vocatur. Demum relicto principatu Dominicanum cœnobium Magdeburgi ingreſſus eſt, & 1310. deceſſit: pater ex *Catharina Gleichia* quinque filiarum, quarum tres moniales, *Hermanni, Sigfridi, Henrici*, qui item vitam Eccleſiaſticam ſectati, & ALBERTI *ſenioris*. *Hic* 1316. mortuus ex *Eliſabetha Brandenburgica* f. *Conradi*, præter *Henricum* & *Sigfridum* Eccleſiaſticos, & filiam nuptam Ludovico Domino de Hakeborn, genuit WOLDEMARUM ſeniorem, (qui 1343. in Paleſtinam profectus eſt, 1367 prælio *Magni Torquati Brunſvicenſis* adverſus *Hildesheimios* cecidit, & ab equis conculcatus eſt. Fuit maritus *Beatricis* f. *Obizonis Eſtenſis princ. Ferrariæ*, ductæ 1343. Et poſt hanc *Eliſabethæ* f. *Rudolfi Elect. Saxoniæ*, ductæ 1345. ex qua fuit pater *Woldemari junioris* ἀτέκνου.) & ALBERTUM *juniorem*. Hic Fridericum admorſum M. Miſniæ captivum 1312. adduxit

Sigfridus.

Albert. ſenioris.

Woldemarus.

Albertus jun.

Aldenburgum, ſed Pleiſſenſium ex inſidiis erumpentium vafritie ipſe capitur & Aldenburgum ducitur: nec niſi conditionibus gravibus & lytro dimiſſus eſt. Legitur cum fratre *Deſſavienſis* arcis jeciſſe fundamenta. Habuit conjuges *Agnetem* f. *Wartislai D. Pomeraniæ* & *Beatricem* f. *Rudolfi Electoris Saxoniæ*. *Hac* nati *Rudolfus* Epiſcopus *Sverinenſis*, qui 1381. vel 1365. deceſſit, tum filiæ duæ *Burcardo* Burggravio Magdeburgio, & Alberto C. Barbienſi nuptæ. *Illa* autem [a] natus eſt JOHANNES. Hujus uxor *Eliſabetha Hennebergica* f. *Joannis principis*, malis moribus & Xanthippeis jurgiis ita fatigavit maritum, ut ſponte laribus deſertis ſibi exilium indixerit: unde de eo nihil amplius compertum. Nati tamen ex illo conjugio, præter *Woldemarum* ἄπαιδα 1392. extinctum, ALBERTUS III. *Claudus* & SIGISMUNDUS, qui pro *Marchia Brandenburgenſi* (quam *Sigismundus Imperator Friderico Norimbergenſi Burggravio* conceſſerat) 60000. aureos accepere: cæterum ille *Cœthenſis*, hic *Serveſtani* rami pater. *Ille* complectitur Alberti (qui bello à Magdeburgicis plurima damna paſſus, Cœthena etiam obſeſſa; ſed 1424. extinctus eſt, & duas uxores habuit *Eliſabetham* f. *Guntheri C. Mansfeldii* & *Eli-*

Ioannes

Albert. Claudus & Cœthenſis linea.

[a] Reuſn. facit ſterilem, & hunc quoque vult Beatrice natum.

& *Elisabetham Prozonis Domini Querfurtii filiam*, quæ 1482. decessisse dicitur) liberos & nepotes. Cæterum genuit Albertus [a] ex primo matrimonio *Dorotheam* Joannis D. Megapolitani uxorem, *Lutrudim* monialem, *Woldemarum* ex *Margareta Conradi C. Eglensis* filia, *Joannis* Canonici & *Elisabethæ* monialis patrem, *Albertum*, *Wilhelmum* & *Adolfum*: atque ex secundo conjugio *Sophiam* Guntheri C. Barbiensis uxorem, *Dietburgam* Guntheri Com. Schvvarzeburgii conthoralem, atque *Albertum*, qui 1483. mortuus, pater fuit ex *Elisabetha* f. *Guntheri C. Mansfeldii*, *Philippi ἀγάμου*, qui in aula Saxonica vixit, *Magdalenæ* abbatissæ Quedlinburgiæ, quæ obiit 1516. *Annæ* præpositæ Gandersheimiæ, *Dorotheæ* Joachimo C. Oetingio nuptæ. Adolfus autem iste Alberti Claudi filius ex *Cordula* f. *Alberti C. Rupinensis* genuit præter alios, *Wilhelmum*, qui deinde cum se ordini *Minoritarum* addixisset *Ludovici* nomen sumsit, cumque in ordine rigidissime haberetur, & ex seculi errore in hoc sanctimoniam quæreret, jejuniis, vigiliis, labore confectus, maturius extinctus est 1504. vel 1506. [b] *Magnum*, præpositum Magdeburgium, qui

a In hisce Alberti liberis atque inprimis nepotibus, non idem sentiunt autores. Quos enim Adolfo damus liberos, alii dant Alberto.

b Luth. Tom. 6. Altenb. f. 8. b. refert se cum vidisse saccum & collectas eleemosynas bajulantem.

cum fratre Adolfo ditionem Cœthanam agnatis resignavit, quod ipsi ampla possiderent beneficia, vitamque clausit 1524. ac *Adolfum* Episcopum *Mersburgensem*, cujus memoriam *B. Lutherus* dedicatione thesium de *Indulgentiis* & Epistola scripta nobilitavit. Eundem ad moderationem styli acerbioris Adolfus epistola responsoria 1520. hortatus est[a]. Mortuus est & totam lineam terminavit 1526. princeps humili quidem statura, sed magnæ ob pietatem, prudentiam & in gubernatione industriam autoritatis & in pauperes quoque beneficus.[b] Doctrinæ Evangelicæ de justificatione fidei inprimis addictus[c]. Licet initio ad exurenda etiam Lutheri scripta se permoveri passus sit, unde de eo hic conquestus[d]. *Hic* vero (*Servestanus*) diutius duravit: Autor fuit *Sigismundus*, qui 1387. cum Magdeburgensibus bellum habuit. Inde *Friderico Brunsvicensi*, cum ad *Frizlariam* occideretur, adfuit, & vix evasit. Mortuus autem est 1405. Illo & *Jutha* s. *Brigitta* f. *Gebhardi Domini Querfurtensis*, nati, *Mathildis* abbat. Gernrodensis, *Anna, Sophia* Burchardi Com. Barbiensis, *Margareta* Alberti Mansfeldii uxores, *Joannes* Præpositus Mersburgius & Canonicus Magdeburgius. *Sigismundus junior*, *Mathildis* ex Bernburgiis agnatæ

Linea Servestana. Sigismundus

a Luth. T. 1. Altenb. f. 351. b.
b Elogium Reusneri.
c Camerar. de vita Georg. pr. Anhalt.
d Luth. Epist. T. 1. Epist. 216. p. 311.

agnatæ maritus, *Albertus* cui uxor *Margareta* f. *Conradi ultimi C. Eglenſis* ſed nulli liberi, & GEORGIUS qui (1474. mortuus) ſtemma ſolus propagavit, & *Bernburgiam* ſucceſſionem nactus eſt. Uxores *Georgius* habuit *Mechtildem* agnatam *Ottonis principis*, *Euphemiam Conradi D. Olſnenſis*, *Sophiam Sigismundi Com. Honſteinii*, *Annam Alberti C. Rupinenſis* filias. Ex his plures liberi. Filiæ *Anna* Joanni C. Honſteinio, alia *Anna* (ex matre Rupinenſi) Joanni C. Oldenburgio, nupſere, *Agnes* Gandersheimia, *Scholaſtica* Gerenrodienſis abbatiſſæ fuere, aliæ virgines aut moniales vixere: Filii adolevere *Georgius robuſtus*, qui quanquam *Agnetis Brandenburgicæ Friderico pinguinatę* maritus 1509. ſine liberis deceſſit: *Sigismundus* Alberti gemellus fortiſſimus miles; Albertum animoſum in itinere Hieroſolymitano comitatus, ſed ob morbum in Rhodo relictus, *Florentiæ* 1506. ἄγαμος mortuus eſt. *Rudolphus* [a] itidem *Martium* vivendi genus ſectatus, *Maximiliani Imperatoris* (cui initio diſſimulata perſona meruerat, ſed magnitudine animi, virtute & in rebus gerendis induſtria proditus eſt,) in bello *Gelrico*, *Ungarico* & *Georgius ſen.*

a Quis non Aſcanii Mavortia facta Rudolfi
audiit: ut Venetos genus inſuperabile bello
vicerit, inſigni redimitus tempora palma.
Quando Cæſareas ductavit in orbe cohortes
Auſonio, & victo ſtatuit ſuper hoſte tropæum.
Friſchlin.

rico & *Italico* dux, & duabus quas à *Venetis* obtinuit ad *Adulam* & *Bachilionem* non procul Vincentia (ubi à Bartholomæo Liviano ita circumventus erat, ut elabi non posse videretur, sed virtute paravit viam, & hostilem exercitum plane protrivit, ac Vincentiam, Veronam, atque Paduam recepit) victoriis illustris, paulo post 1513. veneno propinato *Veronæ* cælebs interiit. Duo vero *Woldemarus* & *Ernestus*, ille ex tertio hic quarto conjugio nati, familiã propagarunt. WOLDEMARO [a] qui 1508. mortuus, & *Margareta* f. *Guntheri C. Schvvarzburgici*, ducta 1491. nati sunt *Barbara* Henrici Plavii Burggravii Misniæ uxor, quæ 1572. mortua, *Margareta*, conjux Joannis Electoris Saxoniæ 1513. ducta, 1521. defuncta, & WOLFGANGUS [b] pietate, consilio, moderatione, temperantia, gravitate & literis, quibus Lipsiæ imbutus est, præstantissimus princeps [c]. Hic qui *Côthen*,

Woldemarus.

Wolfgangus.

[a] Aspice ut insignis spoliis incedit opimis
Voldemarus, victorque viros supereminet omnes.
Quem sese ore ferens: quam forti pectore & armis.
Frischlin.

[b] - - Quid referam te dux Wolfgange vetustæ
gentis honos, belli doctum feliciter artes:
seu faciem diræ velles componere pugnæ,
Seu positis tutam castris deducere fossam?
Te nec Pontificum vultus, non gloria regum,
non fallax reprobi pervertit gloria mundi.
Frischlin.

[c] Ad eum extant Lutheri scripta T. 8. f. 970. b. 980. a. 993. a. 996. a.

Cothen, *Ballenſtett* & *Bernburg* obtinebat, *Auguſtanam Confeſſionem* ſubſcriptam cum reliquis obtulit, in fœdere primo Evangelicorum *Magdeburgico* 1526. & deinceps *Smalcaldico* fuit, atque 1550. *Mauritio Magdeburgicis* reconciliando ſuas partes interpoſuit[a], demum 1566. ἄγαμος conceſſit fatis, eorum qui confeſſionem Auguſtæ obtulerant ultimus. ERNESTO, qui 1516. mortuus eſt, ex *Margareta Monſterbergica* f. *Henrici Ducis*, ducta 1533. quæ mortua eſt 1530. principe ob virtutes & pietatem ſui ſexus decore, nati ſunt 1504. 1507. 1509. tres filii JOHANNES, GEORGIUS, JOACHIMUS. *Hic* ab agnato *Adolfo Mersburgio* Epiſcopo optime educatus, in Lipſienſi academia cum fratre Georgio ſtudiis inſtitutus, & conſilia *VVolfgangi patruelis* fere ſemper ſecutus, *Deſſaviam* tenuit, à ſtudio pietatis, prudentiæ, amoris in literatos atque in pauperes beneficentiæ inſigne nomen meruit, & 1561. apoplecticus vitam cælibem clauſit.[b] *Iſti* qui præpoſitus *Magdeburgenſis* & *Miſnenſis* fuit,[c] obtigerat *Hazkerodana* ditio, cum *Harci-*

Ernestus.

Ioachimus.

a Thuan. L. 6. p. 304.

b Ad eum extat paracletica epiſtola B. Luth. Tom. 6. Altenb. f. 180. b. vide & T. 8. f. 992. a. 996. b.

c De eo Elector Palatinus: Si optio eſſet, malle ſe Anhaltinum principem quam Imperatorem eſſe. Wann S. Churfl. Gn. freyſtünde Römiſcher Käyſer oder ein ſolcher Prediger zu werden / als Georg Fürſt zu Anhalt / als

Harcinia, Com. *VVarmſtorff* & *Plezka*, quæ dextre rexit. Cæterum à parentibus optime educatus, inprimis *Georgii Helti* Forchheimii inſtitutione literis & ſacra cognitione imbutus: dein ſvaſu Adolfi agnati *in ſtudio juris*, præſertim Canonici, plurimum profecit: unde poſtmodum ab Alberto Archiepiſcopo Moguntino & Magdeburgio conſiliarius regimini hujus diœceſeos additus eſt, & juridicundo vacavit: interim patribus, & hiſtoriæ Eccleſiaſticæ legendæ, *Hebrææ* etiam & *Græcæ* linguis addiſcendis reliquum temporis tribuit. Inde *D. Lutheri* ſcriptis lectis poſt maturum examen doctrinæ illius acceſſit, parum penſi habens quod ita ſubiret diſcrimen. Primum quidem communi conſilio cum fratribus Germanis, quibuscum ſumma ſemper vixit concordia, Eccleſias in patria inſtauravit, ritus vitioſos abolevit; ſcholas optime conſtituit: in aliis gubernationis partibus fideliter ſervivit. Inde ad Eccleſias regendas in *diœceſi Mersburgia* vocatus 1545. itidem recte doceri populum curavit, coadjutor Auguſti Saxonis adminiſtatoris, optimi & principis & paſtoris perfunctus munere: omnia enim Eccleſiaſtica munia concionando, conſolando, & Eccleſiam gubernando ſedulo obivit. Apud alios etiam reformationem piam conſiliis atque monitis

als wolt er lieber Fürſt zu Anhalt denn Römiſcher Käyſer ſeyn. Nagel. in conc. funebr. Joh. D. Megap.

nitis urgere institit: uti ad Carolum V. de hoc argumento scripta supersunt. A variis varias persecutiones & calumnias tolerare coactus est, sed forti & Christiano animo pertulit. *B. Lutheri* etiam consilio in plerisq; rebus usus est, & cum eo conjunctis animis vixit. De cætero modestus & consiliorum præcipitum ac audacium osor. Æquitatis illa fama fuit, ut plures ei suarum controversiarum arbitrium deferrent. *Opera ejus Theologica*, consilia, conciones & similia de rebus fidei plerisque scripta Latino & Vernaculo idiomate pluries [a], inprimis cura Joachimi Ernesti principis, typis expressa extant: Ex quibus ejus in veritatem cœlestem ardor & sacrarum rerum peritia elucet. Demum corpore infirmiori præditus decessit in complexu Joachimi fratris 1552. [b] princeps optimus, & Theo-

a Wittebergæ, Francofurti, Darmstadii.

b Ejus elogium apud Reusn. Princeps doctissimus longeque sanctissimus, humanus, pacificus, ab omni ambitione alienissimus: cujus cubiculum fuit templum, academia, curia: quippe in quo assidue orabat, legebat, scribebat, de gubernatione patriæ deliberabat: ideoque & in vita cælibe vixit caste, sine ulla contaminatione: nec ullum unquam sciens læsit: imo ab omnibus seditiosis, turbulentis, Alcibiadeis consiliis semper abhorruit. Ejus elogium lege in Phil. Melanchth. præfat. in Tom. V. Jenens. Lutheri, quem Joachimo ejus fratri inscripsit: nec non Joachimus Camerarius ejus vitam & pietatem descripsit: quod operibus præfixum. Melanchthonis in ejus mortem illud extat epicedion:

Prin-

Theologorum noſtrorum illuſtriſſimus. Et in teſtamento etiam de verbi divini in ditione ſua miniſtris, quorum ſtipendiis ex ſuo liberalia augmenta

Principis Aſcania nati de ſtirpe Georgi
Quem cernis, tumulus proximus oſſa tegit.
Huic fuit Erneſtus genitor, qui pacis amore
Promeruit patriæ totius eſſe pater.
Matris erat caſtæ Monſterbergenſis origo,
Sincera coluit quæ pietate Deum.
Aſcaniæ gentis virtus eſt clara triumphis,
Ordine quos numerant ſecula longa patrum.
Sed fuit huic fontes doctrinæ diſcere cura,
Quam nobis gnatus tradidit ipſe Dei.
Hoc ad majorum decus addidit, inclyta facta
Præbuit & patriæ commoda magna ſuæ.
Esdras ceu quondam populo jus dixit, & idem
Interpres Solyma legis in urbe fuit,
Principis hic munus ſimul & paſtoris obivit;
Ipſius & mentem rexit & ora Deus.
Juſtificaque fide capiens tua munera Chriſte,
Solius eſt cujus parta cruore ſalus,
Vera luce Deum agnovit precibusque vocavit
Numinibus fictis mens inimica fuit.
Nec virtutum umbras habuit, ſed pectora rexit
Ipſe Dei vivens adſimilata λόγος.
Urbibus in multis flavus quas alluit Albis
Et quas cærulei præterit unda Salæ,
Agmina collegit Chriſtum celebrantia, ſpargens
Pura Evangelii ſemina voce ſua.
Fidus & ætati venienti teſtis ut eſſet
De Chriſto, patriæ publica ſcripta dedit.
Hic frater lacrymans Joachimus condidit oſſa;
Vivit conſpectu mens fruiturque Dei.
O Deus Aſcaniam ſtirpem ſervesque regasque,
Nulla venit nobis te niſi dante ſalus.

gmenta, ut ſtudiis ſine impedimento vacarent, legavit, optime meritus. *Ille (Joannes)* pridem *Serveſtam* tenuit, ſed ante fratres (cum quibus concorditer vixit, ejusdem *religionis* & partium ſocius) 1551. deceſſit. Digna principe vox ab illo excepta, quam cum materiam ædibus extruendis non gravatim ubique in ſylvis cædi permiſiſſet, aliorum venationi commoditatem eripi cauſantium queſtibus repoſuit, *Malle ſibi cohabitare homines, quam ſub arboribus in ſylvis commorari beſtias.* Cæterum ſuſcepit ex *Margareta Brandenburgica* f. *Joachimi I. Electoris*, vidua Georgii Ducis Pomeraniæ, ducta 1532. quæ 1543. morte eum deſeruit, filias 1538. & 1545. *Mariam* & *Eliſabetham*, Alberto & Wolfgango Comitibus Barbienſibus nuptas, quæ 1563. & 1573. deceſſere, atque filios tres 1534. CAROLUM, 1536. JOACHIMUM ERNESTUM, 1540. BERNHARDUM [a], quorum illius cum *Anna Pomerana* f. *Barnimi Ducis*, quæ eo viduata eſt 1561. ſterile fuit conjugium. Hic 1570. moriens ex *Clara Brunſvicenſi* f. *Franciſci Ducis*, 1561. ducta, *Franciſcum Georgium* reliquerat, qui tamen puer extinctus eſt 1568. Utriusque, cum prius tres ditionibus diviſis concorditer vixiſſent, hereditas ad medium JOACHIMUM ERNE-

Ioannes

Carolus.

Bernardus.

Ioachimus Erneſtus.

a Hujus ſacra baptiſmalia B. Lutherus duobus ſermonibus ſacris honorayit T. 7. Altenb. f. 430. b.

ERNESTUM [a] delata, isque unus post tria secula totius principatus fuit possessor. Olim sub *Philippo Rege Hispaniæ* militiam secutus, in prælio ad *Quintinisanum* fortiter se gesserat, sed postea in administratione ditionum pacem coluit: & cum amplo stipendio oblatum à *Rege Galliæ* in bello adversus *Hugonottas* gerendo ducis munus recusavit, persecutionis minister fieri nolens. In religione ad *Reformatos* demum deflexit, *Peucero* libertatem ab *Electore Augusto* exoravit [b], & *Concordiæ opus* aversatus: in regimine autem prudentiæ, modestiæ, justitiæ & aliarum virtutum elogium meritus est. Gymnasium *Servestanum* instituit. Cum decederet 1586. ex priori conjuge *Agnete Barbiensi* f. *Wolfgangi Comitis* 1560. ducta, 1569. extincta,

[a] - - - pietatis idoneus autor
heros magnanimus, sumtisque vir impiger armis,
justitiæque tenax, & servantissimus æqui:
corpore cui validum robur, cui pectore virtus
Vivida, & ingenium fortuna majus iniqua.
Care Deo princeps, patriæ qui tutor es oræ:
Quid dignum memorare tuis virtutibus usquam
vox humana queat? tibi dextera nescia frangi:
tecum honor & laudes & læto gloria vultu
& decor & niveis volitans victoria pennis:
tecum cana fides, & mens ignara nocendi,
& pietas cultusque Dei superumque timores:
Tecum Astræa suas retinens in sedibus urbes
& pudor & latæ custos clementia terræ.

Frischlin.

[b] Thuan. L. 84. p. 177.

extincta, præter filias *Annam Mariam*, natam 1561. Joachimo Friderico D. Lignicio 1577. nuptam, & 1605. extinctam; *Elisabetham* 1563. genitam, Joannis Georgii Electoris Brandeburgici conjugem ab anno 1577. 1607. mortuam; atque *Sibyllam* 1564. in lucem editam, Friderico D. Wirtenbergico sociatam 1581. & 1614. defunctam, *Joannes Georgius* & *Christianus*, 1567. & 68. nati: ex altera *Eleonora* f. *Christophori D. VVirtenbergici*, quæ 1571. ducta, mariti valetudinem singulari curâ fovit, filiæ, *Agnes Hedvigis*, nata 1573. Augusto Electori Saxoniæ 1586. & Joanni D. Holsatiæ 1588. copulata, ac 1616. extincta: *Dorothea Maria*, vitam ingressa 1574. conjux Joannis D. Saxoniæ ab anno 1593. seculum deseruit 1617. *Anna Sophia* 1584. nata, Carolo Gunthero C. Schvvartzburgico conjuncta 1613. mortua 1652. filii *Bernardus*, *Augustus*, *Rudolfus*, *Joannes Ernestus*, *Ludovicus* (nati 1571. 75. 76. 78. 79.) sub tutela *Johannis Georgii Electoris* & *Joachimi Friderici Brandenburgicorum*, superfuere. Illi vero egregie educati, & plerique literis, quibus etiam ab itineribus ornamenta accessere, exculti, in re mediocri tantum famæ, quantum alii potentia & magnitudine finium mereri visi sunt: Ex iis tantum *Bernhardus*, antea *Henrici IV.* auspicia cum laude secutus, inde 1596. omnibus ducis strenui muniis expletis ad *Agriam* à *Turcis* cæsus, & *Joannes Ernestus* *Bernardus.* *Ioannes Ernest.*

Erneſtus itidem bellis Gallicis, Belgicis & Ungaricis clarus 1601. ἄγαμοι & ἄτεκνοι deceſſere. Areliquis quinque, cum provinciam partirentur, totidem lineæ. JOHANNES GEORGIUS *Deſſavienſem* orſus eſt. De ejus cum *Saxonibus* lite vide *Thuan.* L. 130. p. 925. Mortuus eſt 1618. Ei ex prima uxore *Dorotheæ* f. *Alberti C. Mansfeldii* ducta 1588. extincta 1594. præmortuo 1615. filio *Joachimo Erneſto*, 1592. nato, *Sophia Eliſabetha*, *Agnes Magdalena*, *Anna Maria* natæ 1589. 90. 91. quarum *illa* Georgio Rudopho D. Lignicio 1614. nupta, 1622. deceſſit: *iſta* 1617. Ottoni Landgravio Haſſiæ juncta, vidua 1626. mortua eſt; hæc 1637. virgo fatis conceſſit: ſed ex altera *Dorothea Palatina Joannis Caſimiri adminiſtratoris filia* 1595. adſcita, præter filias *Annam Eliſabetham 1599. Eleonoram Dorotheam 1602. Sibyllam Chriſtinam 1603. Cunigundam Julianam 1608. Suſannam Margaretam 1610. Julianam Dorotheam 1612. Evam Catharinam 1613.* natas, quarum hæc cælebs remanſit, prima Wilhelmo Henrico C. Bentheimio, ſecunda 1625. Wilhelmo D. Saxoniæ, tertia Philippo Mauritio C. Hanoviæ Munzenbergiæ lineæ, iterum Friderico Caſimiro item Hanovico Comiti ex Lichtenbergiis, quarta Hermanno Landgravio Haſſiæ, quinta Joanni Philippo C. Hanoviæ, ſexta Mauritio C. Bentheimio conjuges ſociatæ ſunt, JOHANNES CASIMIRUS & GEORGIUS

Deſſavienſes Joannes Georg.

Joannes Caſimirus.

GIUS ARIBERTUS patri ſuperfuere. Ille natus 1596. patri ſucceſſit & . . . . mortuus eſt, ac ex *Agnete Haſſiaca* f. *Mauritii Landgravii* 1623. ducta, 1650. extincta (poſt quam *Sophiam Margaretam* patruelem duxit) præter filiam *Ludovicam* 1631. natam, & Ludovico Duci Lignicio 1648. nuptam, reliquit JOHANNEM GEORGIUM, qui natus 1627. *Brandenburgio Electori* gratus, ejusque Vicarius & in expeditione bellica 1672. 1673. campi Mareſcallus, *Henricam Catharinam Naſſoviam Arauſionenſem Henrici Friderici* filiam conjugem habet, ditionesque nunc poſt patrem regit. Amiſſo in infantia filio *Friderico Caſimiro*, quinque filias & nuperrime natum filiolum habet. Patruus ejus *Georgius Aribertus* n. 1616. in Wörbitz habitabat, & 1643. mortuus eſt: Relictis ex *Joanna Eliſabetha* de *Kroſſig* conjuge [a] *Chriſtiano Ariberto*, qui prius Dominus de *Radegaſt*, inde Cæſaris gratia *Comes de Beringhen* creatus eſt, *Sophia* & *Eleonora*, quæ Joanni Georgio C. Solmenſi nupſit. Alius Joachimi Erneſti filius CHRISTIANUS *Bernburgicum* ramum cæpit. Is inprimis militari laude

Ioannes Georg.

Georg. Aribertus.

Bernburgii Chriſtianus.

[a] Pro hoc matrimonio ſcripſit conſilium *Henr. Salmuth.* Illo titulo: Reſponſum juris pro matrimonio principis cum virgine nobili. Et concludit eſſe legitimum, cum etiam obtentus ſit, qui initio deſiderabatur, fratris & agnatorum, ac ſponſæ parentum, conſenſus, nec non confirmatio Imperatoris Ferdinandi III. & reverſales ſponſi peculiari juramento firmatæ, &c.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [841] - 405
PUBLIC DOMAIN

(quamvis etiam literarum amans;) laude inclaruit, atque 1591. in Galliam exercitum auxiliarem adduxit. Inde 1592. in *Argentinenſi* bello operam ſuam *Brandenburgicis* navavit. conf. *Thuan. L. 101. p. 948. 955. L. 104. pag. 1138. L. 133. pag. 1064.* Ex eo in *unione* ipſe unus è præcipuis & arcanorum omnium particeps, atque *Vicarius generalis* fuit: illisque auſpiciis *1610. Juliacum* cum *Mauritio Naſſovio* cepit. Inde cum in cauſa Bohemica Friderico, pro quo ſuperiorem Palatinatum produx regebat, ex præcipuis adhæſiſſet, 1621. ab Imperatore *proſcriptus*, ſed nec delicto, nec pœnæ emolumento, nec pertinacia par reliquis viſus, facilius poſt triennium reconciliatus Cæſari, ſingularique honore in aula habitus eſt. Moriens 1630. reliquit ex *Anna* f. *Arnoldi C. Bentheimii* 1595. ducta, præter filias natas *1597. Amaliam Julianam, 1600. Eleonoram Mariam, 1602. Sibyllam Eliſabetham, 1603. Agnetem Magdalenam, 1604. Annam Sophiam, 1606. Luiſam Æmiliam, 1609. Amœnam Julianam, 1612. Agnetem Magdalenam, 1615. Sophiam Margaretam, 1617. Dorotheam Bathildem.* (Ex quibus ſecunda Joanni Alberto D. Megapolitano 1626. nupſit, & 1657. obiit, penultima ducta eſt à Joanne Caſimiro patrueli: reliquæ in virginitate deceſſere, vel adhuc ſuperant) filios, *Erneſtum*, qui 1608. natus, 1632. mortuus eſt, CHRISTIANUM *juniorem*, atque FRIDERICUM.

Chriſtianus jun.

CUM. 1599. & 1613. genitos. *Ille* Bernburgium ramum produxit. Cum patre Palatino-Bohemicis turbis immiſtus, 1620. in prælio ad Pragam captus, ſed Viennæ à Cæſare honorificè exceptus, & menſæ adhibitus, atque anno ſequenti dimiſſus eſt. Mortuus eſt 1656. Ei *Eleonora* f. *Joannis D. Holſatiæ* 1625. ducta, plures genuit utriusque ſexus liberos, quorum bene multi in tenera ætate extincti. Quos ætatem aliquam attigiſſe reor, nati *1634. Victor Amedeus*, *1635. Eleonora Hedvigis* *1636. Erneſta Auguſta*, *1639. Angelica*, *1640. Anna Sophia*, *1642. Carolus Urſinus*, defunctus . . , *1647. Anna Eliſabetha*. Cæterum VICTOR AMEDEUS duxit *Eliſabetham* f. *Friderici C. Palatini Rheni*, pater ex ea *Caroli Friderici*, *Lebrechti*, *Joannis Georgii*, & qui 1675. iterum extinctus *Chriſtiani*. Hunc *Fridericum*, Chriſtiani I. filium *Hazkeroda* dominum habuit, & inprimis *chymiæ* ſtudium ac peregrinationes delectarunt. In bello autem Haſſiaca auſpicia ſecutus legionem duxerat. Deceſſit 1670. Uxores habuit *Joannam Eliſabetham* f. *Joannis Ludovici principis Naſſovii*, quam 1647. extinctam acerbius luxit, poſt eam autem *Mariam Eliſabetham* f. *Simonis C. Lippiæ*, quæ 1659. mortua. Ex illa nata 1647. *Carola Eliſabetha* Wilhelmi Ludovici agnati, & dein Auguſti D. Holſatiæ uxor, & 1643. WILHELMUS patris ſucceſſor: in cujus thalamo vivit *Eliſabetha*

Victor Amedeus.

Fridericus.

Wilhelmus.

Albertina f. *Alberti Ottonis C. Solmenſis Laubacenſis.* Tertius ſequitur ramus *Plœzkenſis*, cujus auctor AUGUSTUS ad ſummam ætatem vitam produxit, 165·. ab Imperatore controverſiis inter Neoburgium & Brandeburgium arbiter denominari meruit, & 1653. mundo valedixit. Superfuere ex *Sibylla Solmenſi* f. *Joannis Georgii Comitis*, quæ 1618. ducta, 1659. mortua eſt, præter filias *Joannam, Sophiam, Eliſabetham, 1618, 1627, 1630.* genitas, filii ERNESTUS GOTLIEB, LEBRECHT, IMMANUEL in lucem editi 1620. 22. 31. Quorum *ille* brevi patris fata ſecutus eſt, *iſte* princeps cordatiſſimus Cœthenſi ramo ſucceſſit, & *Cœthenam* ſedem tranſtulit, ſed ſine prole ex *Sophia Eleonora Urſula* f. *Henrici Volrathi C. Stolbergii*, quæ vidua 1675. eum ſecuta, 1669. mortuus eſt: *hic* Colonellus Svecicus, dein Candiam etiam adverſus Turcas cum aliis defendit: Redux 1670. mundo valedixit, gravida relicta vidua *Anna Eleonora* f. *Henrici C. Stolbergii*, quæ 1671. enixa eſt *Emanuelem Lebrechtum* ſolum heredem. In quarta linea, *Serveſtana*, RUDOLFUS ejus conditor, ex priori uxore *Dorothea Hedvige* f. *Henrici Julii D. Brunſvicenſis* ducta 1604. mortua 1608. pater fuit *Dorotheæ & Eleonoræ*, quarum illa Augnſto D. Brunſvicenſi (quem viduũ reliquit 1634.) hęc Friderico D. Holſatię nupſere: exſecunda autem uxore *Magdalena* f. *Joannis C. Oldenburgici* genuit

Plœzkenſes.
Auguſtus.
Erneſt. Gotlieb, Lebrecht. Immanuel.
Serveſtani. Rudolfus.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [844] - 808
PUBLIC DOMAIN

genuit 1621. vel 1622. JOANNEM, qui ſolus ex ſua gente ad *Auguſtanæ Confeſſionis puritatem* ab avunculo, qui eum educavit, reductus eſt, & ex *Sophia Auguſta* f. *Friderici D. Holſatiæ*, 1649. ducta, numeroſam ſuſtulit prolem, nimirum 10. filios & 2. filias. In *Jeverana* ditione *Antonii Guntheri C. Oldenburgii*, avunculi heres fuit: & 1667. deceſſit. Filii ſuperfuere quatuor, CAROLUS WILHELMUS, ANTONIUS GUNTHERUS, JOANNES ADOLFUS, JOANNES LUDOVICUS, nati 1652. 53. 54. 56. Ex quibus primus 1676. duxit *Sophiam* f. *Auguſti Ducis Saxoniæ*. Minimus *Joachimi Erneſti* filius LUDOVICUS [a] *Cœthenſem* lineam cæpit. *Oeconomica*

Ioannes

Carol. Wilhelmus. Cœthenſes. Ludovicus.

[a] Præter morem ſuum in hoc laudando Dan. Herem. in itin. Germ. multus eſt: Putabam in Italiam me jam rediiſſe, adeo omnia illius principis Italicos in mores adumbrata. Familia ipſa longa veſte, moribus prorſus Italicis eſt. Palatii quoque ſtructura non ignobilis ad eum modum. In eo principe nihil ab Italo alienum advertas, ejus tamen gentis virtutibus, non vitiis expreſſis. Labii inſuper cultus admirandam facilitatem mira gentili gravitate temperavit. *Iterum:* Ut militari laude Chriſtianus, ita œconomica Ludovicus excellit. *Rurſus:* Defectum ditionis ſua diligentia corrigit, & quod naturæ deeſt ab induſtria ſupplet. Cum ibi eſſemus, horti nobis non indiligenti cultu inſtructi monſtrabantur. *Denuò:* Et etiamſi cætero parciſſimus in adventum tamen noſtrum omnia ſumtu immenſo prodigebat. In nullo alio parcus quam in potu fuit, quem nobis Italica temperantia præbitum nulla neceſſitate ad enormes & immodicos hauſtus patria conſuetudine trahebat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [845] - 809
PUBLIC DOMAIN

laude hic excelluit, & de *literis*, inprimis *noſtra lingua*, non parum eſt meritus. Cum prius de academia inſtituenda conſilia agitaſſet, virorum publici boni callentium ſvaſu, Societas quam *frugiferam* dicunt, eo autore inita eſt: cujus ipſe quoque cum caput eſſet[a], ſuis auſpiciis non paucos aliunde verſos libros in vernaculo idiomate prodire fecit. Vita functus 1650. ex *Amæna Amalia Bentheimia* f. *Comitis Arnoldi* 1606. ducta, 1625. extincta, nullos, ex ſecunda uxore *Sophia* f. *Simonis Com. Lippienſis* ducta 1626. unicum reliquit filium, 1638. natum, WILHELMUM LUDOVICUM, qui *Eliſabethæ Carolæ* agnatæ maritus 1665. ſine prole deceſſit, adeoque lineam iſtam terminavit: ſucceſſione ad Plæzkenſes transmiſſa.


Wilhel. Ludovicus.

[a] Dictus der Nehrende.

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ ASCANIÆ.

Potiores masculos & emortuales repræsentans.



A Bernar-

A *Bernardus Dux Saxoniæ* 1212.

Sachsen. | **Anhalt.**

Albertus D. Saxon. 1260. — *Henricus princ. Anhalt.* B — *Henricus pinguis* 1243.

Chur-Sachsen. — **Sachsen-Lauenburg oder Engern**

Albert. 2. *circa* 1308. — *Fridericus Ep. Mersb.* 1386. — *Rudolfus.* — *Ioannes* 1285.

Ioannes 2. 1315. — *Albertus* 2. 1314. — *Ericus* 1360.

Rudolf. 1. 1356. — *Albert. Ep. Patav.* 1342. — *Wencesl. Otto* 1327. 1349. — *Ericus* 3. 1401. — *Ericus* 2. 1376. — *Ericus* 4. 1411.

Rudolf. Otto 2. 1370. — *Mesico* 1359. — *Wencesl.* 1350. — *Wilhelmus* 1388. — *Magnus* 1369. — *Albert.* 1385. — *Rudolfus* 3. — *Electorũ ultimus* 1418. — *Ericus* 5. 1435. — *Nes* 3. 1414. — *Ep. Camin.* & *archiep. Magd.* 1402. — *Albert. Bernardus Hil-desheim.* 1422. 1463. 1474. — *Ioannes* 1507.

Eric. 6. *ep. Monast.* & *Hild.* 1522. — *Magn.* 2. 1543. — *Bernard.* 1524. — *Ioannes. ep. Hildesh.* 1547. — *Franciſc.* 1. 1581.

Magnus 1603. — *Gustavus* 1592. — *Franciſc.* 2. 1619. — *Henricus* 1585. — *Mauritius* 1616. — *Fridericus* 1586.

Augustus 1656. — *Philip.* 1605. — *Franc. Iulius* 1634. — *Erneſt. Franc.* 1665. — *Rudolf. Franc.* 1620. — *Franc. Iulius Henric.* 1660. — *Ludov Carol.* 1647. — *Maxim. Albert.* 1642. — *Henr.* 1658.

Ioannes Adolfus 1646. — *Franciſcus Erdmannus* 1666. — *Iulius Franciſcus.*

B *Henri-*

B

Henricus senior princeps Anhalt. 1267.

Zerbst. | Aschersleben. Bernburg.

Sigfrid. 1310. *Hermann.* 1286. *Henricus* 1315. *Otto* 1315. *Magnus.* *Bernardus.*
Archiep. Magd. 1307. *Otto* 1305. *Bernard.* 2. *Albert.* ep
Albertus Hen- *Sigfri-* 1318. *Halberst.*
sen. 1316. *ricus.* *dus.* 1326.
Bernardus 3. *Henricus.*
Albertus jun. in *Woldemarus* in
Zerbst 1362. Dessau 1367. *Bernardus* 4. *Henricus* *Otto*
1364. 1374. 1400.
Ioannes Rudolfus Ep. *Woldemarus* —
exul. Sverin. 1381. *jun.* *Rudolf. ep. Bern-* *Bernard.* *Otto*
Cöthen. Zerbst. *Halberst.* *ard.* 5. 6. *linea* 1415.
1406. 1410. *ult.* 1460.
Albert. Clau- *Woldema-* *Sigismund.*
dus 3. 1424. *rus* 1392. 1405.
Wolde- *Adolfus* *Albert.* *Sigismun-* *Alber-* *Ernestus.* *Georg. senior.*
marus. 1483. *dus* 2. *tus.* 1474.
Wil- *Adolf.*
Ioan- *helm. episc.* *Philip-* *Woldema-* *Erne-* *Geor-* *Sigis-* *Rudolfus*
nes. 1504. *Mersb.* *pus.* *rus* *stus* *gius* *mund.* 1513.
1526. 1508. 1516. 1509. 1507.
Wolfgang. in *Ioan-* *Georgius* in *Ioachimus*
Cöthen *nes* in Hatzkerod in Dessau
1568. Zerbst *præpos. Mag-* 1561.
1551. *deb.* 1552.

Carolus *Ioachimus* *Ernestus* *Bernardus*
1561. 1586. 1570.

C

C *Ioachi-*

C

Ioachimus Ernestus 1586.

Dessau. Bernburg. | Pletzke. Zerbst. Cöthen.

Ioannes Georgius 1618. — *Christianus Bernardus sen.* 1630. — *Augustus* 1653. — *Ioannes Ernestus* 1601. — *Rudolfus* 1650. — *Ludovicus*

Ioann. Georg. Casimirus. — *Christianus Aribertus* 1643. — *Fridericus* in Hatzke- 1656. — *Ioannes Ernest. Lebrecht* 1654. — *Leb- rod* 1670. — *Immanuel* 1669. — *Carolus Wilhelmus* 1670. — *Ludov.* 1667. — *Wilhelmus* 1665.

Ioannes Georgius. — *Victor Amedeus. Christianus. Carolus Ariberrtus C. in Beringen.* — *Ioannes Leb- recht. Georgius. ricus.* — *Carolus Immanuel Lebrecht, fratres.*

FAMILIA PIASTEA, IN QUA PRÆTER REGES ALIQUOS & Principes Poloniæ, Sileſiæ utriusque Duces.*a*

POſt *Popielum*, ultione ob patruos impie trucidatos divinitus irrogata, à muribus comeſtum, inſperata felicitate quendam PIASTUM *Cruſvicenſem* civem, qui cum patre *Curſiſco* & matre *Repicha* agricultura & apum curâ ſe ſuſtentaverit, *ſæculo nono* in comitiis electum eſſe *Polonorum* principem, annales gentis referunt. Quod vero de duobus peregrinis, qui à Popieli ædibus cum hoſpitium quærerent depulſi apud eum divertentes vaticinium dignitatis ediderint, ac inde diſparuerint, deque mulſo & porcina inter epulandum non deficientibus narrant, fabulis affinia eſſe videntur. Virtute autem & autoritate ſua Rempubl. non parum antea turbatam in integrum ipſe reſtituit. Regnum ejus tranquillum & popularibus adeo acceptum, ut nomen etiam nunc in veneratione ſit, atque in comitiis, qui ex popularibus regem volunt, Piaſtum velle dicantur. Virtute & juſtitia excellens vocatur in inſcriptione imagini addita. Dicitur vita exceſſiſſe *Piaſtus.*

a Conſulendum præcipue præter Polonicarum rerum ſcriptores Chronicon Sileſiæ Curæi à Schickfuſio auctum.

Ziemotus. cessisse 865. ætatis anno 120. Filius ZIEMOVITUS, in cujus tonsura miraculum memoratum contigisse ferunt, militaris disciplinæ institutor & victoriis adversus *Bohemos, Cassubios, Pomeranos*, felix, amissas Popieli ignavia provincias recuperavit. A patre 892. morien-
Lescus. te LESCUS puer relictus memoratur, unde paterna cepta prosequendi occasio perierit. Alii ab *Henrico Aucupe* victum memorant, & adversus ipsum Marchias *Misnensem* ac *Brandenburgensem* constitutas. Nec minus, Lesco
Ziemomislus. qui decessit 913. natus, ZIEMOMISLUS quietem coluit; hoc vero qui mortuus 964. præter *Adelheidem* Geisæ R. Ungariæ conjugem, ge-
Micislaus. nitus MICISLAUS s. MIESCO, olim cæcus ad septimum ætatis annum, sed visu cum tonderetur subitò recepto Poloniæ lumen augurum interpretatione magnum portendere visus, de principatu hoc modo bene meritus est, quod qui è septem conjugibus adhuc ἄπαις erat, ducta Christianorum per regnum dispersorum hortatu filia *Boleslai D. Bohemiæ Dambrovica* Christiana, iisdem ipse sacris initiatus, gentem suam 965. primus ad fidem, tertia post Dominicam Lætare feria, unde annua memoria[a], idolis

[a] Diu ceremonia duravit, ut quotannis ea Dominica tetra circumgestarentur idola, ac tandem in cænum projicerentur. Unde etiam dicta der Tods-Sontag.

Slesia tu testis, præsertim infantior ætas,
Symbola quæ ficta morte quotannis agit.
Et Tu Sarmatia es testis, quæ codice lecto
Strinxisti gladium, rege monente, tuum.

idolis, quæ contis & perticis affixa prius ludibrio per vicos geſtaverant, in cænum̃ projectis & demum combuſtis traduxit, & Archiepiſcopos atq; Epiſcopos inſtituit. Cum *Volodimiro Ruſſo* infeliciter pugnavit, nec minus à *Gerone M. Luſatiæ* victus, *Ottonibus Auguſtis* ſubjectus fuit [a]. *Boleslaum* autem ſororii filium, quem aliqui proceres negabant recipere, principatui reſtituit, ac 999. vita exceſſiſſe dicitur. Filius ex *Dambrovvca*, quæ 977. deceſſit (altera vero uxor Micislai *Oda* f. *Theodorici C. Wethini* ei *Mieſconem*, *Sventopulcum*, *Boleslaum* peperit, quos patre mortuo frater cum noverca expulit) Micislai BOLESLAUS *Chrobri* dictus, primus genti *regium* titulum intulit. De modo variant. Alii 1001. ab *Ottone III.* Imperatore, cum viſitando *S. Adelberti* Epiſcopi *Pragenſis* à *Boruſſis* infidelibus, quos docebat, 997. 23. April. (unde ille dies Polonis feſtus eſt) cæſi ſepulcro, *Gneſnam* veniſſet, ut bella inter *Slavos* & *Germanos Marchiones* tollerentur, collatum putant: Alii ſub *Conrado 2.* Imperatore excuſſam, titulo ſumto, Imperii reverentiam perhibent [b]. Antea *Boruſſos* in ultionem *Adelberti* caſtigaverat, *Bohemos* etiam capto & excæcato Boleslao principe ad tributa adegerat (ob id poſtea ab *Henrico 2. Imperatore* armis repreſſus) *Jaroslaum* Ruſſiæ ducem, capta *Kiovia*, unde

Boleslaus Rex.

a Conf. Conring. de finib. imp. Germ. c. 18.

b Ita Conring. de fin. Imp. Germ. c. 18.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [853] - 817
PUBLIC DOMAIN

unde multos abſtulit theſauros, vicerat, *Saxones* autem *Miſnia* & *Luſatia* vaſtatis, ob *Henetos* cognatam gentem afflictos, vexaverat. Ejus conſtitutioni militem defenſioni regni ſemper intra breve tempus paratum attribuunt, uti militaris diſciplinæ callentiſſimus fuit: Et gentis ſuæ *Auguſtus* habetur [a]. Uxores habuit . . . . f. *Riddaci M. Miſniæ*, quam repudiavit, *Judithan Geyſæ Ungariæ Regis filiam*, *Cunildam* f. *Dobremiri*, (quæ mater *Dobremiri*, *Ottonis*, & 4. filiarum, quarum una Viſilao f. Volodomiri R. Ruſſiæ, altera Henrico ſ. Hermanno Marchioni, tertia Jaroslao princ. Ruſſiæ, ex qua *Annam* reginam Franciæ genuit, nupſere, una vero abbatiſſa fuit) *Hodicam* ſ. *Odam* f. *Eccardi M. Thuringiæ*, quæ ſterilis fuit. Mortuo 1025. ſucceſſere ex *Judith 989.* ſuſceptus, *Meſico* ſeu MICISLAUS, &, quod audivimus, ex *Cunilda*, OTTO filii. Sed *Otto* ab illo pulſus, ad *Conradum 2. Imperatorem* ſe contulit [b]: unde hic Micislaum ad *Bohemos* fugere cogit, & iſte principatui reſtitutus diadema paternum mittit Cæſari. Cum vero à milite cæſus eſſet, major frater denuo clavum arripuit, ſed non totum regnum obtinuit, *Maſovia* vel Imperiali autoritate *Maslao* pocillatori ejus attributa, vel rebellione hujus avulſa; Ipſe Micislaus, cum corpore & animo infirmior eſſet, unde *Moravia* à Bohemis erepta Polonis, *Rixæ* conjugi, *Comiti*

Micislaus.

a Reuſn. b Conring.

Comiti Palatinæ Rheni filiæ Enzelini ſ. *Ehrenfridi* ſ. *Sigfridi* & *Mathildis* Saxonicæ Ottone 2. Imperatore natæ, regimen permiſit, quæ tamen Polonis, ſ. quod genti ſuæ & Cæſari faveret, ſeu quod nobilitatis licentiæ non indulgeret, ſeu ob avaritiam, exoſa, demum poſt mariti fatavim & inſidias verita 1034. in Germaniam ad ſuos rediit, aſportato ſecum theſauro, corona & filio, & Salfeldiæ conſenuit, mater præter filium, *Symbullæ*, quæ Godeſcalco princ. Henetorũ, & alius filiæ, quæ Belæ R. Ungariæ nupſit. Filius nomine CASIMIRUS, exilii materni comes, in *Cluniacenſe* monaſterium [a] conceſſit, ſumto in conſecratione nomine *Caroli*, ſed tnndem à *Polonis*, cum præter civiles diſcordias à *Moſcis* & *Bohemis* (qui *Cracovia* capta *Adelberti*, vel illius loco *Gaudentii* [b] corpus *Pragam* abduxerunt) vexarentur, revocatus eſt. Ut ſacris à Pontifice ſolveretur, *Petri nummum* gens conceſſit, & regis monachi memoriæ tonſuram ad monachalis coronæ formam introduxit. Ubi ad ſuos rediit, diſſenſiones domeſticas ſuſtulit, *Maslaum*, qui tandem à ſuis ſuſpenſus, ſæpius vicit, ac adeo Mazoviam recuperavit, ſed *Henrico 3.* tributarius fuit. Eccleſiam autem & Rempublicam ordinavit, juſtitia & clementia inſignis. Uxorem habuit

Casimirus.

a Gælniz. Ulyſſ. p. 437.

b Ita Poloni ferunt. Unde utraque gens Adelbertum poſſidere jactat.

Mariam, seu quod nomen, cum Pontificiam religionem cum corona assumeret, suscepit *Dobrognevam* f. *Volodomiri D. Russiæ*, ex *Anna* principe Constantinopolitana. Unde præter *Boleslaum* & *Uladislaum*, nati *Mislaus*, qui 1090. decessit, *Otto* ante patrem in pueritia mortuus, & *Svatana* uxor *Vratislai* f. *Præmislai princ. Bohemiæ*. Decessit Casimirus 1058. seu 1059. Ejus filius BOLESLAUS [a] *audax* coronatus Gnesnæ 1058. initio bellis *Borussico*, *Ungarico*, quo Belam regem restituit, *Russico*, inclaruit [b]: cum etiam *Bohemos* vexaret, ab *Henrico 4.* acriter increpitus, & pacem servare jussus, sed deinceps 1067. illum civili bello occupatum animadvertens, *regium diadema* iterum sumere est ausus. Demum *Kioviæ* otio & voluptatibus corruptus sceleribus, adulteriis & crudelitate in *tyrannum* degeneravit, & censores vitæ perosus [c], *Stanislaum Episcopum Cracovium*, à quo sacris prohibitus fuerat, in templo occidit: Inde in *Ungaria*, exul & à Pontifice diris devotus, 1081. s. 1082. dicitur ipse ex conscientiæ angoribus sibi intulisse manus.

Boleslaus audax.

a Conring. de fin. Imp. Germ. c. 18.

b Cum nobiles in septimum annum bello foris distineret, horum uxores interea domi servos thalamis excepere: unde illi rege relicto ad lares proprios reversi, sed à rege graviter puniti. Adulterarum v. mammillis admoti canes.

c Ecclesiasticis summe exosus fuit: unde sunt qui hos plus vero de illo prodidisse censeant.

nus. Filius autem ex secunda conjuge (prior filia *Pretislai* prole caruit) *Visislava* f. *Visislai D. Russiæ*, ducta 1065. quam nobilis alicujus uxore *Christina* pellice inducta læsit, cum tamen unica heres Russiæ, aliquot ejus ducatus Poloniæ adjecerit (mortua demum est 1089.) susceptus, *Miesco* exilii paterni comes, sed à patruo revocatus sexto anno post eum extinctus est. Superfuit frater VLADISLAUS HERMANNUS, qui reverentia potius Imperii quam pontificis interdicto, *regio* nomine abstinuit, & *princeps* voluit dici [a]. Restitutum inde communioni sacrorum regnum. Adversus *Pomeranos* & *Borussos* non adeo feliciter gestum bellum, in obsequio tamen gentes retentæ. Cum *Bohemis* felicius per *Seciechum Palatinum Cracovienſem* dimicatum: cum vero hic nimia insolentia à se omnium abalienasset animos, principis nothus *Sbigneus* pridem Monachus adversus eum insurgit, & proscriptos ac Silesios trahit in partes. Captus quidem Sbigneus, veniam à patre impetrat. Nihilominus cum legitimus etiam filius ex prima uxore *Judi-tha* f. *Vratislai principis Bohemiæ*, quæ 1086. mortua (altera *Sophia Henrici III. Imperatoris* filia, vidua Stephani R. Ungariæ fuit) *Boleslaus* contra Seciechum animum obfirmasset, in exilium hic pellitur. Succeſſit patri 1102. iste filius

Vladislaus Hermannus

a Conring. Item Limn. Jur. Publ. Tom. V. add. ad 2,9. p. 48.

Boleslaus. BOLESLAUS *Crivouſtus* ſeu *Diſtortus* à labrorum ſpecie dictus. Princeps hic inquietus & bellicoſus fuit, *Pomeranos*, qui ad *religionem Chriſtianam* tanto facilius conceſſere, vicit: & adverſus *Bohemos* etiam bellum geſſit, & multa in Sileſia contra illos loca munivit: ſed cum *Henricus V.* horum partes tueretur, ad *Vratislaviam* in *canum campo* [a] ab eo Boleslaus victus, & ad tributum atque ſacramentum adactus eſt. In eo vero prælio fortunam ex ſuis ſtetiſſe partibus, Poloni adſeverant: certe Cæſari Boleslaus reconciliatus, & affinitate, ducta *Adelheide* Cæſaris germana, & *Chriſtina* ejusdem filia filio ſuo deſponſata, Bambergę firmata amicitia. Eum 46. acie decreviſſe, & ſemper victorem fuiſſe, ſui referunt, niſi quod ultimo bello adverſus *Ruſſos* ad *Haliciam*, cum fugæ principium *Scarbimirus Palatinus Cracovienſis* (ob quod ei *pellis leporina*, *fuſus* & *colus* miſſa, ipſe vero ſuſpendio voluntario periit; & ejus nunc quoque ſocordiam luunt ſucceſſores, Caſtellanis ſuis poſtpoſiti) feciſſet, circumventus eſt, & magna ſtrage adfectus. Tandem Boleslaus ob fratris *Sbignei*, qui poſt patris mortem *Mazoviam*, *Cujaviam* & *Lenciciam* tenuit, poſt turbas aliquoties excitatas, ob quas parte ditionum multatus & in exilium pulſus eſt, 1129. cum iterum

[a] Inde dictum ajunt, quod Henrico Imperatore profligato, & Germanorum corporibus terræ non mandatis, ingens vis canum ibi confluxerit, ſed demum rabie correpti viciniam infeſtaverint.

iterum proditionis, forte falsis delatoribus, insimulatus esset, immissis aliquibus, qui eum specie jurgii privati occiderent, peremti mortem conscientiæ, cui variis modis, ex superstitione ejus temporis, peregrinationibus ad diversa loca pedestri itinere susceptis, jejuniis, corporis afflictionibus, donationibus ad res sacras, satisfacere tentaverat, cruciatibus confectus, ex melancholia mente non amplius satis sana, firma alias valetudine & eodem quo olim *Alexander M.* temperamento præditus, defecit 1139. Morienti superfuere quinque filii VLADISLAUS, BOLESLAUS *Crispus*, HENRICUS, MICISLAUS, CASIMIRUS: nati, primus cum duabus sororibus *Pribislava*, uxore Ratibori D. Pomeraniæ, extincta 1151. *Juditha*, conjuge Stephani R. Ungariæ, cum dote Comitatus Scepusiensis, (alii addunt tertiam *Sventoslavam* uxorem Volodomiri D. Halicienſis, cujus filium Micislaum Casimirus avunculus restituit, ex prima Boleslai conjuge *Sibislava* f. *Svantopulci Michaelis D. Kiovienſis*: reliqui ex *Adelheide* Cæsaris Henrici IV. filia, cum sororibus *Dobrogera* s. *Dobroluca*, conjuge Theodorici M. Lusatiæ, cui 1184. emortualis, & *Sophia* Woldemaro principi Russiæ, inde Magno Dano, Sveciæ & Gothiæ regi, demum Sverconi R. Sveciæ nupta. Ex his primogenitus initio successit patri, ipse animo mansueto & probo princeps: cum vero uxoris *Christinæ* Germanæ in- *Vladislaus.*

ſtinctu, à patre conceſſas fratribus ditiones eripere vellet, *Petrumq; Danum*, pridem ob jocum immodeſtiorem reginæ inviſum, & pro fratribus principis liberius locutum excæcaſſet, 1145. *ab Archiepiſcopo* excommunicatur, à fratribus, quos *Poſnaniæ* obſidebat, erumpentibus profligatur, & in *Germaniam* fugere cogitur. Cum ei reſtituendo cum exercitu veniſſet *Conradus 3. Imperator*, hunc *Boleslaus*, fratris loco princeps, cum muneribus occurrens placavit.[a] Ex eo cum iterum imperii reverentiam exuiſſet Boleslaus, homo vafer ſed iræ tenax, negato tributo & homagio, alia expeditione eum *Fridericus Barbaroſſa*, ut ſupplex multam penderet, ſe ad Italicam militiam obſtringeret, & fratrem non in contemtum imperii expuliſſe profiteretur, cogit. Nec tamen omnino fides ſervata, niſi quod ad bellum Mediolanenſe miſit auxilia. Nepotibus quædam in Sileſia detinuerat, ut eos in poteſtate haberet, ſed cum hi arma pararent eis ſatisfecit. A *Boruſſis*, quos prius vicerat, 1167. in loca paluſtria fraude transfugarum deductus, gravique ſtrage affectus, & demum 1173. mortuus eſt. Uxorem habuit *Anaſtaſiam* f. *Uſovolodimiri principis Halicienſis*, quæ 1158. vel 1160. in puerperio periit, & *Helenam* f. *Roſcislai D. Præmislienſis*; ex quarum hac *Sophia* uxor Wartislai D. Pomeraniæ,

Boleslaus.

[a] Seu comeatum ei repentinis incurſionibus interclusit.

meraniæ, & *Mechtildis* f. Pribislai R. Henetorum: Ex illa *Boleslaus*, qui patre vivo mortuus, & in cujus partu mater perierat, *Leſcus Albus*, qui ſub tutela Caſimiri patrui *Mazoviam* & *Cujaviam* tenuit, cum eo vero 1185. mortuo extincta linea. Alii ἄγαμον eum faciunt. Alii dant filiam *Mechtildem* uxorem Henrici Burvini princip. Vandaliæ. Præter eum etiam è fratribus *Henricus* princeps *Sendomirienſis*, qui in Syria fortiter in Saracenos pugnaverat, in bello Baruſſico cum præcipuo flore nobilitatis 1167. cæſus ἄπαις deceſſit. A reliquis tribus totidem lineæ.

I. STIRPS MICISLAI POLONICA POSNANIENSIS.

MICISLAUS [a] hujus conditor eſt, *Magnus* vel *Senex* ob gravitatem dictus: hic pridem optimi animi princeps, ipſo principatu corruptus, avarè & crudeliter imperavit, honorum nundinator & nobilitati gravis; nec admonitionibus *Gedeonis Epiſcopi Cracovienſis* corrigi ſuſtinuit. Unde principatu dejectus 1177. *Caſimirum* *Micislaus.*

[a] Senex noſter regni dum cæpit habenas
vir bonus & placidi fratris imago fuit.
Mox ſobole ingenti, generis, affinibus, auro,
inflatus, ceptam deſtitit ire viam.
Nil illo pejus, nil & crudelius illo
(audace excepto) terra Polona tulit.

ſimirum fratrem ſucceſſorem accepit: contra quem cum turbas moveret, ab ipſo filio *Ottone* deſertus eſt: altera vice per *Caſimiri* abſentiam partem principatus recuperavit, ſed denuo dejectus eſt. Inde illo extincto bellum cruentum adverſus filium ejus *Leſcum Album* geſſit, ſed throno, quem tertiùm conſcenderat, tertiùm deturbatur. Ad extremum per fraudem quarta vice eo potitus, moritur 1202. Uxores habuit *Eudoxiam* f. *Uſevolodomiri D. Halicienſis*, quæ ἄπαις mortua 1177. Inde *Gertrudim* f. *Belæ Cæci R. Ungariæ*, matrem *Ottonis*, *Stephani*, *Annæ*, Subislao princ. Pomeraniæ, *Mariæ*, item Duci Pomeraniæ Meſtovino, & aliam Vislao principi Rugiæ nuptarum. Demum *Adelheidem Godofredi D. Brabantiæ*, ex conſobrina Friderici Imp. filiam: Ex qua nati *Boleslaus*, qui bello patris adverſus Leſcum album cecidit 1094. *Micislaus*, *Uladislaus Laſconogus*, *Anaſtaſia*, 1138. extincta, Bogislai I. Ducis Pomeraniæ, *Vislaa* 1240. Bogislai II. D. Pomeraniæ, *Ludimilla* Matthæi D. Lotharingiæ, *Eliſabetha* Conradi Rochlicii M. Luſatiæ 1211. mortua, & .... Ottonis D. Halicienſis conjuges. Ex his VLADISLAUS *Laſconogus* dictus, poſt patris fata adverſus Leſcum itidem 1203. principatum uſurpavit, ſed eum dein fratris OTTONIS (mox poſt parentem extincti) filius VLADISLAUS *Plvvaz* ſ. *Sputator*, qui ſub ejus ipſius tutela fuerat, 1205. illo exuit

Vladislaus Laſconogus.

Vladislaus Sput.

exuit. Unde *Lasconogus* 1231. exul in Silesia ἄπαις extinctus est. Sed *Sputator* pluribus etiam agitatus turbis, quibus omnia amisit ut *Gnesna* sola supereſſet, in Pomerania apud socerum *Svantopolcum* ducem mortuus 1239. successionem *majoris Poloniæ* suis ex *Helena Pomerana* filiis (præter quos filiam habuit *Salomen*, uxorem Conradi D. Glogovienſis, cujus sapientia & pietas commendatur, mortuam 1272.[a]) reliquit. In his *Boleslaus* pius cum initio à fratre in vincula ex suspicione insidiarum conjectus fuisset, inde reconciliatus, *Gnesnam* & *Calisiam* tenuit. Fratri adversus Pomeranos adstitit, nec non contra Casimirum Siradiensem; Cujaviam populatus est. In Russos Mazoviam vastantes arma gessit, nec non adversus Marchiones Brandeburgios. Moriens 1279. ex *Jolanta* s. *Helena* f. *Belæ R. Ungariæ*, non nisi filias reliquit *Annam* Monialē, *Elisabetham* Henrici Obesi D. Lignicensis, & *Hedvigem* Vladislai Loctici R. Poloniæ conjuges. PRÆMISLAUS autem frater, ejus *temperantiæ* princeps, ut sui eum nec ebrium unquam nec iratum viderint, paternas ditiones recuperavit, & fratri reconciliatus *Posnaniam* tenuit. Silesiam & Pomeraniam infestavit. Demum ditiones morte sua 1257. ad PRÆMISLAUM posthumum ex *Elisabetha Vratislaviensi* f. *Henrici pii* Ducis (matre etiam *Veronicæ* & *Euphrosynæ* monialium,

Boleslaus pius.

Præmislaus.

Præmislaus R.

a Blondellus facit filiam Præmislai sen.

nialium, *Euphemiæ* Vladislao D. Opolienſi & *Conſtantiæ* Conrado M. Brandeburgio nuptarum) transmiſit. Hic ab *Henrico* probo *Vratislavienſi* ſcriptus heres *Cracovienſis* principatus, nec non à *Meſtovino* ulterioris *Pomeraniæ*. Cracovienſi vero ultro ceſſit Wenceslao Bohemo. Hic primus fuit [a], qui excuſſo *imperii* obſequio 1295. *regium* iterum titulum aſſumere auſus eſt, quod exemplum ſucceſſores ſecuti. At brevis fuit ejus dignitatis uſura, nam *ſeq. anno* in *Bacchanalibus* cæſus (nepotes ex ſorore *Joannes* & *Otto Marchiones Brandeburgici*, cum quibus ob limites controverſiæ fuerant, necem procuraſſe crediti ſunt, & partem *Marchiæ novæ* à Polonis ſibi aſſeruere) Micislai lineam maſculinam terminavit. Prima conjuge *Luitgardi Megapolitana* ſterili, per ancillas 1283. ſuffocata, ex alia *Rixâ Svecicâ* filiam ejusdem nominis [b] ſuſceperat, quæ *Wenceslao Regi Bohemiæ* nupſit, unde hic 1300. *Rex Poloniæ* dictus hoſtem habuit *Locticum*, & quamvis eum in *Ungariam* compulerit, nunquam tamen vexari deſiit, ad mortem usque, qua 1305. oppreſſus eſt. Ab eo primo *argenteam monetam* ſignatam illatam Poloniæ, quæ antea argento infecto & *moneta coriacea* utebatur, referunt. Poſt Wenceslaum *Rudolphum Auſtriacam* eadem Rixa maritum habuit.

II. STIRPS

a Conring. de fin. Imp. Germ. c. 29. p. 812.
b Alii Caliſiam vel Eliſabetham vocant.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [864] - 828
PUBLIC DOMAIN

II. STIRPS CASIMIRI POLONICA & MAZOVIANA.

vide p. 825.

CASIMIRUM ex filiis quintum pater in testamento præterierat, quia currus à 4. rotis gestetur, ipse autem in medio currus sessurus & ad summum fastigium perventurus sit. Inde post fratris *Henrici* mortem ei ducatus *Sendomirienſis* & *Lublinenſis* concessus est. Cum principatum nobilitas adversus fratrem *Boleslaum* ei offerret, negavit: denuo autem oblatum contra alterum fratrem *Micislaum*, reipublicæ gravem, suscepit. Hic cum ad *Haliciam*, quam domuit, & *Borussos* clade affecit, Casimirus abesset, in possessionem amissi regiminis redire conatus quidem est, sed inde beneficentia fratris, qui filium & milites captivos cum muneribus dimiserat, victus, ei quietam reliquit principatus administrationem. Post Lesci mortem etiam *Mazoviam* & *Cujaviam* adiit. Porro princeps [a], nisi quod mulierosior, cætera optimus & animi moderatissimi, (documento fuit alapa à *Johanne Conario* in ludo impune inflicta) legibus rempublicam instruxit, nobilium (qui ex hoc ei minus addicti, ut etiam Micislaum *Casimirus.*

a Reusn. Princeps mira gravitate, justitia, solertia, vigilantia, humanitate, facilitate, clementia, & animi moderatione: marte & toga juxta clarissimus.

laum revocarent) & prædatorum licentia refrenata. Demum non sine veneni suspicione 1194. decessit, relictis ex *Helena Belzensi* f. *Vsevolodi principis*, filiis *Lesco*, *Conrado* & *Adelheide*, quæ monialis decessit 1216. LESCUS à capillorum colore *albus* post patrem principatum gessit sub matris & *Fulconis Episcopi Cracoviensis* cura. Hos sæpe promissis *Micislaus* patruus decepit, ut aliquoties principatum reciperet. Inde hujus quoque filius *Lasconogus*, aliquandiu adversus ipsum invasit regimen. Tandem Lescus in balneo 1227. à *Svantopulco D. Pomerelliæ*, quem ut seditiosum in ordinem redigere cogitabat, oppressus, cumque fugeret capite ab eo truncatus, ex *Primislava* f. *Jaroslavi princ. Russiæ*, ducta 1220. extincta 1258. præter filiam *Salomen* Colomanni Ungari, vel juxta alios Conradi D. Halicienſis conjugem, filium habuit successorem BOLESLAUM, natum 1221. ob virginitatem cum conjuge *Cunigunda Vngarica Belæ regis* filia, à qua 81. mortuos in vitam revocatos comminiscuntur, servatam, *pudicum* cognominatum. Sub quo Poloniaplurimas ærumnas perpessa est. Ob hujus tutelam inter se concertarunt patruus *Conradus* & *Henricus barbatus Vratislavienſis*, à proceribus vocatus. Hac dissensione non parum respublica turbata: unde *Tattari* irrumpentes ad *Schydloviam*, mox ad *Lignicium* Polonos & Silesios gravibus cladibus afficiunt, & postea quoque

Lescus albus.

Bolesl. pudicus

quoque incursionibus non desinunt infestare, in Ungariam dein Moraviam profugo principe. Inde de principatu inter *Boleslaum Calvum* & *Conradum Mazovium* concertatio : donec *Pudicus* revocaretur, qui ultimo 1279. vita excessit ἀτεκνος, illa 1292. CONRADUS ejus patruus *Cujaviam* & *Mazoviam* obtinuerat : inde tutelam nepotis cum matre in custodiam dati sibi arrogavit, hocque profugo cum *Boleslao Calvo* de principatu contendit, sed suis ob asperius regimen invisus, eo iterum excidit, nec tamen ad mortem usque, qua 1247. oppressus, Polonos vexare desiit. Idem ut adversus *Borussos* & *Lithuanos* se tueretur, *Crucigerorum* ordinem, quicquid infidelibus erepturi essent, illis permissurus, advocavit. Mortuus est 1247. princeps inquietus. Uxorem habuit *Agatham* f. *Sventoslai princ. Russiæ*. Inter ejus liberos *Juditham* Micislaus D. Teschinensis, dein Henricus fidelis D. Vratislaviæ conjugem habuere, *Præmislaus* bello adversus Henricum Barbatum Vratislaviensem Ducem interiit 1228. s. 1226. *Boleslaus*, qui 1247. parentem brevi insecutus, maritus fuit *Constantiæ* f. *Henrici pii D. Vratislavii*,[a] *Micislaum*, ob exactiones divinitus immissa ultione, 1237. à gliribus devoratum tradunt. A duobus autem *Casimiro* & *Zie-*

Conradus D. Mazov

a Blondellus eum Ducem facit Calisiensem, eique præter Constantiam uxorem dat Juditham, easque filias, quas Boleslao pio Duci Calisio p. 827. dedimus.

Lencicienſis ramus. & *Ziemovito*, rami *Lencicienſis* & *Mazovius* orti. In *illo* CASIMIRUS, cum *Lencicia Cujaviam* tenuit, ſed cum vicinos ipſumque fratrem Ziemovitum non deſiſteret turbare, ipſi patrem majores filii ex prima conjuge, cujus nomen ignoratur, geniti *Leſcus* & *Ziemomislus* regimine exuerunt. Tandem extinctus eſt 1268. Inter hos LESCUS *niger* Dux *Siradienſis*, & demum ex *pudici* adoptione 1271. *Poloniæ*, quam impune *Tatari* infeſtabant, princeps *Lithuanos* compeſcuit, *Jazyges* excidit, in *Polonia* autem *Henricum Vratislavienſem* & *Conradum Mazovium patruelem*, qui dignitatem eam affectabat, repreſſit: hinc alio prælio inferior, cum ex Ungaria, quo ob Tataros graſſantes confugerat, reverſus eſſet, mœrore 1289. extinctus eſt, ejusque vidua *Gryphina Ruſſica filia Roſcislai Ducis*, *Wenceslao Bohemo* ſuo ex ſorore nepoti tradidit *Cracovicum* & *Siradienſem* principatus. Alter filius Caſimiri ZIEMOMISLUS *Cujaviam* cum *Lencicia* tenuit. Cum vero cruciferis, apud quos educatus, familiarius uteretur, ſuis exoſus redditus eſt, ut ad Boleslaum Caliſienſem deficerent: ſed cum eo deinceps rem transegit, & nobilitatem placavit. Ipſe deceſſit 1287. Ex *Salome filia Svantopolci D. Pomeraniæ*, genuit *Conſtantiam* Abbatiſſam, *Fenvennam* uxorem Stephani R. Ungariæ, *Premislaum D. Bidgoſtiæ*, *Leſcum* Ducem Vladislavienſem, qui Michalovienſem principatum, ut captus

Caſimirus.

Leſcus niger.

Ziemomislus.

ut captus à Wenceslao Bohemo λύτρον solveret, Cruciferis oppignoravit, & CASIMIRUM. Hic prius Dux *Gnievvkovienſis*, cum à patruo rege cum fratre *Premislao* principatum *Pomerelliæ* excepto Gedano impetrasset, eodem à Cruciferis ejectus, filium habuit VLADISLAUM cognomento *album*: qui vendito Ludovico R. Ungariæ *ducatu Gnievvkov*, initio *Ciſtertienſibus* se applicuit, inde *Benedictinis*, & monasterium *Divione* ingressus est. Inde adversus *Ludovicum regem* advocatus vincitur, capitur, iterum dimittitur, & ad sacra sua rediturus in itinere decedit[a]. Sororem habuit *Eliſabetham* uxorem Stephani Hususbanii R. Bosniæ. [b] Hi *Caſimiri Lencicienſis* majores filii & eorum posteri fuerant. Idem vero ex secunda conjuge *Conſtantia* s. *Gertrude* f. *Henrici pii Ducis Vratislavienſis*, etiam *Boleslaum D. Dobrinenſem*, qui aliis *Ziemovitus*, ex *Anaſtaſia*, patrem *Caſimiri* Dobrinensis, & *Vladislai* Lencicienſis Ducum, *Caſimirum Lencicienſium* Ducem, qui prælio adversus Lithuanos 1294. cecidit, & his priorem VLADISLAUM genuit, quem à statura *Locticum* vel *Cubitalem* dixere: qui *Breſtenſis* in

Caſimirus.

Vladislaus albus.

Vladislaus Locticus.

a Reusn. ait Divione in monasterio suo, quò redierat, consenuisse.

b Unde natæ Elisabetha uxor Ludovici R. Ungariæ & Poloniæ, atque Maria Ulrici C. Helfensteinii uxor. Labourerius facit uxorem Caroli 2. Regis Ungariæ & Mariam vocat.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [869] - 833
PUBLIC DOMAIN

Cujavia, inde fratris hereditate *Lencicienſis* Dux, inde poſt Leſcum *Siradiam*, ſuperato Henrico Uratislavienſi *Cracoviam* nactus eſt. Sed his dejectus *Sendomiriam* tantum retinuit. Cum Wenceslao Bohemo ob Cracoviam bellum geſſit. Demum poſt mortem *Præmislai Rex* electus eſt, ſed non prius tamen diadema ſumſit, quam 1320. quod *Ludovicus Bavarus Imperator* à Pontifice proſcriptus & domi impeditus eſſet. Antea 1300. omnibus exutus ſuorum defectione, quod Sileſia vaſtata redux militis licentiæ nimium indulſiſſet, Wenceslao Bohemo locum fecerat, & Romam profugerat, inde in Ungariam. Aſt Wenceslao, quem Ungarorum ope armis adoriri conſtituerat, defuncto, 1306. regnum recuperavit, atque Poloniam majorem & Pomeraniam ſubegit, multa fortunæ viciſſitudine. Coronatus varios iterum hoſtes expertus eſt. Unde cum *Lithuanis*, ut cæteris par eſſet, pacem ac ſocietatem iniit. Sub eo *Sileſii*, plerique jam Germanicæ originis, quos *Wenceslai* ſtudioſos cum *Germanis* omnibus *Locticus* oderat, contemtu ejus (quem regem Cracovienſem vocitabant) ad *Iohannem Regem Bohemiæ*, qui prudentiſſimus eos humanitate, promiſſis, muneribus & minis ad ſe alliciebat, atque ipſe etiam *Regis Poloniæ* titulum gerebat, paulatim conceſſere, atque ita Coronæ Polonicæ ſe ſubduxere [a]. Unde in eos *Vladis-*

[a] *Locticus* inſenſo terram cum Marte Sileſam perderet, atque ſuis opida pulcra rogis. Hæc-

Vladislaus igne ac ferro grassatus, *Mazoviam* quoque & *Marchiam Brandenburgicam* populatus est, & *Borussos* Cruciferos 1331. ingenti strage affecit. Post varia vario successu gesta bella 1333. mortuus [a] successorem habuit filium ex *Hedvige* f. *Boleslai D. Calisiensis*, (quæ etiam mater fuit *Elisabethæ* Carolo R. Ungariæ & Poloniæ, & *Margaretæ* Bernardo D. Svidnicensi nuptarum) CASIMIRUM *Magnum*: Hic optimus rex fuit, si incontinentiam & libidinem excipias: peregrinos *Germanos* in regnum multos allexit, unde non parum hoc excultum: Opidis etiam & arcibus plurimis denuò munitis aut refectis [b]. Annonę caritatem sua munificentia levavit. Rempublicam, *Casimirus Magnus R.*

Hæcque supercilio tristi fastidia celsa
& procerum tumidas cerneret alta genas.
Teutonis & linguam moresque edocta, Polonis
extremum facili præstitit ore melos.
Atque vale cecinit linguarum murmure leni:
terra ingrata vale! terra superba vale!
Terra inculta vale! jungemur in orbe Bohemis
munere feudali. Barbara terra vale!

a Reusn. Princeps singulari patientia & animi magnitudine, manu promtus reique bellicæ satis peritus.

b Centum civitates, arces, Ecclesias muro struxit, ex lignea lateritiam Poloniam reliquit. Simul Imperatorem, 5. reges, plurimos dynastas, celeberrimis suæ neptis nuptiis 20. per dies Cracoviæ hospitio excepit, lautissime habuit, abeuntes regio sumtu ad fines usque deduxit: moriens opulentam gazam reliquit. Autor Censur. cand. sceptr. Polon. F. 5. a.

legibus Barbaris & iniquis ſublatis aut correctis, introducto jure *Magdeburgico*, judiciis [a], & *academia Cracoviæ* inſtituta 1364. exornavit; *Judæis* intuitu pellicis *Eſtheræ* multa privilegia contulit: Sub eo quoque *Mazovia* Poloniæ acceſſit. Cæterum cum *Cruciferis Boruſſis* geſſit bellum, quod Pontifex ſua mediatione compoſuit: *Ruſſiam* triplici expeditione in provinciam redegit, *Johannem regem Bohemiæ*, cum quo 1335. transegerat, ut ipſe in *Sileſiam*, ille in *Poloniam* prætenſiones omitterent, vexavit 1343. expeditione in Sileſiam ſuſcepta, qua *Frauenſtatt* occupavit. Joannes v. ſequenti anno alia expeditione in Poloniam injuriam ultus eſt. Solo bello *Walachico* infelix, exercitus magnam partem amiſit. Tandem in venatione cervi equo lapſus, pede confracto, febre accedente 1370. in *Piaſtea* familia, qui Polonis imperaſſet, ultimus vivendi finem fecit: ex quatuor uxoribus, quæ fuere *Anna* f. *Gedeminis principis Lithuaniæ*, ducta 1325. mortua 1339. *Margareta* f. *Joannis Regis Bohemiæ*, ſed ante nuptias ſponſa extincta, *Adelheidis* f. *Henrici Landgravii Haſſiæ*, 1341. ducta, ſed cum minus formoſa eſſet, concubinarum, quas plures alebat, amore relegata, 1356. à patre reducta eſt, &

a Antea Magdeburgum appellabatur in litibus: Hic vero Rex Cracovienſe judicium inſtituit: à quo ad aliud provocatur, quod 6. civitatum nuncupatur, & in arce Cracovienſi celebrari ſolet à binis certarum civitatum conſulibus ſine provocatione.

est, & *Hedvigis* f. *Henrici D. Glogoviæ* ascita 1357. masculo nullo relicto. Filiæ autem fuere ex prima conjuge *Elisabetha*, uxor Bogislai D. Pomeraniæ, ex ultima *Hedvigis* & *Anna*. Scriptus initio heres *Carolus Robertus Rex Ungariæ* affinis, qui tamen non supervixit: unde filius illius *Ludovicus* in eandem spem suffectus est, & post Casimiri mortem sceptrum primus alienigena suscepit, filiabus hujus in *Ungariam* ablegatis, ut à regno amoverentur. Unde *Hedvigis* cuidam Duci Romero, *Anna* Hermanno C. Ciliæ nupsit, mater *Barbaræ*, quæ Sigismundum Imperatorem maritum habuit, & *Annæ* [a] Vladislao Jagelloni Regi Poloniæ junctæ. Ita ex Piastea gente regnum aliò delatum. Restat quem videamus ramus *Mazovius* à ZIEMOVITO, *Conradi Mazovii* filio, *Casimiri Lencicienſis* fratre satus. Hunc frater *Siradienſi* principatu spoliavit, & in vincula conjecit, unde junctus Boleslao pio Lencicienſem Ducatum vastavit. In bello à Russis captus & capitis damnatus est 1262. Uxor ei datur *Gertrudis* f. *Henrici pii D. Vratislavienſis*, unde præter filiam Vratislai 3. D. Pomeraniæ ulterioris conjugem, nati *Boleslaus*, *Conradus*, *Primislaus*, *Ziemovitus*. (alius *Ziemoviti*, quem Russi cæciderunt pater.) In his CONRADUS Dux *Cirnæ* regnum adversus *Boleslaum Cal-*

Mazovius ramus.

Ziemovitus.

Conradus.

a Blondell. Annam hanc perperam ipsi Casimiro dat filiam: nisi typographo error ille assignandus fuerit.

vum & poſtea *Leſcum nigrum*, cui præter *Cracoviam* à Germanis ſervatam nihil ſuperfuit, ſibi vindicare conatus eſt, ſed ſpe ſua excidit, & 1294. moriens ex *Hedvige* f. *Boleslai CalviD. Lignicii*, liberos non reliquit: alius BO-

Boleslaus. LESLAUS *D. Plocenſis Ruſſiam* vaſtavit, ſed à Ruſſis iterum ſua devaſtari vidit: idem olim quoque poſt mortem *Leſci* ad principatum vocatus, ſed ab *Henrico Uratislavienſi* dejectus erat, & ſtemmatis eſt propagator, genitis ex priori conjuge *Prezislava* f. *Troideni D. Lithuaniæ, Ziemovito* & *Troideno*, ex altera . . . Bohema, *Wenceslao* ſ. *Vancone*, ac filia, quæ

Wenceslaus. Vladislao D. Lignicii nupſit. *Wenceslaus* Plocenſis Dux fuit, & à Loctico, quod Cruciferis contra ipſum aſtitiſſet, vexatus eſt, & moriens 1330. ex *Eliſabetha* f. *Gedimini D. Lithuaniæ*, reliquit filium *Boleslaum*, à quo 1353. moriente

Troidenus. ſcriptus heres Rex Caſimirus. *Troidenus* Dux *Varſoviæ* fuit, quo & *Maria Ruſſiæ Duce*, geniti *Caſimirus* Dux *Varſoviæ* 1354. & *Boleslaus*

Ziemovitus. Dux *Haliciæ*, 1340. extincti. ZIEMOVITUS autem Mazoviæ Dux fratrum major, filium

Ziemovitus. alium ZIEMOVITUM habuit, qui patruelium hereditate *Mazoviam* totam nactus eſt, & eam 1355. *Caſimiro* Regi obnoxiam fecit. E ſecunda conjuge . . . filia Vladislai *D. Zambicenſis*, quam ob adulterii ſuſpicionem occidit, genuit *Henricum* Epiſcopum *Plocenſem*, qui dein ſacris relictis uxorem duxit *Ringalam* f. *Kei-*

f. *Keiſtuti D. Lithuaniæ*, tum *Agathiam* Vladislao D. Opolienſi, atque *Salomen* Caſimiro D. Pomeraniæ, & poſt hunc Henrico Stigmatiæ D. Lignicio nuptas: Ex prima autem uxore *Euphemia* f. *Nicolai D. Oppavienſis* genuit duorum ramorum *Warzovienſis* ſ. *Cirnenſis*, & *Plocenſis* autores *Janum* & *Ziemovitum*. Ipſe pater ob nimiam profuſionem ſuis gravis deceſſit 1381. In duorum ramorum modo dictorum deductione non omnino conveniunt autores. JANUS ſ. JANUSSIUS Warſovienſes propagavit, & 1428. mortuus eſt: pater ex *Anna* f. *Keiſtuti* ſeu *Vitoldi D. Lithuaniæ*, *Catharinæ* uxoris Michaelis D. Lithuaniæ & *Dorotheæ*, quæ maritum habuit Conradum D. Volavienſem, & qui ſucceſſit BOLESLAI. Hic 1446. *rex electus* erat ab aliquibus, cum *Caſimirus* princeps in propriam electionem nondum conſentiret: illo demum annuente, hujus electio irrita facta. Extinctus eſt 1462. pater ex *Barbara Ruſſica Jani*, *Conradi*, *Boleslai*, *Caſimiri*, *Annæ* quæ Michaeli D. Lithuaniæ nupſit, & *Sophiæ*, quæ virgo deceſſit. Ex filiis *hic* Epiſcopus Plocenſis fuit: *iſte Annam* f. *Pauli Hurovii Palatini Belzenſis* conjugem habuit: *ille* 1503. mortuus, reliquit ex plebeia matre *Joannem* & *Stanislaum* Duces Cirnenſes. Primus autem JANUS ſeu JANUSSIUS regnum adverſus *Johannem Albertum* affectans, ſua etiam 1492. amiſit, & 1495. ἄγαμος defecit. In

Ianus. *Boleslaus.* *Ianus.*

Conradus. memoratis ejus ex fratre *Conrado* nepotibus
Ioannes Stanislaus. JOANNE & STANISLAO 1526. linea, & in *Polonia* simul *omnis Piasteus sanguis* defecit, regi relicta successione. Alter ramus Plocensium fuit à
Ziemovitus. ZIEMOVITO *Ziemoviti* & *Euphemiæ* Oppavienſis altero filio, Duce *Plocenſi*. Huic quod ſtrenuus & bellicoſus vir eſſet, contra Sigismundum *regnum Poloniæ* delatum erat, ſed vel non ſuſcipere voluit vel aſſequi non potuit *a*, atque 1426. fatis conceſſit, genitis ex *Alexandra ſorore Jagellonis regis*, præter filias *Annam* Boleslao D. Teſchinenſi, *Cimburgim* Erneſto Auſtriæ Duci (1412.) *Mariam* [b] Bogislao D. Pomeraniæ, *Agathiam* ſ. *Ofram* Michaeli D. Lithuaniæ, *Euphemiam* Wenceslao D. Teſchinenſi (1426.) nuptas [c] atque *Catharinam* virginem, filiis *Caſimiro* D. Belzenſi, qui 1446. defecit, *Alexandro* patriarcha Aquilegienſi, Epiſcopo Tridentino, qui etiam Cardinalis & ad concilium Baſileenſe legatus fuit, *Ziemovito* D. Ravenſi, qui poſt mortem Jagellonis regni gubernator fuit, & 1426. rebus humanis exceſſit [d], pater *Margaretæ*, quam Conradus

a Quod eum Hedvigis Ludovici R. filiæ maritum deſtinarent Poloni, ſed virginis mater Eliſabetha generum eum aſpernata, conatus armis fregit.

b Alii vocant *Ameliam*, alii *Sophiam*, alii *Cæciliam*.

c Nonnulli addunt aliam ἀνώνυμον Baſilii Moſci conjugem.

d Blondellus ei dat conjugem Alexandram, quam matrem ejus credimus.

radus D. Olsnicius conjugem habuit, (atque ob ejus hereditatem in Mazovia 1465. cum rege Casimiro pactus est, acceptis 8000. aureis) & VLADISLAO D. Plozensi, qui 1455. hecticus obiit. Eo & *Anna* f. *Conradi albi D. Olsnicensis* geniti sunt ultimi ZIEMOVITUS atque VLADISLAUS fratres, duces *Ravenses*, qui 1462. veneno dicuntur sublati, ut ad regnum ditio reverteretur: ex quo cum illo *Mazovia* conjuncta mansit, nec repugnantibus ordinibus regi *Sigismundo* concessum, ut eam uxori dotalitiam faceret. *Ziemovitus. Vladislaus*

III. STIRPS VLADISLAI SILESIA.

vide pag. 825. 829.

VLADISLAUM à fratribus pulsum superius p. 824. diximus. Causa imputatur, cum ipse Vladislaus animi esset mansueti & probi, uxoris *Christinæ Henrico V. Imperatore natæ* superbiæ. Hæc enim maritum instigavit, ut à patre relicta fratribus adimeret. Unde cum 1145. fratres Posnaniæ obsideret, Archiepiscopus Vladislaum excommunicat, hi etiam eruptione facta eum profligant, ut in Germaniam fugere cogeretur. Tum uxor etiam cum filio ejecta regno. Perfugium fuit apud *Conradum* & *Fridericum* Augustos. Cum vero *Fridericus* armis intentatis, ut eum reciperent, coegisset, fructum beneficii mors propera 1159. quam *Vladislaus.*

veneno procuratam putant, in ipso reditu corrupit. Eodem anno uxor etiam decessit. Ex qua filios tres reliquit, in quorum patrimonio *Silesiâ* patruus *Boleslaus* aliquandiu quædam detinuit, quæ postea, cum ab illis bellum parari intelligeret, se autem suis invisum nosset, reddidit. Ita in horum potestate *Silesia* permansit;

Conradus. Ex iis vero CONRADUS *Lasconogus* seu *Loripes* tenuit *Glogoviam*, & alia Marchiæ ac Poloniæ vicina: sed valetudinarius fuit, & in ipso vel *Miescone* filio aquis mersо, 1178. vel 1179. terminata est linea. Reliqui duo *Boleslaus* & *Micislaus*, ille *Silesiæ inferiori*, hic *superiori* duces dedere. Illis quidam addunt sorores *Rixam* uxorem Alfonsi Regis Castiliæ, & *Elisabetham* uxorem Conradi M. Lusatiæ C. Rochlicii.[a]

I. SILESIÆ SUPERIORIS DUCES.

Boleslaus BOLESLAUS *altus* seu *procerus* horum conditor fuit: Juvenis in bello *Mediolanensi* Friderico Imperatori militavit, & equitem portentosæ staturæ, qui Cæsareanos provocaverat, duello stravit. Cæsaris beneficio cum fratribus 1163. *Silesiam* nactus est: in qua *Vratislavia* initio ei cessit, & post fratris mortem *Glogovia* ac *Crosna* accessit, ob quam 1179. cum altero fratre bellum, quod *Casimirus Rex Poloniæ*

[a] Alii dant Micislao filiam.

Poloniæ ſopivit: & Micislao placando principatum *Auſchvviz* conceſſit: huic item 1192. adverſus *Boruſſos*, operam militarem addixit: Deceſſitque 1201. de Sileſia bene meritus [a]. Ex *Wenceslaa Ruſſica* præter *Otiliam* ſ. *Algam* filiam, filium habuit JAROSLAUM: qui adverſus patrem & novercam auxilio Micislai D. Teſchinenſis bellum movit, reconciliatus autem Epiſcopatui *Vratislavienſi* 1198. patris cura admotus eſt; & huic, ut ſuis ægre faceret, *Neiſſam* ſibi attributam addixit, ante patrem tamen 1201. extinctus. Ex altera *Boleslai* uxore *Adelheide* ſ. *Berengarii Comitis Sulzbacenſis* præter alios in minori ætate extinctos, atque *Adelheidem* Theobaldo M. Moraviæ nuptam, natus HENRICUS *Barbatus* vel *ſapiens* patris ſucceſſor, & 1225. adverſus *Leſcum album* ad *principatum Poloniæ* vocatus eſt. *Henricus.* Cum hoc autem non male ei convenit, & parentis loco cultus eſt; cum Leſcus à Svantopulco D. Pomerelliæ occideretur, ipſe quoque graviter vulneratus, fide tamen miniſtri *Peregrini de Wieſenburg*, qui ſuper eum cadens vulnera letalia corpore ſuo excepit, mortis periculum evaſit, & Uratislaviam reverſus eſt. Exinde ei cum *Conrado Mazovio* ob tutelam *Boleslai pudici* certamen; cum autem captus eſſet, & dimittendus *Cracovienſi* principatui renunciaſſet,

[a] Reuſn. princeps pietate & virtute præſtans & Sileſiæ διάτης, quam legibus & urbibus ornavit.

set, Papa eum juramento solvit, unde bellum recruduit 1226. Post hæc 1233. *Vladislaum Sputatorem Polonia majori* exuit, atque ita ad mortem usque utramque tenuit Poloniam, inque ea multas barbaras leges & mores princeps pius & sapiens correxit. Tandem 1238. moriens *Hedvigem Meraniam filiam Bertholdi Ducis*, cum qua plurimi Germani in Silesiam profecti, & quæ exemplum singulare pietatis habita, tota vitâ tantum non meras suorum clades forti tamen & voluntatem divinam unicam regulam suam spectante animo experta, & tandem à Pontifice *Clemente Sanctis* ascripta est, viduam, 1243. mortuam, & ex ea *Agnetem* abbatissam Trebniziam, *Gertrudim*, quæ desponsata Ottoni Wittelspachio, ei tamen data non est, quod cæde Imperatoris commaculasset manus, dein Abbatissa fuit, & *Sophiam*, filios (quibus vivus provincias distribuerat, sed mox triste inter eos bellum spectare coactus est.) *Boleslaum*, qui prodigus majori ex parte ditionem suam *Lebusiensem* vendidit *Brandeburgicis*, *Conradum Crispum*, qui *Saganensem* principatum tenuit, sed adversus fratres bellum movit, ast victus est inter Lignicium & Goldbergam, atque paulo post in venatione equo collapsus præceps 1213. occubuit, & HENRICUM filios reliquit. Hic matri præ cæteris charus, *pius* dictus, *Vladislaum Sputatorem* in Pomeraniam expulerat.

Boleslaus.

Conradus.

Henricus.

Dein

Dein 1241. celebri illo prælio, quo Sileſiæ flos periit, hoſtis vero ita etiam debilitatus, ut pedem referre & domum redire cogeretur, prope *Lignicium* [a] à *Tattaris* cæſus, corpus autem exanime eo agnitum eſt, quod ſiniſtro pede 6. digitos haberet. Illi uxor fuerat *Anna Bohema* f. *Regis Ottocari*, & ex ea geniti, filiæ *Conſtantia* Caſimiro Mazoviæ Duci 1236. *Gertrudis* Boleslao [b] Mazoviæ Duci 1237. *Eliſabetha* Præmislao Poſnaniæ Duci nuptæ, duæ aliæ Monaſticam ſecutæ, tum filii quatuor: in quibus HENRICUS, *fidelis* dictus, *Uratislavienſem*, BOLESLAUS *Lignicenſem*, CONRADUS *Glogovienſem* principatus accepere. VLADISLAUS autem *Archiepiſcopus Salisburgenſis* à beneficentia in pauperes ſingulariter commendatur. Uratislavienſem ducatum etiam tutor adminiſtravit, & 1270. obiit. *Boleslai* & *Conradi* poſteritas in multos gradus duravit, quod mox videbimus. Henrici autem linea mox in filio terminata. Cæterum ipſe initio *Lignicium* obtinuerat, quod dein fratri *Boleslao* petenti pro *Uratislavia* conceſſit 1244. Cum vero hic, *Conrado* fratre aliquam partem ditionum ſibi vindicante (nam hujus ſuſtentandi onus Lignicio adhærebat) iterum *Uratislaviam* poſceret, Henricus negavit. Ob quod bellum

Vladislaus archiep Salisburg.

Henricus.

a Locus adhuc vocari ſolet zur Wahlſtatt.

b Alii Gertrudis maritum Ziemovitum, Conſtantiæ Boleslaum vocant,

bellum exarſit, ſed Boleslaus bis obſeſſa Uratislavia fruſtra fuit, demum captus, nec minus, cum Conrado ſatisfacere promiſiſſet, dimiſſus, non deſiit tumultuari. Patri morienti 1266. ex primo matrimonio *Judithæ* f. *Conradi D. Mazoviæ* (altera *Agnes* f. *Alberti Electoris Saxoniæ* improlis fuit) ſuſceptus filius ſucceſſit *Henricus probus.* HENRICUS *probus*, aliquandiu patrui *Vladislai* tutela uſus. Hunc alter patruus *Boleslaus* cepit 1275. & ad multa cedenda coegit. Viciſſim ipſe 1281. *Henricum Lignicenſem*, *Henricum Glogovienſem* ac *Præmislaum Poſnanienſem* agnatos fraudulenter ad convivium invitatos cepit, nec niſi lytro ſoluto & certis conditionibus dimiſit. 1284. Diſſidens à *Thoma* Epiſcopo *Uratislavienſi* & ab eo excommunicatus, à *Concilio Lugdunenſi* abſolutus: Pœnitentia autem facti ipſe Epiſcopo, cum ultro in caſtra hoſtis ſe perſequentis veniſſet, ſupplex factus erepta reddidit, & in ſacerdotes liberaliter ſua profudit, unde horum gratia ei cognomen *probi* conciliatum eſt. Inde 1289. adverſus *Boleslaum Mazovium* vocatus ad principatum *Poloniæ*, illum & poſtea *Uladislaum Loctiicum* pellit, ſed brevi poſt 1290. ἄπαις ex *Mechtilde* f. *Agnete* f. *Ottonis Marchionis Brandeburgici* vita decedit, non ſine ſuſpicione veneni. Heredem in *Cracovienſi* principatu ſcripſit *Præmislaum Poſnanienſem*, in *Uratislavienſi* autem *Conradum* patruum. Sequuntur

quuntur lineæ diuturniores *Lignicenſis* & *Glogovienſis*.

I. RAMUS LIGNICENSIS.

Hujus autor BOLESLAUS *Calvus* vel *Sævus* dictus; libidinoſiſſimus, turbulentiſſimus, prodigus, luxurioſus, temerarius & imprudens, & tandem fere delirus [a] fuit. Ei oblatus *Poloniæ* principatus, *Boleslao Pudico* ob *Tattaricam* irruptionem profugo, ſed à *Conrado Mazovio* repreſſus eſt. In *Sileſia* autem *parricidialia*, quæque multo ſanguine conſtitere, bella per ipſum excitata. Fratrem *Henricum* quem ad permutandum cum Uratislavia Lignicium permoverat, altera vice ad *Uratislaviam* cedendam cogere fruſtra voluit. 1256. Epiſcopum *Uratislavienſem* captum ad damnoſas conditiones adegit, ſed viciſſim captus à fratre *Conrado* tantundem huic ſolvere cogitur. Iterum 1273. nepotem *Henricum probum* capit, & demum 1278. naturæ concedit, relictis ex prima uxore *Hedvige* f. *Henrici principis Anhaltini* 1275. defuncta (altera *Adelheidis* ſ. *Hedvigis Pomerana* f. *Sambori Ducis*, 1275. ducta, inde mariti vagis libidinibus offenſa, *Catharinæ*,

Boleslaus Calvus

[a] Wolte haben/man ſolte den Schweinen im Winter Heu zu freſſen geben/ weil ſie Sommers Graß eſſen. Wurde auch überredt/das viel todte ſich auff das Goldbergiſche Gebürg begeben. Chr. Sileſ.

tharinæ, quæ puella obiit, mater, eo deforto pedibus ad ſuos reverſa eſt) filiis HENRICO, BERNHARDO, qui *agilis* vel *celer* aut *ſaltator* cognominatus 1280. moriens prole caruit, & BOLESLAO ſ. BULCONE. Ab *illo* & *hoc* *Lignicenſis* & *Svidnicenſis* linea. Filiæ autem Boleslao quatuor fuere: *Hedvigis* Conrado D. Mazoviæ, *Agnes* Ulrico C. Wirtenbergiæ ſociatæ, (quarum hæc 1265. mortua) *Anna* abbatiſſa Trebnicii, & alia . . . uxor Ludovici ab Hackeborn.

I. LINEA LIGNICIA.

Henricus craſſus.

HENRICUS *Craſſus* vel *obeſus* [a] patris, cujus olim auſpiciis *Vratislavienſes* vicerat, ſucceſſor 1281. à patrueli *Henrico probo* captus, & ad lytron ſolvendum adactus eſt. Eidem poſtea 1289. fideliter ſed infeliciter adſtitit adverſus *Vladislaum Locticum*: profligatus, & vix civium opera ſervatus. Poſt hæc ab *Vratislavienſibus*, qui eum quam *Conradum Glogovienſem*, cui teſtamento principatus deferebatur, malebant, vocatus, contra patruum ſuſcepit. Huic vero herum è balneo abductum pene nudum quidam miniſter, cujus olim patrem ob cædem ſupplicio affecerat, captivum obtulit: Conradus autem crudelitate inaudita ædiculæ

[a] Ejus expectativa data Ottocaro Regi Bohemiæ ab Imper. Rudolfo 1290. Conring. de finib. Imp. Germ. pag. 295.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [884] - 848
PUBLIC DOMAIN

ædiculæ ferreæ anguſtiſſimæ [a] incluſit, in qua nec ſedere nec jacere potuit, ut menſis ſpatio [b] fere computruerit, & damnoſis conditionibus initis lytro 30000. aureorum, & ceſſione bonæ partis ducatus Uratislavienſis, dimiſſus brevi poſt 1296. mortuus ſit. Genuerat ex *Eliſabetha Caliſienſi* f. *Boleslai Ducis*, præter filias *Hedvigen* [c] uxorem Ottonis M. Brandeburgii, *Euphemiam* conjugem Ottonis M. Carinthiæ, *Helenam* & *Eliſabetham* moniales, *Annam* virginem, tres filios BOLESLAUM, HENRICUM, VLADISLAUM. *Huic* obvenerat *Lignicius* principatus, quem cum ſua prodegiſſet, fratri Boleslao oppignerat, & novo orto diſſidio prædonibus aſcitis fratrem vexat, unde captus renunciare regimini cogitur, accepta penſione: iterum prædas agens carceri diro incluſus, quod reliquum erat rationis perdit, ut hinc amens ruri diſcurreret, & à paſtoribus aleretur, donec in *Mazovia* votula virgo ſed bene dotata obtingeret uxor, *Boleslai D. Plo-* *Vladislaus.*

a Non niſi duo foramina ad cibos ingerendos & feces excernendas patebant.

Ferrea contracto captivum clauſtra coercent
limite, ne membris ſuppetat ulla quies.
Corpore declinem prohibent decumbere membris,
acclinemque ſimul clauſtra ſedere vetant.
Inde per integrum detentus carcere menſem
putret, & ulceribus corpus inerme riget.

b Reuſn. ſemeſtre exprimit.

c Alii Annam vocant & filiam dant Henrico VI. D. Uratislaviæ.

censis filia, cujus ipsius tamen bona itidem prodegit, & in Silesiam reversus principatus sui jus *Joanni Regi Bohemiæ* concessit, atque 1331. vita excessit. *Iste* cum *Vratislaviam* teneret, & à fratre *Boleslao* ut Lignicio principatu Uratislaviensem permutaret vexaretur, nec ab Uladislao Loctico, cui se prius addixerat, auxilium obtineret, inductus pollicitationibus *Johannis Regis Bohemiæ*, hunc civitatum, quibus deinde rex privilegia multa concessit, consilio, sumsit patronum: seu potius universa cessit, solo *Glazensi* ad dies vitæ servato comitatu [a]. Hic rex etiam ei 1337. mortuo succeſſit, & solenniter receptus est. E conjuge sua *Anna* f. *Alberti I. Imperatoris*, Hermanni M. Brandeburgici vidua, filias tantum reliquit, quæ fuere *Euphemia* uxor Boleslai D. Opolienſis f. Falckenburgii, *Margareta* Abbatissa, *Elisabetha* uxor Wartislai 4. D. Pomeraniæ [b]. *Ille (Boleslaus)* homo ferox & turbulentus, initio patruo *Boleslao*, dein Episcopo *Vratislaviensi* tutore usus, *Briegam* tenuit, & postea *Lignicium*, quod à fratre extorsit, nec minus aliqua *Glogovianis* ademit, sed homo profusus his accessionibus ditior non factus est: inde *Grotkam* vendidit Episcopo, & Hanam ac Goldbergam, demum ipsos liberos *Vratislaviensibus* oppigneravit. Cum fratrem Henricum

Boleslaus.

a Conf. Conring. de fin. Imp. Germ. p. 709.
b Juxta alios Conradi D. Olsnicii.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [886] - 850
PUBLIC DOMAIN

ricum jam vexaret, atque hic ea causa Joanni Regi Bohemiæ se addixisset, quod & alter frater fecit, ipse etiam 1331. ne omnino excideret principatu, idem facere coactus est. Cum rex, quem *Nancerus* Episcopus *Vratislaviensis* injuste *excommunicaverat*, Ecclesiasticorum bona ob hoc publicasset, ea principi commoda occasio fuit, in eorum possessiones involandi: Demum cum Lignicium ducatum multo ære alieno gravatum filiis tradidisset, decessit 1343. vel 1342. cum immoderata post jejunium quadragesimali oppletione stomachum saburasset[a]. Conjux ejus secunda *Catharina Cracovienſis* vel juxta alios *Croata* multam attulit dotem, ex qua redemta *Olavia* & *Briega*. Ex priori *Margareta Bohema filia Wenceslai Regis*, nati filii LUDOVICUS & WENCESLAUS. *Wenceslaus.* Eorum *hic Goldbergam* sortitus erat, sed omnia prodigus aut dissipavit bona, (Ita Olaviam 1348. Carolo IV. vendidit) aut ære gravavit alieno. Inde fratri, ut *Lignicium* sibi concederet, alioqui spem successionis, quæ de se adhuc ἀτέκνῳ & valetudinario esse poterat, omnem bonis venditis interversurus, persvasit. Verum susceptis post hæc ex conjuge *Elisabetha* s. *Anna* f. *Casimiri Ducis Teschinensis*, quæ ducta 1346. demum 43. ætatis anno fœcunda, filiis (unde nihilominus *Ludovici* expectatio

[a] 13. Pulli gallinacei uno pastu comesti.

fruſtra fuit) cum omnia prodegiſſet aut oppignoraſſet , venæ etiam metallicæ exaruiſſent, in ſumma paupertate deceſſit 1364. Ex filiis ejus *Boleslaus* certamine ludicro in bacchanalibus periit , *Henricus* Epiſcopus *Vladislavienſis* in Polonia, 1398. mortuus eſt, *Wenceslaus Lebuſienſis* atque *Vratislavienſis* Epiſcopus, his autem major RUPERTUS patris ſucceſſor fuit. *Iſti*, quod ab Uratislavienſibus alium Epiſcopum ex Dubenſibus ſumi deſideraverat, infeſtus fuit *Wenceslaus* Imperator, unde cum ei à fratre *Ruperto* aliqua dolia *Svidniciæ* cereviſiæ dono mitterentur, ſenatus urbanus, regi addictior, vehicularium prætextu privilegiorum civitatis ſtitit, hunc vero Canonici excommunicarunt; unde motus, in quibus Eccleſiaſticorum , qui ejecti & ſpoliati, ægreque reconciliati , deterior conditio fuit. Fratri *Ruperto* poſt 1406. [a] ſine maſculis (filia autem *Barbara* Rudolfo III. Electori Saxoniæ nupſit, & 1436. obiit) mortuo, ipſe *Wenceslaus Epiſcopus* frater ſucceſſiſſe, & Imperatori *Wenceslao* ducatum *Goldbergenſem*, concedente Duce Lubenſi, vendidiſſe ſ. donaſſe dicitur. Deceſſit anno 1417. Ita Wenceslai poſteritas extincta eſt. Fratribus his quatuor ſororem dant *Hedvigen* Henrico ſeniori D. Saganenſi vel Henrico X. D. Glogovienſi nuptam. LUDOVICUS autem alius

Rupertus.

[a] Al. 1390.

alius Boleslai filius, cum initio *Lignicium* tenuisset, ubi recens *aurifodina dives*, quæ in singulas septimanas 150. auri pondo subministrabat, inventa fuerat, spe successionis, fratri (à consiliariis corruptis seductus) principatum permisit, unica arce & 40. aureorum servata pensione. Ubi vero *Wenceslao* deinde filii nati, bellum exarsit, & sibi verba data Ludovicus sensit. Nihilominus tutor fratris filiis fideliter postea præfuit, & pleraque oppignorata sua industria redemit. Demum 1396. morte sua successionem *Lubenæ*, quam à fratre oppigneratam suo ære acquisiverat, reliquit filio ex *Hedvige* f. *Henrici Ducis Glogovii* (quæ ex eo etiam *Wenceslaum* cælibem mortuum, & filias *Margaretam* uxorem Alberti D. Bavariæ C. Hollandiæ, *Hedvigem* conjugem Casimiri D. Teschinensis in Auschviz, atque *Catharinam* Abbatissam genuerat) suscepto HENRICO, qui *Stigmatias* [a] dictus, à vulneris, quod in bello acceperat, cicatrice. Hic *Lignicium* à patrueli *Ruperto* obtinuisse videtur; alii vero *Wenceslaum* hujus fratrem interjiciunt. *Henrici* filii ex *Salome Mazovia* fuere LUDOVICUS *Lignicii* & *Brigæ* (quam *Oppolienſibus* oppigneravit) dux & *Trenschinii* in Ungaria Comes, *Sigismundo Imperatori* gratissimus, qui ei primam uxorem *Elisabetham Ungaram* procuravit, ex cujus dote *Strelam* emit, sed ab *Hussi-*

Henricus Stigmatias

[a] Mit der Schramm.

Hussitis, qui *Lubena* & aliis exustis universam fere *Silesiam* populabantur, ab *Alberto Achille* aliquo modo repressi, *a* multoties [b] vexatus. *Hierosolyma* religionis gratia profectus, captus, sed iterum liberatus: Tandem, ex *Elisabetha Brandeburgica filia Friderici I. Electoris*, secunda conjuge, quam in *Concilio Constantiensi* 1418. duxit, & quæ 1450. mortua est, præmortuo filio *Ludovico*, non nisi filiabus (ex quibus *Hedvigis* Joanni D. Lubensi agnato, *Magdalena* alii agnato Nicolao ultimo Duci Opoliæ nupsere) relictis, extinctus est 1438. & HENRICUS *Lubensis* princeps. *Henricus.* Hujus regimen fame, peste & *Casimiri Poloni* adversus *Albertum II.* 1438. coronam *Bohemicam* ambientis expeditione, qua principatus Neussensis & Brigensis vastatus, infelix fuit. Successit autem ei filius (cujus frater *Rupertus* Eques Rhodius fuit) LUDOVICUS, qui *Lubena* vixit, cum à *Ligniciis* male consultis non reciperetur [c], nec *Ludovicus.* adhibe-

a Urbes Lygium cunctas pessum acer iisset,
Marchio ni Jova dante tulisset opem.
Cordis ob invictum robur quem dixit Achillem
Teutonicum quondam gens atavita patrum.

b In primis annis 1426. 1427. 28. 30.

c Jamque novas iterum Lygiis in prælia vires
insinuat foris civica Enyo suis.
Nescio quæ cives mala sana licentia adegit.
excussisse sui frena novella Ducis.
Noluit ultricis vibrando fulmina dextræ
cogere fastosum sub sua jura genus.
Ote felicem populosa Lubentia, quando
te modo præsentis rexit ocellus heri.

adhibere vim vellet. Duravit hæc pertinacia, ut mortuo Ludovico 1431. ejus ex *Margareta Oppolienſi filia Boleslai* ſ. *Joannis Ducis* filiis HENRICO (qui Goldbergæ juvenis mortuus) & JOHANNI non magis obſequium præſtarent, ſed 1451. regi Bohemiæ *Ladislao*, à quo *capitaneum* accepere, juramento ſe obligarent. Tentavit quidem *Joannes* cognomento fortis, cui novum etiam à conjuge *Hedvige Lignicia* patrui magni filia jus acceſſerat, armis 1452. poſſeſſionem recuperare: quod cum eventu caruiſſet, *ſequenti anno* mœrore finiit vitam. Natus fuit illo & Hedvige 1446. FRIDERICUS in aula Onoldsbacenſi, inde Brandeburgica Electorali, demum regia Bohemica educatus. Hunc & matrem civitas melius conſulta, regio capitaneo pulſo, ſolenni cerimonia 1454. intromiſit; conſul autem *Ambroſius Bitſchinius* motuum autor capite luit. Ita domino reſtitutus principatus: inque eo plene recuperando, *Albertus Brandenburgicus* adjumento fuit. Quamvis vero ne ex eo quidem omnia quieta manſere, mater tamen ſemper Lignicii habitavit. Cum *Georgius Rex Bohemiæ*, quod 1462. Huſſitis acceſſiſſet, à *Papa* proſcriptus, & Sileſia ab ejus obſequio ſoluta eſſet, Fridericus ob ejusdem ſtudium 1468. una cum Olsnenſi etiam *excommunicatur*. Sed tandem 1469. per *Albertum Brandenburgium Matthiæ Hunniadi*, Pontificii legati Rudolfi

Ioannes

Friderricus.

Episcopi Lavatini impulsu adversus Georgium electoregi, reconciliatus, Georgium, cujus dein filiam *Ludimillam* 1475. duxit, itidem huic reconciliavit *a*. De cætero fideli *Matthiæ* præstita opera contra Bohemos & Polonos, *Capitaneus Silesiæ & superioris Lusatiæ* creari meruit. Mundo valedixit 1488. princeps diligenti rei rei familiaris administratione (unde *Briegam* 1481. & alia Oppolienſibus oppignorata redemit) & publici cura de principatu optime meritus, relictis sub tutela viduæ, quæ 1503. decessit, FRIDERICO II.[b] JOANNE, & GEORGIO, quorum *hic* in Maximiliani Imperatoris aula educatus, nactus *Briegam*, crapulæ nimium indulsit, maritus *Annæ Pomeranæ filiæ Bogislai Ducis* ab anno 1515. (Ea dein 1550. moriens ob virtutes apud omnes sui desiderium reliquit) sed ἄπαις 1521. *iste* 1495. etiam ἄγαμος defuncti, successorem primogenitum reliquere: Hic natus 1480. in aula Uladislai R. Ungariæ aliquandiu vixit, matre ditiones administrante. Tum in Palæstinam profectus atque ibi eques creatus est, sed redux 1511. *Uratislavienses*, quod crederentur effecisse, ut non ipse

Fridericus 2.

a Hinc socerum Hunniadi, bello quo fortior alter
non fuit, eloquii placat honore sui.
Participesque simul sceptri regalis utrumque
reddit, re socerum, nomine at Hunniadem.

b De consilio confraternitatis cum Brandeburgicis incunda. Limn. Jur. publ. 4, 8, 176.

ipse sed Teschinius capitaneus Silesiæ fieret, bello persecutus est, ast à *Casimiro Duce Teschinensi* lis sopita. Demum 1519. *Capitaneus inferioris Silesiæ* creari meruit. Inde 1523. publice facti ratione reddita *Evangelio* nomen dedit, & id in utrumque principatum introduxit: huic fini *Goldbergensem* scholam non parum excoluit, stipendia quoque instituit studiosis, *Anabaptistis* vero & *Schvvenckfeldianis* mascule se opposuit. 1530. oppignoratas urbes *Pitschen* & *Creuzburg* redemit. Triennio quoque ab anno 1540. *Glogovianum* principatum oppignoratum obtinuit, *Ligniciam* autem ædificiis non parum excoluit. Cum prima uxor *Elisabetha Polonica* f. *Casimiri Regis* 1511. ducta, biennio post mortua esset sine liberis, ex altera *Sophia* f. *Friderici M. Brandeburgici*, in thorum adscita 1519. defuncta 1537. præter *Sophiam* Joanni Georgio Electori Brandeburgio 1545. nuptam, & sequenti in partu extinctam, filios duarum linearum FRIDERICUM III. *Lignicienſis* & GEORGIUM *Brigensis* conditores 1520. & 1524. natos reliquit. Ex illis *Fridericus*, eloquentia & linguarum cognitione clarus, cum debitis gravatus esset, & alias quoque regis *Ferdinandi* offensam incurrisset, 1551. in *Galliam* militatum profectus est, ducatus autem curatolæ fratris commissus *a*. Iterum reducem *Cæsarei Commissarii* *Fridericus 3.*

a Invidiæ ergo dolos edoctus & Ausonis iram
quæ fert auxilii fulmine tacta gravi. Spon-

Uratislaviæ ſtiterunt, filioque in arce Lignicia ad mortem usque, quæ ſecuta 1570. cuſtodiendum tradidere.[a] Hic, ex *Catharina* f. *Henrici Ducis Megapolitani* (quæ 1538. ducta, 1581. mortua eſt) natus 1539. HENRICUS, poſt patris diſceſſum à patruo educatus, 1559. gubernaculo ducatus à *Rege Ferdinando*, licet generoſo reſponſo in funeralibus *Caroli V.* in quibus enſem geſtavit, juſſus ceremoniis *Pontificiis* participare ſe excuſaſſet, admotus eſt, & poſtea in *bello Turcico* 1566. ſtrenue ſe geſſit. Poſtea vero etiam debitis gravatus, *Auſtriacorum* offenſam incurrit, & digreſſus deponitur 1576.[b] *Sequenti anno* cum *Pragam* veniſſet, inde ſub cuſtodia *Uratislaviam* miſſus eſt: ex qua elapſus *Anglis* adverſus *Hiſpanos*, & *Polonis* adverſus *Auſtrios* militavit, & *Cracoviæ* 1588. incautus, cum aliis miſta toxica bibit, mortuus è conjuge *Sophia* f. *Georgii M. Brandeburgici*, ducta 1560. quæ 1587. extincta eſt, tantum filias reliquit. E quibus *Sophia Dorothea* (al. *Catharina Sophia*) nata 1561. 1587. Friderico C. Palatino

Henricus.

Sponte tua patrio diſcedis ab orbe, gravique
conſilio ductor Gallica caſtra juvas.

a Lecto inſcripſit: Libero Lecto nihil jucundius.

b . cum forte redux expenſis obrutus eſſet,
in proprias armat ſubdita corda manus.
Principis excutiunt proceres mox frena jugumque,
multa ſuper Dominum ſæpe querendo ſuum.
Ergo brevi inſano exturbatus Marte, &c. *Schickfuſ.*

tino ſociata, 1508. obiit, *Anna Maria* & *Æmilia* 1563. & 1564. genitæ, virgines deceſſere 1620. & 1619. Cum frater *Henrici* eſſet FRIDERICUS IV. natus 1552. *clemens* dictus, ei ducatus à Cæſare commiſſus eſt, quem juſtitiæ diligenti cura adminiſtravit, debita autem ſub eo crevere; *Samoſcium* vero in Sileſiam irrumpentem ſuis ad arma vocatis à tranſitu Viadri prohibuit. In eo 1596. cum ex triplici conjugio *Sidoniæ Mariæ* f. *Wenceslai Adami D. Teſchinenſis*, ductæ & extinctæ 1587. *Dorotheæ* f. *Joannis D. Holſatiæ*, ductæ 1589. mortuæ 1593. *Annæ Mariæ Wirtenbergicæ filiæ Chriſtophori Ducis* in thorum aſcitæ 1594. quæ ad 1617. ſuperfuit, prolem non haberet, *Lignicia* linea defecit. Fuere autem Henrici & Friderici ſorores *Catharina*, quæ Friderico Caſimiro D. Teſchinenſi 1563. nupſit, & *Helena* conjux Sigismundi Curzbach B. de Militſch. Alterius lineæ (*Brigenſis*) autor GEORGIUS [a] fuerat: qui cogno- *Friderici.*

[a] Ejus ex Epitaphio elogium apud Reuſn.

Heros magnanimus, princeps re & nomine illuſtris, avitarum laudum æmulus, familiæ totius ſplendor, paternarum virtutum hæres: Sileſiæ ὀμμα & ocellus, beneficum patriæ ſidus, religionis orthodoxæ aſylum, eccleſiarum nutritor, ſcholarum auſpex, Rerumpubl. inſtaurator; afflictorum portus, ſupplicum opitulator: dominator pacificus, publicè privatimque de multis præclarè meritus: ditionis ſuæ cultor & amplificator auguſtus, erga vicinos officioſè amicus, cuſtos diſciplinæ vigilans; linguæ latinæ probè peritus, memoriæ vivax in conſiliis prudens,

cognomento *Pius*, *Lignicium* quoque rexit ducatum, curator nepotis Henrici, *Briegam* autem ſuam *Schola* & ædificiis exornavit, & 1566. in expeditione *Turcica* Cæſari operam navavit: de cætero ſingularis *Daniæ* & *Poloniæ* regum amicus. Morienti 1586. ex *Barbara Brandenburgica filia Joachimi II. Electoris*; ducta 1545. extincta 1595. ſuperfuere *Eliſabetha Magdalena* nata 1562. nupta 1585. Carolo D. Munſterbergio, & extincta 1631. ac filii JOHANNES GEORGIUS natus 1552. qui valetudinarius vitam non niſi ad 1592. produxit, *Annæ Mariæ Wirtenbergicæ Chriſtophoro Duce* natæ, quam 1582. duxerat, maritus, & JOACHIMUS FRIDERICUS, qui genitus 1550. ſtudiis tinctus, in aula Brandeburgica 7. annis vixit, & 1574. Electoris ad coronationem R. Poloniæ legatus fuit. In religionis negotio diſſidia publico edicto vetuit, & paulatim ad Reformatos deflexit. Idem *Olaviæ*, & poſt matrem *Briegæ* habitavit, tum *præpoſitus Magdeburgicus* atque in re militari *Sileſiæ generalis* fuit: Ad

Ioannes Georg.

Ioach. Fridericus.

prudens, in reſponſis cautus, in armis fortis, in imperiis æquus, in transactionibus felix, in reprehenſionibus ingenuus, in converſatione cum paribus comis & humanus, in pœnis clemens, ad ignoſcendum facilis, ad juvandum promptus, ad curandum ſolicitus, ad largiendum benignus, ad expediendum ſtrenuus, bonis denique omnibus multis nominibus unicè dilectus, annum agens vitæ ſuæ Climactera nobilem LXIII. nocte IIX. Maji præcedente, intra horam XI. & XII. rebus humanis placida morte eſt exemtus A.C.1586.

Ad eundem 1596. morte agnati *Friderici IV.* rediit *Lignicius* principatus, quem per capitaneum *Wenceslaum Zedlizium* administravit, & utrumque ducatum 1602. morte sua ad filios, *Anna Maria Anhaltina filia Joachimi Ernesti principis* (quæ ducta 1577. 1605. extincta est) matre natos (qui sorores habuere *Barbaram Agnetem* Johannis Ulrici B. Schaffgotschii conjugem & *Mariam Sophiam* quæ cælibem vitam duxit) GEORGIUM RUDOLFUM & JOHANNEM CHRISTIANUM transmisit. *Ille* natus 1595. in aula *Olsnensi* educatus, varia obivit per Germaniam, Italiam, Franciam, Belgium itinera, principatum *Lignicium*, qui ei obtigerat, administrante *Zedlizio*, capitaneo & tutore testamentario. Inde ipse 1613. regimen suscepit, & inter varias rerum vicissitudines, vicarius quoque *capitaneatus* utriusque *Silesiæ*, usque ad 1653. gessit, quo mortuus est, nulla ex *Sophia Elisabetha Anhaltina* f. *Joannis Georgii principis*, 1614. ducta, 1622. extincta, & *Elisabetha Magdalena* f. *Caroli D. Munsterbergici* quæ 1631. obiit, prole relicta. Literarum amans bibliothecam instructam comparavit, & botanica in deliciis habuit. Ipse autem cum *Augustanam Confessionem* sequeretur; *Reformatis* adhæsit frater *Johannes Christianus*, natus 1591. cui *Briega* paruit ab anno 1609. cum studiorum & peregrinationis gratia extra patriam prius egisset, tutore usus *Carolo D. Munsterbergio*

Georg. Rudolfus.

Ioannes Christianus.

bergio. Eum *Matthias Imperator capitaneum utriusq; Sileſiæ* dixit. Ejus vero regimen in tempora, ob turbas *Bohemicas* & quæ ſecuta ſunt bella, triſtiſſima incidit: quibus adhuc durantibus 1639. *Oſterodæ* in *Boruſſia* deceſſit. Ei ex *Dorothea Sibylla Brandenburgica filia Joannis Georgii Electoris*, 1620. ducta, 1625. extincta, ſuperfuere filiæ *Sibylla Margareta*, nata 1610. nupta Gerhardo Comiti Denhoffio, & *Sophia Magdalena*, nata 1624. Carolo Friderico ultimo D. Munſterbergio copulata, & filii nati 1611. GEORGIUS, 1616. LUDOVICUS, 1618. CHRISTIANUS. Qui poſt exacta ſtudia, & obita itinera per Germaniam, Galliam, Angliam, Belgium patri ſucceſſere, & ſingulari concordia 1653. principatus inter ſe partiti ſunt. Ille *Briegam* obtinuit, & *capitaneus utriusq; Sileſiæ* ab Imperatore conſtitutus eſt. Ex duabus uxoribus *Catharina Sophia Monſterbergica* f. *Caroli Ducis*, 1638. adſcita, & *Carola Eliſabetha Maria* f. *Ludovici Philippi C. Palatini*, quæ 1664. mortua, non niſi illa filiam *Dorotheam Eliſabetham* peperit, quæ *Henrico principi Naſſovio* nupta eſt. Ipſe *Georgius* vivis exceſſit anno 1664. LUDOVICUS *Lignicium* in diviſione ſortitus eſt, & 1663. morte ſua *Annam Sophiam Megapolitanam* f. *Joannis Alberti Ducis*, 1650. ductam, & biennio maritum mortuum ſecuturam, viduam reliquit. CHRISTIANUS cognomento *pius*, qui *Olaviam* nactus erat, fratribus

Georgius.

Ludovicus.

Chriſtianus.

fratribus duobus ſucceſſit, ſed ipſe etiam 1672. mortalitatem exuit. Relictis ex *Ludovica* f. *Joannis Caſimiri principis Anhaltini*, 1648. ducta, *Carola* nata 1652. Friderici D. Holſatiæ nunc uxore, & qui principum Piaſteorum ultimus fuit GEORGIO WILHELMO. Hic patris unicus ſucceſſor in Electorali Brandeburgica aula fere educatus eſt, & egregia indole egregiisque quæ imperantem ornarent virtutum ſpeciminibus omnium in ſe exſpectationem converterat. 1675. in aulam Cæſaream profectus & veniam ætatis & feudorum collationem obtinuit, & redux ſuorum principatuum ipſe regimen adiit. Aſt breve hoc gaudium, & eodem adhuc anno variolis oppreſſus 11. Novembris, epiſtola prius Auguſto Leopoldo propinquorum, principatuum, quos ei ut feudi ſupremo Domino relinqueret, ſubditorum, & horum cauſa inprimis religionis cura ſubmiſſe commendata, Piaſteorum domum, principum & regum titulis per tot ſecula excelſam, morte ingenti omnium ſubditorum luctu [a] clauſit. 1676. menſe Januar. exequiæ ejus celebratæ, & princi-

Georg. Wilhelmus.

[a] Memoriam ejus Elias Thomas Rector Uratislavienſis panegyrico, Muhlpfortius latino carmine, varii variis carminibus & epicediis exornarunt. Huc referre lubet, quæ alibi forte non excuſa, ex nobiliſſimis venis quæ profluxere duo epicedia.

I.

Flieſt naſſe Thränen/ flieſt auf Wangen und Papier/
Das letzte Königs-Blut Sarmatiens liegt hier:

Der

principatus in Cæsaris fidem adacti. Cæterum cum tribus illis principibus eodem patre *Joanne Christiano* & altera conjuge *Hedvige Sitschia*

Der Purpur/ der Jhm war von Ahnen angeerbt/
Hat seinen siechen Leib umbkleidet und gefärbt.
Fliest milde Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
Piastens letzter Zweig/der Edle Fürst liegt hier:
Der hohe Cedern-Baum versinckt mit Jhm ins Grab/
Der durch neunhundert Jahr dem Lande Schatten gab.
Fliest trübe Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
Deß grossen Käysers Lust/der kluge Fürst liegt hier:
Witz hub Jhn vor der Zeit auf seinen Fürsten-Thron;
Der Blitz deß Todes rückt Jhn vor der Zeit davon.
Fliest dicke Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
das Auge Schlesiens/ der theure Fürst liegt hier:
Der trübe Himmel weint/die Sonne birgt ihr Licht/
Weil dir/Erlauchtes Haupt/ die Lebens-Sonne bricht.
Fliest heisse Thränen/fliest auf Wangen und Papier/
der treuen Länder Schutz/ der wehrte Fürst liegt hier;
Der seinem Uhrahn solt an Jahren gleiche gehn/
Läst uns an Jahren jung betrübte Wäysen stehn.
Fliest bittre Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
der Unterthanen Schatz/ der liebste Fürst liegt hier/
Jhr Hertze neben Jhm: Es decket eine Grufft/
was sie geliebt/ geehrt/gewünschet und gehofft.
Fliest blutge Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
der Tugend Ebenbild/der fromme Fürst liegt hier:
Die Kirche Gottes weint/der hohe Richtstul klagt/
das gantze Land ersefftzt/erbebet/ächtzt und zagt.
Fliest herbe Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
der jungen Helden Preiß/der tapffre Fürst liegt hier:
Doch hat der Tod nur dem/was sterblich/obgesiegt/
die Seele wird bey Gott mit Ehr und Ruh vergnügt.
Fliest bange Thränen/ fliest auf Wangen und Papier/
der selge Fürst ruht wol: Wo aber bleiben wir?

HErr/

Sitschia impari conditione, post alios utriusque sexus (ex filiabus *Joanna Elisabetha* Czinconi Hovvoræ de Leipa nupsit) nati sunt AUGUSTUS & SIGISMUNDUS. Quorum *hic Baronis Lignicii* titulum gerens sine prole, licet maritus *Evæ Eleonoræ B. de Biberan* 1664. fatis concessit, *ille* dignitatem *Comitis Lignicii* nactus, & *Briegensis ducatus* sub fratre capitaneus, supersest. Solus ex Piasteo sanguine, nec alia causa à successione principatuum exclusus, (qua non indignas virtutes ostentat) quam quod parens, filiis è priori matrimonio pluribus extantibus, in feudorum susceptione horum rationem haberi non curasset.

Iii II.LI-

HErr/ nim dich unser an/ erhalt uns deine Hold/
dein reines Wort/ die Ruh' und unsern Leopold.

2.

Sonnet:

So hat/ Piastus/ dich deß finstren Grabes Nacht
Nunmehr gantz eingesenckt mit deinem letzten Sohne/
Da in neunhundert Jahr bald Fürsten-Hut bald Krone/
Dein tapffres Haupt geziert? Ach harte Schlusses-Macht!
Doch deine Baare gläntzt/ dein Untergang hat Pracht
durch hohes Fürsten-Lob/ das selbst vom Käyser-Throne
deß Grossen Leopolds/ zu wolverdientem Lohne
dein letzter Zweig empfing; der Wunderfrüchte bracht'/
Eh' Er kaum recht geblüth/ und zum Regenten-Stabe
in zartem Alter wuchs. O böser Blattern Gifft/
das Ihn verwelcken macht/ und uns ans Hertze trifft:
Die wir noch setzen diß auß Pflicht zu seinem Grabe:
Hier liegt Piastens Stamm mit dir/ du theurer Held/
Doch steht er durch dein Lob/ so lange Sonn' uñ Welt.

II. LINEA SVIDNICIO-MONSTERBERGICA. vide pag. 848.

Boleslaus. BOLESLAO seu BULCONI, alteri *Boleslai ſævi* filio 1278. in diviſione principatus *Svidnicius* obtigit, cui dein 1291. frater *Henricus Jaueram, Strigaviam, Franckenſteinium, Reichenbacum, Strelam* & alia, ut ſibi adverſus *Conradum Glogovienſem* præſto eſſet, adjecit; nec tamen ille auxilium promiſſum exhibuit: alia vero ratione de fratre bene meritus eſt, quod filiorum ipſius tutor relictus, *Glogovianos* coegerit, ut multa patri ademta redderent. *Briegam* & alia, in ſua etiam ditione, munivit. *Wenceslaum* autem *Regem Bohemiæ*, qui eum adoriri volebat, ut retrocederet, terruit, & 1301. extinctus eſt, primus in Sileſia *juris feudalis Germanici, & tributorum*, unde opes magnæ collectæ, autor. Præter filias *Catharinam* uxorem Ottonis D. Bavariæ, Regis Ungariæ [a], & *Conſtantiam*, conſortem Joannis D. Glogoviæ, filii ei ſuperfuere ex *Beatrice Brandenburgica* f. *Ottonis longi Marchionis, Henricus D. Jauerannus*, ſolus 1346. ſine prole ex *Agnete* f. *Wenceslai R. Bohemiæ* defunctus, BERNHARDUS & BOLESLAUS: ille *Svidniciæ*, hic *Monſterbergicæ* lineæ ſator. *Ille* ſtrenue ſe *Bohemis* oppoſuit, & cum reliqui 1327. juraſſent ipſis, ſolus *Polonis*

Svidnicenſes. Bernardus.

a An rectius *Iuta* uxor Stephani D. Bavariæ.

Polonis adhæsit. Qui patri 1347. morienti succeſſere, ex *Margareta Vladislai Loctici* sorore, præter *Beatam* Conradi II. D. Olsnensis conjugem, nati BOLESLAUS seu BOLCO atque HENRICUS (quorum huic ex hereditate patrui *Jauera* & *Furſtenberga* parebant) iisdem veſtigiis inſiſtentes, pari modo *Bohemiæ* obſequium detrectarunt: ac ille 1345. *Svidniciæ* à *Joanne Rege* obſeſſus [a], eum depulit, & *Landshutam* immiſſis fæni curribus, in quibus armati latebant, recuperavit. Eundem *Carolus IV.* emto *Franckenſteinio*, ut inde *Svidniciam* fatigaret, vexavit: donec *Boleslaus* ei neptem ex fratre 1345. defuncto, ex *Agnete* f. *Alberti D. Auſtriæ*, quæ 1356. obiit, ſuſceptam *Annam*, quam educaverat, 1348. uxorem daret; cumque eâ 1353. ducatuum ſucceſſionem pollicereture. Itaque extincto ſine prole *Boleslao* 1368. principatus eos *Carolus IV.* crevit: ut tamen Boleslai vidua *Agnes Leopoldi Auſtriæ Ducis filia*, ad mortem usque, qua 1392. rapta eſt, eorum poſſeſſionem retineret. Sub eo tanquam patre *Sileſia* refloreſcere cepit, & magis magisque *Germanico* mori aſſvefieri. In *Monſterbergica* linea BOLESLAUS, princeps jucundus & hilaris 1326. (al. 1322.) *Glacenſem* comitatum *Joanni R. Bohemiæ* vendidit: ac inde huic poteſtatis in *Sileſiam* principium. Inde vero eum

Boleslaus. Henricus.

Monſterbergici Boleslaus.

[a] Cum juraſſet, mænia ſua manu ſe tangere velle, portam tetigit.

Carolus Joannis filius, patris jussu adoritur, & *Franckensteinium* obsidet; at in eruptione Boleslaus multos nobiles capit: cum vero hos in convivio hilarior ab uxoribus exoratus dimisisset sine lytro, eâ magnanimitate delectatus *Carolus* ad vitæ dies ipsi comitatum *Glacensem* reddidit, sed ut *coronæ Bohemicæ* subderetur. Cum 1342. in hoc hymno, *tribularer, si nesciirem misericordias tuas, Domine, tu dixisti, nolo mortem peccatoris*, &c. obdormivisset, patri

Nicolaus. successit ex *Juta Sabaudica* NICOLAUS *parvus*, qui *Carolo IV.* quod premeretur debitis, 1347. *Frankensteinium* vendidit, & ex *Palæstina* redux in Ungaria moriens 1369. filium reliquit

Boleslaus. *Henricum* equitem Teutonicum & BOLESLAUM, & hic 1377. à morione occisus (quod alii patruo magno convenire putant) ex *Euphemia Ducissa Beutensi* & *Cosalensi*, præter

Ioannes *Euphemiam* uxorem Friderici C. Oetingensis [a], JOANNEM atque HENRICUM equitem commendatorem in *Livonia*. Tandem in illo, quem 1429. *Hussitæ, Frankensteinio* exusto, ad *Wilhelmsdorff* trucidarunt, linea defecit, & ducatus ad regnum *Bohemicum* est devolutus. Donec de eo 1463. *Fridericus III. Imp.* regis *Bohemiæ Georgii Podiebradii* filios investiret, in quorum

a Huic varii autores varios parentes assignant. Quos hic tribuo, ex authentica probatione antiqua Canonici alicujus Argentoratensis extraxi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [904] - 868
PUBLIC DOMAIN

quorum familia ad ſuperius usque ſæculum hæſit, demum venditus.

II. RAMUS GLOGOVIENSIS.

vide pag. 847.

CONRADUS ejus autor, cum in ſtudiis Lutetiæ profectus habuiſſet, initio ſacris & epiſcopatui *Bambergenſi* deſtinabatur, eam tamen poſtea conditionem recuſavit, & auxilio *Præmislai Poſnanienſis*, cujus ſororem *Salomen* 1255. duxerat, (ea dein 1271. deceſſit) atque *Thomæ* Epiſcopi *Vratislavienſis* interpoſitione, 1255. *Glogoviam*, *Croſnam*, *Saganum*, *Frauenſtatt* obtinuit. Utrumque fratrem cepit, *Boleslaum* etiam ſecunda vice, ſed accepto lytro dimiſit. Cum nepote *Henrico Lignicio*, ob alterius *Henrici Vratislavienſis* hereditatem, quam ex teſtamento ſibi vindicabat, bellum non multo ſucceſſu geſtum; eum vero poſtea ab aulico ſibi captivum adductum crudeli carcere excarnificavit, & *Olsnam* ac alia, quorum partem liberis reſtituit, extorſit. Sub eo autem principatus multum crevit, quamplurimis *Germanis*, à quibus plures nobiles familiæ, in eo ſedes figentibus. *Croſna* autem, ut dotem *Brigittæ Miſnicæ filiæ Theodorici Marchionis*, viduæ Conradi D. Sveviæ, ſecundæ conjugis reddere poſſet, vendita *Archiepiſcopo Magdeburgico*, verum ab *Henrico probo* redemta *Conradus.*

redemta. Demum 1298. cum ante 18. annos regimen filiis tradidisset, mortem obivit Conradus, princeps irarum tenax. Illi fuere ex *Salome* prima uxore (matre etiam *Annæ* Ludovico Severo C. Palatino nuptæ, quæ 1275. obiit) *Præmislaus D. Sprottæ & Sagani*, bello *Polonico* cum auxilio esset Henrico probo patrueli ante patrem 1290. ad *Cracoviam* cæsus, *Conradus* gibbosus [a] *D. Steinaviæ & Jauerœ*, qui Archiepiscopatui *Salisburgio* destinatus, quod patriam cerevisiam Salisburgi non reperiret, eum recusavit, ob hoc à fratre tanquam fatuus Glogoviæ custodiæ datus; ex qua cum eum *Steinavienses* liberassent, his multa concessit privilegia, & 1304. vita excessit, atque HENRICUS *Fidelis*. Hic 1281. ab Henrico probo sub amicitiæ prætextu captus, sed iterum dimissus est: dein præter paternam successionem, 1306. à *Posnanienſibus* adversus *Uladislaum Loëticum* vocatus, *Poloniæ* principatum sibi adseruit, inprimis faventibus usus *Episcopis*, qui Uladislai vitiis infensiores. Ob id Uladislaus Henrico inter mœnia se continente Glogovienſem principatum vastat, & demum *Episcopis* reconciliatus, nobilitate etiam, quæ Henrico minus addicta, qui à prædis puram provinciam servabat, & barbaram nobilitatis licentiam legibus melioribus abrogabat, annitente, æmulum *Polonia* exuit. Nec missus eodem exercitus aliquid

Præmislaus.

Conradus.

Henricus.

[a] Dictus Hertzog Röberlin.

quid efficere valuit. Unde mœrore hic extinctus, princeps alioqui pacis, justitiæ & disciplinæ observantissimus, 1309. relictis ex *Mechtilde Brunsvicensi* f. *Alberti Ducis*, & *Erici Daniæ Regis* vidua, quæ multa in principatu condidit, pia & benefica fœmina, cum qua multi iterum Germani nobiles in Silesiam venere & permansere, præter filias *Beatricem*, uxorem Ludovici Bavari Imperatoris, quæ obiit 1322. & *Salomen* conjugem Henrici Rutheni advocati Plaviæ, filiis, natu minimo PRIMISLAO, qui spe adipiscendi principatus *Polonici*, cujus se heredem dicebat, minis & promissis tentatus, *Bohemis* se nunquam submisit, & 1331. mortem obivit, JOANNE, tertiogenito, qui princeps *Steinavienſis*, quo nomine *Bohemiæ* accessit 1329. inde fratris successor, dimidium *Glogoviæ* regi *Joanni* vendidit, à quo *Casimiro Teschinensi* id commissum, (decessit Joannes 1360. ex *Constantia* f. *Boleslai D. Svidnicensis* pater *Agnetis* uxoris Ottonis Bavari R. Ungariæ; quæ obiit 1361.) &, à quibus novæ lineæ *Glogovienſis* & *Olsnenſis*, HENRICO atque CONRADO.

Premislaus.

Ioannes

I. LINEA SAGANO-GLOGOVIA.

HENRICUS, cum suam partem *Glogoviæ* nollet *Joanni Regi Bohemiæ* vendere, & ei alias reluctaretur 1332. expulsus est, sua tamen bona *Saganum*,

Henricus

Saganum, Crosnam & reliqua *Bohemis*, à quibus feudo teneret, submisit 1329. & mœrore 1334. vitam finivit, genito ex *Mechtilde Brandenburgica* f. *Hermanni Marchionis*, præter filias *Barbaram* f. *Elisabetham*, Ernesto D. Brunsvicensi in Gœtingen, *Hedvigem* Ludovico D. Lignicio, *Catharinam* [a] Joanni M. Brandeburgio, & dein Joanni C. Holsatiæ nuptas, HENRICO *ferreo*, viro magni animi & robusti corporis: qui Palæstinam religionis gratia invisit. Huic contra pacta *Casimirus Rex Poloniæ* repentina irruptione *Frauenstatt* extorsit, sed 1360. *Carolus IV.* cujus coronationi Romæ interfuit, & eques auratus creari meruit, dimidiam *Glogoviam* patri ereptam, quam hactenus armis frustra repetierat, restituit; Cæterum à nobilitate princeps ambitiosus male habitus est, & 1369. moriens præter filiam *Hedvigem*, Casimiro R. Poloniæ 1357. & post ejus mortem Ruperto D. Lignicio sociatam, successores reliquit ex *Catharina Austriaca Leopoldi Ducis filia*, quæ 1349. decessit, tres filios HENRICOS, ex quibus *senior* [b] 1388. alter cognomento *Rappoldus* [c], qui *Polonos*, à quibus *Fraustadium* recipere frustra conatus est, Glogoviam adortos cæcidit 1390. ἄτεκνοι mortui sunt: Tertius

Henricus ferreus.

Henricus sen.

Henricus Rapoldus.

[a] Hanc alii dant filiam Henrico ferreo.

[b] Aliqui ei dant uxorem Hedvigem f. Wenceslai D. Lignic. quod non probaverim.

[c] Huic dant filiam Salomen uxorem Wenceslai D. Steinavienſis.

Tertius *passer* dictus, initio *Sprottæ* & *Freystadii* dux, dein fratrum heres, 1395. reliquit ex *Catharina Oppolienſi* f. *Bernardi Ducis*, præter *Hedvigem* Bernardi principis Anhaltini conjugem, & *Wenceslaum* in juventute à machina bellica quam incautius tractabat rupta diſcerptus, HENRICUM *Rapoldum*, HENRICUM, (cognomento *patrem patriæ*) JOANNEM. Ex his *primus* ἄγαμος in aula Danici regis, inter quem & Duces Sleſvicenſes Imperatoris juſſu arbitrum pacis agebat, 1423. deceſſit. *Ille Glogoviam* & *Freiſtadium* tenuit, & ut erat ſapiens & quietis amans 1442. cum in *Sileſia* omnia tumultibus plena, ſolus quievit, atque adverſus *Huſſitas* graſſantes ſatis habuit, à ſuis vim arcere: Demum 1467. morte ſucceſſionem ad filios ex *Hedvige* f. *Wenceslai D. Lignicii*, præter *Annam* Joannis Roſenbergii uxorem & *Eliſabetham* virginem, ſuſceptos SIGISMUNDUM (cui annus 1458. emortualis) & HENRICUM transmiſit. Hic probus ſed ſimplicior & valetudinarius, pro *Matthia Rege Ungariæ* adverſus *Bohemos* & *Polonos* in Luſatiam copias duce *Caſparo Noſtizio* infeliciter miſit, cumque 1476. ἄπαις moreretur, *Barbaræ Brandenburgicæ* f. *Alberti Electoris*, quam 1474. duxerat, viduæ ducatum legavit: Unde motus; cum enim illa *Vladislao R. Bohemiæ* deſponderetur 1479. ducatus ipſi homagium præſtat, ſed ſponſus poſtea illam deſeruit. Ex

Henricus passer.

Henricus Rapoldus.

Henricus P.P.

Henricus.

alia parte *Joannes Saganenſis* ſucceſſionem poſtulabat, Rex quoque *Bohemiæ* feudum repetebat vacuum; *Brandenburgicus* ſorori aſſiſtebat. Tandem 1482. conventum, ut *Croſnam* cum aliis à ducatu avulſa loco dotis Barbaræ (quæ demum 1510. obiit) debitæ *hypothecario* nomine *Brandenburgici* obtinerent: cui titulo demum 1538. proprietas acceſſit, ex transactione Joachimi 2. cum Ferdinando Rege. Quo pacto Croſna, licet membrum manere corporis debuiſſet, omnino à Sileſia avulſa eſt, atque Cuſtrinenſi ditioni adjecta. Neque M. Brandeburgici etiam vocati ad conventus principum comparere aut omnia onera ſimul portare
Ioannes voluere. Alius *Henrici paſſeris* filius JOANNES ſupra indicatus, *Saganum* tenuit, ſed cum tyrannicè imperaſſet, & conjugem *Scholaſticam* f. *Erici D. Saxoniæ inferioris* crudelius habuiſſet, ejeciſſetq;, 1439. moriens ſucceſſionem transmiſit ad filios. (Præter eos filiæ fuere *Anna* Alberti C. Rupinenſis & *Margareta* [a] Volradi Com. Mansfeldii & Henrici D. Brunſvicenſis Grubenhagii conjuges.) In his *Rudolfus* 1462. prælio, quo *Caſimirus Polonus* à *Cruciferis Boruſſis* victus, cecidit, *Baltaſar* qui Caſimiro fortem operam adverſus Boruſſos navaverat, *Regiomonte* etiam capto, à fratre in carcerem Pribuſii conjectus & in illo ſqualore mortuus 1472. maritus Duciſſæ *Teſchinenſis* f. *Boleslai*, quæ

a Aliis hæc filia Henrici paſſeris.

quæ à leviro expulsa ad patrem perfugium habuit, *Wenceslaus*, vitæ Uratislaviæ privata acta 1488. extinctus, atque moribus perditis JOANNES gentis ultimus fuit. Hic initió *Regi Georgii* adversus *Matthiam*, inde post Georgii mortem hujus partes contra *Vladislaum* secutus est, *Polonosq;* hac causa vexavit, *Palatinorum* tamen ut eos suspectos redderet, bonis parcens. In ea expeditione viros & pagos incondit supra sexcentos, non cessaturus, nisi in Kifelio opido ardente præceps in ignem, superiori contignatione corruente, lapsus & ustulatus ægrèq; extractus esset 1474. Hæreditatem patruelis *Henrici Glogovienſis* 1476. sibi adsererе adversus Barbaram viduam illius & Albertum Electorem Brandeburgium conatus est, favore *Matthiæ R. Ungariæ*. Postquam res armis acta esset, demum 1482. concessus ei principatus, ea tamen conditione, ut filiæ non succederent. Ubi ergo vidit Joannes, *Matthiam* principatum filio *Ioanni Corvino* destinare, ordines cogere voluit, ut generis suis, qui tres germani fratres *Albertus*, *Georgius* & *Carolus* Duces *Monsterbergici*, ejus filias *Salomeam*, *Hedvigem* atque *Annam* 1488. duxerant (quarta *Margareta* Baroni Ungaro vel juxta alios Ungnadio nupsit, quinta *Barbara* Abbatissa fuit) homagium præstarent: senatores autem Glogovienses crudelissime fame extinxit. Unde offensus *Matthias* 1488. eum principatu ejicit, & sacra-

Ioannes

& ſacramentum à ſubditis accipit. Inde *Joannes Saganum* 55000. aureis Ungaricis [a] vendidit *Saxonibus Erneſto* ac *Alberto*, (unde usque ad 1549. quo inter Mauritium & Ferdinandum transactum eſt, principatus in Saxonum poteſtate fuit [b]) omnibusque exoſus ſe *Schvvibuſſam* recepit, hinc 1488. in *Poloniam*. Cum paſſim in variis aulis, comitante eum uxore *Catharina* ſ. *Salome agnata* ſ. *Wenceslai D. Steinavienſis*, quam ipſam etiam malo habuerat, oberraſſet, ſuis dilapidatis & ubique inviſus, *Wolaviæ* tandem à genero ſedem accepit, & *chymiæ* ſtudio otium fefellit, ſuperioris tamen vitæ ſeria pœnitentia tactus. Ibidem ſub principium ſuperioris ſeculi 1502. vel 1504. vita exceſſit, nullo ſuperſtite maſculo.

II. LINEA STEINAVIA-OLSNENSIS.

vide pag. 871.

Conradus. CONRADUS alius *Henrici fidelis* filius *Olsnam*, *VVolaviam* & à fratre *Joanne Steinaviam* ac *Jaueram* obtinuit. Eum *Boleslaus Lignicius*, patri ademta recuperaturus, 1320. bello adortus ita vexavit, ut exhauſto ærario etiam veſtes vendere cogeretur. Unde tandem Boleslaus ex miſeratione *VVolaviam* ei reliquit.

a Conf. pluribus Mich. Bojem. vit. Alb. anim. D. Sax. H. 4. a.

b Conf. ſupra p. 340.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [912] - 876
PUBLIC DOMAIN

quit. Sed brevi post princeps prodigus pecunia mutuo accepta *Olsnam* & alia, quæ pignori teneret, ei restituit. Conradus etiam 1327. cum aliis se *coronæ Bohemicæ* obsequio, negotiis, quæ *clericos*, *rusticos* & *Judæos* concernerent, exceptis, submisit, & regi Joanni fidelissimus, ejus nomine 1335. cum *Rege Polono Casimiro* pactus, ut juri in Silesiam suo cederet, nec minus 1345. bello strenue Polonos persecutus est. Filius ex *Elisabetha Vratislaviensi filia Ducis Henrici* relictus CONRADUS II. *Jagellonis* in convertendis *Lithuanis* suis 1386. comes, *Olsnam* suam à prædonibus, qui ob ignaviam *Wenceslai* impune grassabantur, occupatam amisit, & mortuus 1395. ex *Beata* f. *Bernardi D. Svidnicensis*, præter filiam *Euphemiam* s. *Offegam* Alberto III. Electori Saxoniæ, & demum Georgio seniori principi Anhaltino nuptam, quatuor reliquit filios, quibus omnibus CONRADI nomen. Ex his minimus natu *Episcopus Vratislaviensis* prodigus, fratrem captivum tenuit, & demum *Episcopatu*, qui ære alieno valde gravatus, se abdicavit, mortuusq; est 1447. tertus *niger* dictus, Dux de *Kant*, decessit 1452. *secundus* possedit *Steinaviam* & *Wolaviam*, atque moriens ex *Dorothea* f. *Joannis Mazoviæ Ducis*, reliquit *Agnetem* Casparis C. Schlickii conjugem [a] atque WENCESLAUM, cui ex *Salome*

Conradus 2.

Conradus 4.

[a] Alii hanç filiam dant Conrado 3.

Salome Czaſtalovizia [a] nata *Catharina* Joannis D. Saganenſis uxor, quæ & à marito male habita & ejus ærumnarum ſocia fuit. Vita exceſſit *Wenceslaus* 1474. *Primus* vero dictus CONRADUS III. & *albus* vel *ſenior* à *Polonis* 1410. in *Boruſſico* bello captus eſt: 1431. *Huſſitis* reſtitit, ſed *Nimtſchium* fruſtra obſedit. Inde 1442. *Polonorum*, qui Sileſiam vaſtabant, tum 1443. *Prædonum* partes ſecutus 1444. à fratre Epiſcopo captus, cumque cautione interpoſita dimiſſus antiquos mores repeteret, ope ſtatuum Sileſiæ, cum conjuge à filio CONRADO *albo juniore* iterum captus, & ad ejurandum principatum coactus, ac tandem 1451. privatus Uratislaviæ mortuus eſt. *Conradus albus junior* patris, & dein *Conradi nigri junioris* fratris ſui, qui *Koſal* tenuerat, 1465. ſucceſſor, cum hujus vidua *Georgii Regis Bohemiæ* partes adverſus *Matthiam R. Ungariæ* ſecutus, & tandem ſibi timens, principatum *Saxonibus* emendum 1475. obtulit [b]: *Matthias* vero ne Sileſia ad exteros veniret pretio repræſentato in fidem ſubditos, relicta ad dies vitæ principi adminiſtratione, ſuſcepit. Nihilominus duces illius Conradum poſtea expulere, eo colore, quod *Johanni Saganenſi* adſtitiſſet. Ultimo receptam à rege *Uladislao Olsnam* rexit ad annum

Conradus 3.

Conradus alb.

Conradus niger.

a Aliqui & uxorem dant Salomen f. Henrici Rapoldi, vel Wenceslai aut Wilhelmi D. Oppavienſis.

b Conf. Mich. Bojem. vit. Alb. anim. D. Sax. H. 4. b.

annum 1492. quo morte ſua lineam clauſit, nullis ex *Margareta* f. *Ziemoviti Mazovii* liberis relictis. *Olsnenſis* autem principatus ab *Vladislao rege* permutationis pro *Podiebrado* jure *Henrico D. Monſterbergenſi*, conceſſus, & ab hujus atnepte, noſtra memoria domui *Wirtenbergicæ* illatus eſt. vid. p. 600.

II. SILESIÆ SUPERIORIS DUCES.

vide pag. 802.

Horum ſator MICISLAUS fuit, eique 1164. *ſuperior Sileſia* attributa, iterumque 1179. ne bellum *Boleslao fratri* ob alterius fratris *Conradi* hereditatem inferret, à *Caſimiro principe Poloniæ* additus eſt principatus *Auſchwviz*. Idem *Jaroslaum* nepotem patri rebellem, 1192. *Caſimirum Polonum* adverſus Boruſſos, ac 1194. *Micislaum ſeniorẽ* contra *Leſcum album* auxilio juvit, & ſenex 1211. morte ſua principatus filio ex *Ludimilla* CASIMIRO, hic iterum ex *Viola* f. *Wenceslaa* filiis ULADISLAO & MISLAO II. (qui Dux tertii agminis ſolus in prælio adverſus *Tataros* ad *Lignicium* fuga evaſit, ac 1251. f. 1246. ἄπαις deceſſit, maritus *Juditha* f. *Conradi D. Mazoviæ*) transmiſit. Uladislao *Cracovienſis* Epiſcopus in abſentia *Boleslai pudici* obtulit principatum *Poloniæ*, ſed hic reverſus ejus ditiones propterea vaſtat. Idem quoq; 1260. *Ottocaro Regi Bohemiæ* adverſus *Belam Regem Ungariæ*

Micislaus.

Caſimirus. Vladislaus. Mislaus.

Ungariæ ſervivit, & 1272. extinctus ex *Euphemia* f. *Premislai D. Poſnaniæ* una cum filia *Eſthera* uxore Henrici VII. Imperatoris, 5. dicitur filios habuiſſe, MICISLAUM *D. Teſchinenſem*, qui filiam ſolum *Violàm* uxorem Wenceslai R. Bohemiæ & dein Petri Bar. Roſenbergii[a], reliquit, JACOBUM (cui alii *Ducatum Troppavienſem* ſeu *Oppavienſem*, & *Ratiborium* aſſignant, & illorum principum conditorem faciunt; alii vero ducatum *Oppavienſem* à *Wenceslao R. Bohemiæ* jam poſt mortem *Mislai II.* 1246. notho ſuo *Nicolao*, iterumque ab *Ottocaro rege* ſuo quoque notho *Nicolao* conceſſum referunt, & ex hoc duces tum *Oppavienſes*, qui in *Joanne* 1480. extincti, & ducatus à rege fratri Sigismundo donatus, tum *Ratiborienſes*, qui 1516. in *Valentino gibboſo* defecere, atque *Jegerndorfios*, à quibus hic principatus ad familiam *Schellenbergiam* delapſus, derivant) PRÆMISLAUM (qui ducatum *Ratiborium* ad filium *Leſcum* transmiſit, poſt cujus mortem 1340. ſoror *Anna* eum marito *Nicolao D. Oppavienſi* exnothis *Bohemis* attulit, ſoror altera *Euphemia*, ab aliquibus datur uxor Præmislao Ratiborio, ſed Abbatiſſam fuiſſe rectius aſſeritur) CASIMIRUM II. & BOLESLAUM, à quibus jam duæ deducendæ lineæ *Teſchinenſis* & *Oppolienſis*.

Micislaus.

Iacobus

Præmislaus.

I. RAMUS

a Alii eam filiam dant Caſimiro II.

I. RAMUS TESCHINENSIS.

CASIMIRUS II. auctor gentis, se 1288. regi *Bohemiæ Wenceslao* submisit, & sequenti anno extinctus, reliquit ex *Beatrice* f. *Ottonis M. Brandenburgici* filios JOANNEM, CASIMIRUM III. VLADISLAUM, SEMOVITUM: ex quibus *hic* ἄγαμος defecit, *iste* princeps *Coslæ*, sua 1227. *Joanni* regi *Bohemiæ* subdidit, ut feudo ab eo teneret, & 1356. naturæ debitum solvit, ex *Beatrice* pater *Boleslai* ἄπαιδος & *Elisabethæ*. Priores duo novos surculos emisere: *Joannes* 1327. etiam *Bohemorum* subiit imperium, & *Auschwviz* seu *Osvvencin* in Polonia tenuit. Eo nati *Anna* uxor *Boleslai Falckenbergici*, & CONRADUS, pater CASIMIRI, qui 1427. mortuus, ex *Hedvige* f. *Ludovici Ducis Briegensis* habuit *Annam*, Præmislai Ducis Teschinii conjugem, *Wenceslaum* qui Rubnicii habitans 1465. decessit, *Præmislaum* cui Tostæ sedes 1483. atque JOANNEM, quo natus ultimus Dux JOANNES, cujus à Polonis 1513. cæsi morte linea mascula defecit, nullis ex *Barbara* f. *Nicolai D. Carnovii* seu Jegerndorfii liberis susceptis[a]. *Casimiri III.* posteritas diutius duravit. Hic non minus ac alii 1327. principatum à *Johanne Rege Bohemiæ* in feudum hereditarium, & ab eodem

Casimirus.

Linea Auschvvizia.

Ioannes

Conradus.

Casimirus.

Ioannes

Ioannes

Linea Teschinensis.

Casimirus 3.

a Aliqui filiam dant uxorem Georgio B. Schellenberg: qui tamen potius ejus viduam Barbaram secundis nuptiis sibi copulavit.

Glogoviæ partem, quam rex emerat, 1331. accepit, ut ita forti propugnatore adversus *Polonos* ille limes muniretur. Ex filiis ejus (præter quos etiam *Annam* genuit, Ludovici D. Lignicii conjugem, 1346. ductam, quæ demum 43. ætatis anno gravida facta est) SEMOVITUS *Glogoviam*, PRIMISLAUS *Teschinensem* principatum tenuit, inde fratris 1383. defuncti heres, & postea quoque *Falcoburgico* ex dono *Wenceslai Imp.* ob merita auctus. Idem principatum *Beutensem* 1363. & alia quoque acquisivit, & cum prius regimen tradidisset filiis, 1407. vita excessit. Ex his PRIMISLAUS, qui *Glogoviam* tenuerat, & ab Imperatore *Wenceslao* *Steinaviam*, *Jaueram* & *Freistadium* 1404. acceperat, sine prole 1421. mortuus est, sed frater BOLESLAUS, *VVenceslao* itidem charus, tum *Sigismundi* adjutor 1417. adversus *Borussos* fuit. Huic 1433. morienti superfuere ex *Sophia* f. *Ouka* f. *Olgirdi D. Lithuaniæ*, filiæ, *Veronica* uxor Friderici Com. Ciliæ, quæ 1454. obiit, & *Magdalena* conthoralis Joannis III. D. Ratiborii, atque filii WENCESLAUS (qui Teschenam, Beuteniam & Tarnovitiam sortitus erat; idem *Severiensem* ditionem Sbigneo Cracovienſi Cardinali vendidit, unde à Duce Opolienſi 1444. bellum adversus Polonos motum: Mortuus est 1463. pater ex *Euphemia* f. *Ziemoviti D. Mazoviæ*, ducta 1426. *Primislai* Canonici, qui 1472. vel 1477. decessit,

Semovitus.

Primislaus.

Boleslaus.

Wenceslaus.

cessit, & WENCESLAI II. qui ob matrem successionem *Mazoviam* sibi frustra asserere conatus est) ULADISLAUS (qui Glogoviæ & Jaueræ Dominus, 1442. *Vratislavienses* impugnavit, cumque reconciliatus per Episcopum, iterum eos nomine *R. Georgii* adoriretur, vulneratus, ex vulnere post quartum annum obiit 1463. nulla ex *Margareta* f. *Hermanni C. Ciliæ*, quæ à Joanne Saganensi pulsa 1480. Jaueræ decessit, prole relicta.) PRIMISLAUS (qui captus & à Matthia rege liberatus, cum hic sumtus reddi aut principatum cedi postulasset, herede scripto Casimiro 1477. excessit, tantum filiæ *Hedvigis*, quæ Stephano C. Scepusio gubernatori Ungariæ nupsit, & Joannem genuit, qui dein contra Ferdinandum Ungariæ regnum sibi vindicare molitus est, pater) quique his major erat BOLESLAUS. Ab hoc stirps producta, nam 1460. mortuus ex *Anna Mazovia filia Ducis Ziemoviti* reliquit *Sophiam* uxorem Victorini D. Monsterbergii,[a] *Joannam* s. *Annam*, *Barbaram* & CASIMIRUM IV. qui patris & patrui Primislai heres, 1479. partem dimidiam *Glogoviæ* suam regi *Bohemiæ Uladislao* pro ducatu *Coslæ* s. *Kosaliæ* & 2000. aureis cessit; viduæ autem patrui *Uladislai Margaretæ Ciliæ* adversus senatum *Glogovium* fideliter

Vladislaus. *Primislaus.* *Boleslaus.* *Casimirus 4.*

a Vix cum veritate hoc convenire videtur, quod tamen in Genealogis legere est. Mallem ego ex temporis ratione eam dare filiam Boleslao I.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [919] - 883
PUBLIC DOMAIN

adſtitit, huncque caſtigavit 1458. Receptacula latronum 1491. expugnavit. Deceſſit 1528. *utriusq; Sileſiæ Capitaneus*, & cum ex *Joanna Monſterbergica* f. *Victorini Ducis* (quæ 1496. deceſſit) ſuſcepiſſet WENCESLAUM, atque FRIDERICUM (Epiſcopatui *Vratislavienſi* deſtinatum) utrumque, hunc Bononiæ ſtudiis incumbentem 1501. illum 1524. turbato ordine ſepelivit, ex illo tamen & *Anna Brandenburgica* f. *Friderici Marchionis*, ducta 1518. ſuperſtite WENCESLAO ADAMO poſthumo. Hic *Auſtriacis* fidiſſimus, ſimili modo ex priori conjuge *Maria Bernſteinia* ſuſceptum *Fridericum Caſimirum* anteſe 1571. unica filiola *Catharina*, quæ 1581. obiit, ex *Catharina* f. *Friderici D. Lignicii* relicta extinctum vidit: unde ſolus ex *Sidonia Catharina* f. *Franciſci D. Saxoniæ inferioris*, 1567. ducta, præter *Sidoniam Mariam* Friderico D. Lignicio nuptam 1587. & eodem adhuc extinctam, ſuſceptus 1574. filius ADAMUS WENCESLAUS, patri 1579. ſucceſſit. Hic in aula *Chriſtiani I. Electoris Saxoniæ*, quo 1583. miſſus, educatus, poſtea 1610. in bello *Turcico* mille equitum & totidem peditum Dux ſe ſtrenue geſſit, & 1617. *ſupremus Capitaneus Sileſiæ* conſtitutus, atque *ſequenti anno* mortuus eſt, cum ad *Romanenſium* ſacra tranſiſſet, in quibus etiam, qui ei ex *Eliſabetha Curlandica* f. *Gothardi Ducis*, 1595. ducta, natus eſt, FRIDERICUS WILHELMUS prius in Evan-

Wenceslaus 3.

Wenceslaus Adam.

Adam. Wenceslaus.

Frider. Wilhelmus.

in Evangelica religione educatus, ut à Jesuitis instrueretur, Monachium missus est. Hic nostra memoria morte sua totam *Micislai* lineam terminavit. Soror ejus *Elisabetha Lucretia* Gundaccaro principi Lichtensteinio nupsit.

II. RAMUS OPPOLIENSIS.

vide pag. 881.

BOLESLAUS *Oppoliam* nactus, cum *Henrico probo* adversus *Vladislaum Locticum* profectus, sed 1290. ad *Cracoviam* cruento prælio victus, & 1313. mortuus est; Ejus filii BOLESLAUS II. *Oppoliam*, BOLESLAUS III. *Falcoburgum* (cujus liberi ex *Anna Teschinensi Auschvicensi* agnata susceptí *Henricus* & *Bernhardus* ἄπαιδες decessere, hic 1396. ille 1388. pater verò 1341.) ALBERTUS *Strelizam* tenuit. Ex his primus qui 1327. Joanni Regi se submisit, ex *Elisabetha* f. *Caroli Roberti R. Ungariæ*, ULADISLAUM genuit (qui à *Ludovico Rege Ungariæ* & *Poloniæ* hujus regni *gubernator* & *Palatinus* constitutus Vieluno, aliisque multis terris donatus, bis etiam regno Poloniæ destinatus, sed inde à *Jagellone* pulsus est: Eam tamen non parum infestando vexavit, & 1394. rebus humanis exemtus est: ejus etiam filii *VVenceslaus* & *Præmislaus*, quorum soror *Hedvigis* Alexandro D. Lithuaniæ nupsit, *Ravensis* & *Plocensis*

Boleslaus.

Boleslaus 3.

Boleslaus 3.

Vladislaus.

ducatuum, quos à matre *Agatha* f. *Ziemoviti Ducis Mazoviæ* ſibi vindicabant, hereditate excluſi ſunt) & BOLESLAUM IV. Hoc & *Euphemia* f. *Henrici Ducis Vratiſlavienſis* goniti BERNHARDUS Dux *Falcoburgius* (qui 1455. ex *Hedvige* f. *Spiticonis Melſtinii Dn. Oleſni* filias tantum reliquit, quarum *Catharina* Henrico paſſeri D. Glogovię, *Anna* Primislao D. Oppavienſi nupſere) JOANNES Epiſcopus *Caminenſis* & *Vladislavienſis*, atque BOLESLAUS V. qui *Huſſitis* favit, & ob hoc à *Nicolao D. Ratiborio* 1433. victus eſt. Hujus filii, quos præter filiam *Eliſabetham* Leopoldi Landgravii Leuchtenbergii uxorem ex *Margareta Goritia* ſuſceptos morte ſua 1437. reliquit, BOLESLAUS VI.[a] *mirabilis*, cum *Polonis* bellum habuit, multaque illis mercatorum ſpoliatione & excurſionibus 1444. & 1452. intulit damna, tum etiam *Georgio Regi* adverſus *Vratislavienſes* adſtitit; & 1465. deceſſit: JOANNES, *Caſimiri* contra *Albertum II.* ſtudioſus, & ob hoc à R. Matthia punitus fuit, porrò uxorem cum haberet *Barbaram* f. *Friderici I. Electoris Brandenburgici*, non niſi filiam genuit *Margaretam Ludovici D. Lubenſis* uxorem (Niſi ea ipſius ſoror fuit) HENRICUS ἄτεκνος obiit, & NICOLAUS, cum duas uxores habuiſſet *Magdalenam Ligniciam* f. *Ludovici Ducis*, & *Eliſabe-*

Boleslaus 4. Bernardus.

Boleslaus 5.

Boleslaus 6.

Ioannes

Nicolaus.

a Hunc cum patre confundit Reuſnerus, qui in aliis etiam genealogiæ hujus gradibus deficit.

Elisabetham Brandenburgicam f. *Friderici Electoris*, extinctus 1463. ultimos familiæ reliquit NICOLAUM, JOANNEM, HENRICUM. Ex quibus primus non satis compos mentis, jam prius à Matthia Rege, quod adversus Silesiam cum Polonis conspirare diceretur, punitus, cum *Casimirum Teschinensem capitaneum Silesiæ* & Episcopum *Vratislaviensem* in dieta principum *Neissæ* habita, literas ab illis legi conspicatus, in quibus se iterum rebatur accusari, ex suspicione cum pugione adortus esset, 1497. è templo quo confugerat extractus, à scabinis urbicis condemnatus, & capite truncatus est. Ita qui solus superstes fuerat, *Henrico* etiam 1494. præmortuo, *Joannes* moderati animi princeps 1532. familiam, successore ducatus *Ferdinando Imperatore*, qui eum Georgio Marchioni Brandeburgio oppignoravit, clausit.

Nicolaus.
Ioannes
Henricus.

SCIA-

SCIAGRAPHIA FAMILIÆ PIASTEÆ REGUM ATQUE Ducum Poloniæ, nec non utriusque Sileſiæ, præcipuos maſculos & annos emortuales notans.

Boleslaus Crivouſtus Princeps Poloniæ.

Vladislaus D. Sileſiæ. | *Boleslaus Criſp. pr. Polon. 1173.* | *Micislaus Magnus pr. Polon. 1202.* | *Henr. Sendom. 1167.* | *D. Caſim. pr. Pol. 1194*

A

Leſcus albus 1185. | *Otto nog.* 1202. | *Vladisl. Laſco- pr. Pol. 1231.* | *Leſcus alb. pr. Pol. 1227.* | *Conrad. D. Mazovia 1247.*

Vladislaus Sputat. pr. Polon. 1239. | *Boleslaus pudicus pr. Polon. 1279.*

Premisl. pr. Pol. 1257. | *Boleslaus pius D. Calis. 1279.* | *Caſim. D. Lencicienſ. 1268.* | *Boleslaus Micislaus 1247.* | *Ziemovit. D. Mazovia 1262.*

Premislaus R. Polon. 1296.

Leſcus niger princ Pol. 1289. | *Ziemovitus D. Locticus Lencicia R. Pol. 1287.* | *Vladisl. D. Do- brin. 1333.* | *Boleslaus Caſimir. D. Gnievv 1294.* | *Caſimir. D. Magn. 1333.* | *Boleslaus Caſi- mir. D. Pol. Ex Bid- gost. 1370.* | *Conradus D. Cirna 1294.* | *Ziemovitus D. Caſi- mir. D. Mazov. 1381.* | *Vitus. Troiden. Wen- ceslaus D. Ploc. 1330.*

Leſcus D. Vlamir. D. Dislaus pr. Polon. | *Caſi- mis- Gnievv* | *Pra- mir. laus Pol. Ex* | *Vla- dis- kovia. Dux Vitus D. Caſi- mir. D. lesl. 1354.* | *Bo- leslaus D. Ploc. 1353. D. Halic. 1340.*

Vladisl. albus pr. Polon. | *Ianus D. Warſov. 1428* | *Ziemovit. D. Ploc. 1426.* | *Henricus*

Boleslaus D. Warzov. Elect. R. Pol. 1462. | *Caſim. D. Belz. 1446.* | *Alexander Cardinal.* | *Ziemovitus D. Rava 1426.* | *Vladislaus D. Ploc. 1455.*

Ianus D. Warſ. 1495. | *Conradus D. Warſ. 1503.* | *Boleslaus Caſim. Ep. Ploc.* | *Ziemovitus & Vladislaus Duces Rava ultimi 1462.*

Ioannes & Stanislaus D. Cirn. 1526. Mazovia linea ultimi.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [924] - 888
PUBLIC DOMAIN

A *Vladislaus D. Silesiæ utriusque* 1159.

Unter-Schlesien. | Ober-Schlesien.

Boleslaus albus 1201. *Conradus D. Glogov.* 1178. *Micislaus* 1211. C

Iaroslaus Episc. Vratislav. 1201. *Henricus Barbatus* 1238.

Boleslaus. *Henricus pius* 1241. *Conradus Crispus* 1213.

Breßlau. Lignitz. | Glogau.

Henricus fidelis 1266. *Boleslaus Calvus* 1278. *Conradus* 1298. *Vladislaus Archiep. Salisburg.* 1290.

Henricus probus 1290. B *Præmislaus* 1290. *Henricus fidelis* 1309. *Conradus archiep. Salisb.* 1304.

Sagan und Glogau. | Oels.

Henricus 4. 1334. *Ioannes* 1360. *Præmislaus* 1332. *Conradus* 1360.

Henricus 5. *ferreus* 1369. *Conradus* 2. 1395.

Henricus 6. 1388. *Henricus* 7. 1398. *Henr. passer* 8. 1395. *Conradus* 3. *Conradus* 4. *Conradus* 5. *Conradus* 6.

Ioannes in Sa- *Henricus* 9. in Glogau 1423. *Wences-laus* in Crossen. 1467. *Henric.* 10 in Glogau 1451. in Oels in Wo- *laus* & Kant 1452. 1447. in *Ep. Vratislav.*

gan 1439. Stei- nau

Wen-ces-laus 1454. *Sigis-mun-dus D. Saga-nensium* 1458. *Rudol-fus ultim.* 1502. 1472. *Hen-ric. II. Dux Glogov.* vel 1504. *Ioannes Bal-thas. Dux Oelsn.* 1476. *alb. niger Con-radus ultim. Dux Oelsnen-sis ultim.* *Con-radus* 1431. 1465. 1474. *Wen-celaus* 1488.

B *Boleslaus Calvus D. Lignicii* 1278.

Lignitz. | Schweidnitz.

Bernardus Celer. 1280. | *Henricus Obesus* 1296. | *Boleslaus* s. *Bulco* 1301.

Vladislaus in Lignitz 1331. | *Boleslaus* in Brieg 1342. | *Henricus* in Breßlau 1337. | *Bernardus* in Schweidnitz 1327. | *Henricus* in Jauer 1346. | *Boleslaus* s. *Bulco* in Münsterb. 1342.

Brieg. | Lignitz.

Ludovicus 1396. | *Wenceslaus prodigus* 1364. | *Bolesl. ult.* in Schweidnitz 1368. | *Henricus* in Jaur. 1345. | *Nicolaus parvus.*

Wenceslaus Stigmatias. | *Henricus Ruper-tus* 1390. | *Henricus Ep. Vladislav.* 1398. | *Wenceslaus Ep. Vratislav.* 1417. | *Boleslaus* 1377.

Henricus in Lüben. | *Ludovicus* in Lignitz 1436. | *Ioannes ult. Henricus D. Munsterberg.* 1429.

Ludovicus in Lübē 1431. | *Ruper-tus.* | *Ludovicus.*

Henricus. | *Ioannes* 1453.

Fridericus in Lignitz & Brieg 1488.

Ioannes 1495. | *Fridericus* 2. in Lignitz 1547. | *Georgius* in Brieg 1521.

Lignitz. | Brieg.

Fridericus 3. 1570. | *Georgius pius* 1586.

Henricus 1588. | *Fridericus* 4. 1596. | *Ioach. Fridericus* in Brieg 1602. | *Ioannes Georgius* in Olau.

Ioan. Christianus in Brieg 1639. | *Georg. Rudolfus* in Lignitz 1653.

Georgius 1664. | *Ludovicus* 1663. | *Christianus* 1672. | *Augustus C. Lignicii.* | *Sigismundus B. Lignicii.*

Georgius Wilhelm. ultimus omnium Ducum Piasteorum 1675.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [926] - 890
PUBLIC DOMAIN

C *Micislaus* ſ. *Mieslaus D. ſuperioris Sileſiæ* 1121.

Caſimirus 1234. ſ. 1229.

Micislaus 2. 1251. ſ. 1246. Teſchen. — *Vladislaus* 1272. Oppeln. Ratibor.

Mislaus 3. Auſchwitz. — *Caſimirus* 2. 1289. — *Iacobus* in Troppau. Teſchen. — *Boleslaus* 1313. — *Primislaus.* *Lescus D. Ratibor* 1340.

Ioannes. — *Semovitus.* — *Conradus.* — *Caſimir.* 1427. — *Semovitus* 1383. — *Caſimirus* 3. — *Vladislaus* 1356. — *Primisl.* 1407. — *Vladislaus* 1394. — *Boleslaus* 2. in Oppeln. — *Albertus* in Strelitz. — *Bolesl.* 3. in Falckenb — *Boles-laus* 4. — *Henr-ricus* 1388. — *Bernardus* 1396.

Wen-cesl. 1465. — *Pri-misl.* — *Ioannes* ult. linea. — *Pri-misl.* — *Wen-cesl.* — *Vla-dislaus* — *Boles-laus* 1. 1421. 1433. — *Ioannes* Ep. Ca-min. 1437. — *Boleslaus* 1465. — *Nicolaus* 1463. — *Ioannes* 1513. — *Wencesl.* — *Caſimir.* 1528. — *Fridericus* 1501. — *Wenceslaus* 3. 1524. — *Wenceslaus* — *Adamus* 1579.

Nicol. — *Henric.* — *Ioannes* 1465. — 1494. *ult. ducum Opolienſ.* 1532.

Fridericus 1571. — *Caſimirus* — *Adamus* 1617. — *Wenceslaus*

Fridericus Wilhelmus ultim. dux Teſchinenſium, & omnium ſuperioris Sileſiæ Ducum.

SYLLA-

SYLLABUS FAMILIARUM, CUM ſerie linearum & perſonarum potiorum, de quibus in hac ſylloge agitur.

Familia *Auſtriaca*, in qua Imperatores, Reges Hiſpaniæ, Ungariæ & Bohemiæ, Duces & Archiduces Auſtriæ, Comites Habſpurgi. pag. 1.

Origo. Tentata è Francis pag. 1. ex Aniciis Perleonibus. 2
Oſtenſa ex Alſatis. 3
Periodus Alſatica. Ethico ſ. Atticus 4. Etho ſ. Hetto 5.
Albericus. Eberhardus. Eberhardus junior. Hugo. Guntramus *Habſpurgica periodi* caput 6. Lancelinus. Rapato. Wernerus. Otto. Wernerus 2. Wernerus 3. Albertus dives. Rudolfus. 7. Albertus ſapiens. Rudolfus Imperator 8. ſeq.
Rudolfus Dux Sveviæ. 13
Periodus Auſtriaca. Albertus I. Imperator. 14
Fridericus pulcher Imperator. 17
Rudolfus Rex Bohem. Leopoldus glorioſus. 19
Otto. Henricus. Albertus ſapiens. 21
Rudolfus ingenioſus. Fridericus ſplendidus. *Linea Auſtriaca.* Albertus cum trica. 23
Albertus patiens. 24
Albertus II. Imperator. 25
Ladislaus Rex Ungariæ & Bohemiæ. 26
Tirolenſis linea. Leopoldus. 28

Wilhel-

Wilhelmus ambitioſus. Leopoldus Craſſus. *Tirolenſis linea.* Fridericus. 29
Sigismundus ſimplex. 31
Styria linea. Erneſtus ferreus. 32
Albertus mitis. Fridericus III. Imp. 33
Maximilianus I. Imperator. 37
Margareta. Philippus Rex Hiſpaniæ. 42. Ejus filiæ. 44
Ramus Burgundo Hiſpanus. Carolus V. 45
Margareta Parmenſis. 54
Joannes Auſtrius 55
Philippus II. Rex Hiſpan. 56
Carolus infans Hiſpaniæ. 61
Iſabella princeps Belgii. 62
Catharina Sabauda. Philippus III. Rex Hiſp. 63
Anna Maria Regina Franciæ. Maria Anna Auguſta. Carolus inf. Ferdinandus Cardin. 65
Philippus IV. R. Hiſpan. 66
Maria Thereſia R. Franciæ. Margareta Thereſia Auguſta. Carolus II. R. Hiſpan. 68.
Joannes Auſtriacus. 69
Ramus Auſtriaco Germanicus. Ferdinandus I. Imperator. 70
Filiæ ejus plures. 73. 74
Linea Bohemica. Maximilianus II. Imp. 75
Anna Reg. Hiſpan. 78. Eliſabetha R. Franciæ. Erneſtus. 79
Maximilianus Electus Rex Polon. 80
Albertus Cardinalis. 81
Wenceslaus. 82
Rudolfus II. Imperator. 83
Matthias Imperator. 86
Linea Tirolenſis ſ. Oenipontana. Ferdinandus. 88
Carolus Marchio Burgoviæ. Andreas Cardin. 89
Linea Styria ſ. Græcia. Carolus. 90
Ejus filiæ plures. 91
Maximilianus Erneſtus. Carolus. 92
Linea Viennenſis. Ferdinandus I I. Imperator. 93
Filiæ. 98
Leopoldus Wilhelmus. Ferdinandus III. Imperator. 99

Ferdinan-

Ferdinandus R. Rom. Maria Anna R. Hiſp. Carolus Joſephus. Eleonora Maria Joſepha Regina Polon. Maria Anna Joſepha. 101
LEOPOLDUS Imp. 102
Ænipontana linea. Leopoldus. 104
Filiæ. Ferdinandus Carolus. Sigismundus Franciſcus. 105
Sciagraphia. 106.

Familia *Oldenburgo-Danica*, in qua reges Daniæ & Norvegiæ, duces Sleſvici & Holſatiæ, Comites Oldenburgii & Delmenhorſtani. p. 108

Origo. 108
Reginbertus, & ex eo Comites priores. 109
Elimarus novæ lineæ autor. 100
Wildeshuſana & Hatſtadia linea. 110
Ab Elimaro II. *Oldenburgica linea, & Brochuſana.* 111
Delmenhorſtana linea. 112
Oldenburgica linea. 113
Theodoricus fortunatus. 114
Linea Dano-Holſatica. Chriſtianus I. Rex Daniæ. 115
Linea prior regia. Joannes Rex. 117
Eliſabetha Brandeburgica. Chriſtiernus R. Daniæ. 119
Liberi. Joannes 127. Dorothea Palatina. Chriſtina Lotharinga. 128
Linea ſecunda regia. Fridericus I. Rex. 128
Liberi. Joannes. Fridericus Epiſc. Hildesheimii. 130
Linea Regia Holſatica. Chriſtianus III. Rex. 131
Filiæ 134. Magnus D. Holſatiæ, Rex Livoniæ. 135
Regia linea continuata. Fridericus II. Rex. 137
Filiæ. Ulricus Epiſc. Sverin. & Sleſvicenſis. Joannes. Chriſtianus IV. 140
Liberi. Chriſtianus princeps Daniæ. Ulricus. 148
Fridericus III. Rex. 149
Filiæ. Georgius. 151

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [930] - -
PUBLIC DOMAIN

Christianus V. Rex. *Linea Sonderburgica.* Joannes. 152
Liberi. 153
Sonderburgia linea.. Alexander. Joannes Christianus. Alexander Henricus. Ernestus Guntherus. 154
Georgius Fridericus. Augustus. Phil. Ludovicus. cum liberis. 155
Nordburgia. Fridericus. Joannes Bogislaus. Christianus Augustus. Rudolfus Fridericus. *Glucksburgia.* Philippus. 156
Franciscus Philippus. Christianus. *Plœnensis* s. *Arnspeckia.* Joachimus Ernestus. Joannes Adolfus. 157
Augustus. Joachimus Ernestus. G. Bernardus. *Linea Gottorpina Holsatica.* Adolfus. 158
Fridericus Episc. Slesvic. Philippus. Joannes Frid. Archiepisc. Bremens. Joannes Adolfus. 161
Liberi. Adolfus. Fridericus. 162
Liberi. Christianus Albertus. Adolfus Fridericus. 166
Joannes Episc. Lubecensis. Joannes Augustus. 167
Oldenburgica linea. Gerhardus. Adolfus. Otto. Joannes. 168
Joannes. Georgius. Christophorus. 169
Antonius. *Delmenhorstana linea.* Antonius. 170
Oldeburgica. Joannes. Antonius Guntherus. 171
Sciagraphia. 173

Familia *Palatino-Bavarica*, in qua Comites Schirenses, & Wittelspachii, Comites Palatini Rheni, Duces Bavariæ : tum antiqui Marchiones & Duces Austriæ. p. 175.

Origo. A Carolo M. 175.
Luitpoldus D. Bavariæ. Arnolfus. Eberhardus veterum Austriacorum sator. 177
Arnolfus Schirensis. Bertholdus. Wernerus. Otto I. Babo Abenspergius. Otto II. Otto III. Eccardus. 179
Otto IV. Otto V. Dux Bavariæ. 180

Ludovi-

Ludovicus Com. Palatinus. Otto Illuſtris. Henricus D. Bavariæ inferioris 181
Otto R. Ungariæ. Stephanus 182. Henricus. Joannes. Otto. Ludovicus Severus. 183
Odiorum inter Palatinos & Bavaros ſemina. 184
Linea Rudolfina ſ. Palatina. Rudolfus Elector. 185
Adolfus ſimplex Elector. 186
Rudolfus. Rupertus. Electores. 187
Rupertus junior Elector. 188
Rupertus Imperator. 189
Rupertus Pipanus. 190
Joannes Neoburgicus. Chriſtophorus R. Daniæ & Sveciæ. Otto Mosbacenſis. 191
Linea Electoralis prior. Ludovicus Barbatus Elect. 193
Ludovicus Manſvetus Elect. Rupertus Elect. Colon. Fridericus Victorioſus Elect. 193
Philippus Elector. 196
Liberi. Philippus. Georgius. Henricus. Joannes Epiſcopi. Wolfgangus. 199
Rupertus Virtuoſus. Ludovicus Elector. 200
Fridericus II. Elector. 201
Otto Henricus Elector. 205
Philippus. *Simmerenſis ſ. poſterior Electoralis linea.* Stephanus. 207
Fridericus. 208
Joannes I. Joannes II. 209
Georgius. Richardus. 210
Fridericus III. Elector. 211
Liberi. Ludovicus Elector. 214
Joannes Caſimirus Adminiſtrator. 215
Fridericus IV. Elect. 219
Fridericus V. Elect. 219
Fridericus Henricus. Carolus Ludovicus Elect. 224
Carolus princeps Electoralis. Rupertus. 227
Mauritius. Edoardus. 228
Philippus. Eliſabetha. Luiſa Hollandina. Henrica Maria. Sophia. Ludovicus Philippus. 229

Ludovicus

Ludovicus Henricus. 230
Linea Bipontina. Ludovicus niger. Caſpar. Alexander. 231
Linea Bipontina. Ludovicus. Wolfgangus. 232
Liberi. 234
Linea Neoburgica. Philippus Ludovicus. 235
Iterum Neoburgica. Wolfgangus Wilhelmus. 236
Philippus Wilhelmus 238
Linea Sulzbacenſis. Auguſtus. 239
Chriſtianus Auguſtus. Philippus. 240
Linea Hiltpolſteinia. Joannes Fridericus. *Bipontina.* Joannes. 241
Joannes II. 242
Fridericus. Fridericus Caſimirus *Landspergius.* 244
Fridericus Ludovicus. Carolus. Wilhelmus Ludovicus, *Linea Svecica.* Joannes Caſimirus. 245
Carolus Guſtavus R. Sveciæ. 246
Carolus XI. R. Sveciæ. 248
Adolfus Joannes. 249
Linea Bircofeldia ſ. *Spanheimia.* Carolus. 250
Georgius Wilhelmus. Carolus Otto. Fridericus. 251
Chriſtianus. 252
Chriſtianus II. Joannes Carolus. 253
Linea Veldentia. Rupertus. G. Joannes. Joan. Auguſtus. Ludov. Philippus. Georg. Guſtavus. 255
Joannes Fridericus. Carolus Ludovicus. Leopoldus Ludovicus & filii. 256
Georgius Joannes. *Linea Bavarica.* Ludovicus Imperator. 257
Liberi. Ludovicus Elector Brandeburg. 262
Ludovicus Romanus. Otto Electores Brandeburg. 263
Wilhelmus. Albertus. Wilhelmus. Albertus. Joannes Epiſc. Leod. Jacoba Comites Hollandiæ 264
Stephanus. 265
Linea Ingolſtadienſis. Stephanus. Ludovicus 266
Ludovicus gibboſus. 267
Linea Landshutenſis. Fridericus. Henricus. 268
Ludovicus. 269

Georgius dives. *Linea Monachienſis.* Joannes. 270
Erneſtus. Wilhelmus. 271
Albertus. Filii. 272
Chriſtophorus. Wolfgangus. Albertus. 273
Ludovicus. Erneſtus Archiep. Salisburgenſis. 274
Wilhelmus. 275. Albertus. Ferdinandus. 277
Com. Wartenbergii. Erneſtus Elector Colonienſis. Wilhelmus. 278
Philippus Cardin. Ferdinandus Elector Colonienſis. 279
Linea Electoralis. Maximilianus. 280
Ferdinandus Maria Elector. 286
Maximilianus Philippus. *Albertina linea.* Albertus. Albertus Sigismundus Epiſc. Friſingius. Maximilianus Henricus Elect. Colon. 287

Appendix de Com. *Leonſteiniis.* p. 289

Leonſteiniorum ſ. Lœvvenſteiniorum Origo. Ludovicus Comes. 289
Ludovicus. Wolfgangus Fridericus. 290
Fridericus. Albertus. *Linea Leonſteinia.* Wolfgangus. Henricus. Wolfgangus. 291
Georgius Ludovicus. Marca Chriſtiana. Joannes Caſimirus. 292
Linea Wertheimia. Ludovicus. 293
Ludovicus. Fridericus. Wolfgangus Erneſtus. 294
Linea Virnenburgia. Chriſtophorus Ludovicus. Erneſtus. Joannes Hermannus. 295
Fridericus Ludovicus. Ludovicus Erneſtus. Fridericus Eberhardus. Guſtavus Axel. Albertus. Carolus Ludovicus. 296
Linea Rupifortia. Joannes Theodoricus. 297
Ferdinandus Carolus. 298
Sciagraphia. 269.

Familia *VVitikindea Saxonica*, in qua Duces & Electores Saxoniæ, Marchiones Miſniæ, Comites Wethini. p. 303

Origo. 303

Anglo-

Anglorum Regnum in Britannia majori. 304
Witikindus. 305
Bruno. 306
Cæsares ex Saxonibus. 304
Witikindus junior. Dietgremus. 308
Fridericus. Diethmarus. Theodoricus. Dedo. 309
Fridericus. Theodoricus. Thimo. 310
Conradus Marchio Misniæ. 311
Otto dives. 312
Albertus superbus. 313
Theodoricus. 314
Henricus illustris. 316
Albertus degener. 318
Fridericus admorsus. 321
Fridericus severus. 324
Ludovicus Elector Mogunt. Sigismundus. Baltasar. 326
Fridericus pacificus. Wilhelmus Cocles. 327
Fridericus Strenuus. 328
Wilhelmus dives. 330
Fridericus bellicosus Elector. 331
Sigismundus Episc. Herbipolis. 333
Fridericus placidus Elector. 334. 338
Wilhelmus dives. 335
Linea Ernestina. Ernestus Elector. 339
Albertus Elector Mogunt. Ernestus Archiep. Magdeburg. 341
Fridericus sapiens Elector. 342
Joannes Elector. 345
Joannes Ernestus. 347
Joannes Fridericus Elector. 348
Joannes Ernestus. Ioannes Fridericus III. *Linea Gothana.* Ioannes Fridericus II. 357
Ioannes Casimirus. Ioannes Ernestus. 360
Linea Vinariensis. Ioannes Wilhelmus. 361
Linea Altenburgica. Fridericus Wilhelmus Administrator 363
Ioannes Philippus 364
Fridericus, Ioannes VVilhelmus, Fridericus VVilhelmus 365

Fridericus VVilhelmus. *Linea Vinarienſis.* Ioannes, Ioannes Erneſtus 366
Fridericus, Albertus, Ioannes Fridericus, Fridericus VVilhelmus 367
Bernardus 368
Vinarienſes. VVilhelmus 371
Ioannes Erneſtus 372
Adolfus VVilhelmus, Ioannes Georgius 373
Bernardus, *Gothani.* Erneſtus 374
Liberi, Ioannes Erneſtus. Fridericus 377
Albertus. Bernardus. Henricus. *Linea Albertina.* Albertus Animoſus 358
Fridericus Magiſter Ordin. Teuton. Georgius 385
Ioannes 388
Fridericus 389
Henricus 390
Mauritius Elector 392
Auguſtus Elector 397
Chriſtianus I. Elector 402
Auguſtus. Chriſtianus II. Elector 403
Ioannes Georgius Elector. 404
Ioannes Georgius II. Elector 409
Ioannes Georgius princ. Elector. Auguſtus Adminiſtrator Magdeburg. 410
Liberi. Ioannes Adolfus & fratres 411
Chriſtianus, in Mersburg. Mauritius in Naumburg 412
Sciagraphia. 413

Familia *Zollerio-Brandenburgica*, in qua Electores & Marchiones Brandenburgici, Burggravii Norimbergici. p. 415

Origo. An ex Columniis 415
A Zolleranis, & quidem Taſſilone 416
Zollerani comites. Fridericus ex illis Burggravius Norimberg. 417

Burg-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [936] - -
PUBLIC DOMAIN

Burggravii. Conradus. Fridericus II. 418
Albertus. Ioannes. Fridericus 419
Fridericus V. primus ex his Elector Brandeburg. 420
Liberi 422
Ioannes Alchymista. Fridericus crassus 423
Fridericus II. Elector 424
Albertus Elector 426
Liberi 428
Linea Electoralis. Ioannes Elector 429
Albertus Elector Moguntinus 431
Ioachimus I. Elector 433
Liberi 435
Ioannes sapiens 436
Ioachimus II. Elector 437
Liberi. Fridericus Archiep. Magdeburg. 440
Sigismundus Archiepisc. Magdeburg. Ioannes Georgius Elector 441
Liberi 443. 444
Linea Electoralis. Ioachimus Fridericus Elector 444
Christianus VVilhelmus administr. Magdeburg. 446
Ioannes Sigismundus Elector 447
Liberi 449
Georgius VVilhelmus Elector 450
Fridericus VVilhelmus Elector 451
Carolus Æmilius. Fridericus. Ludovicus 454
Linea Iegerndorfensis. Ioannes Georgius 455
Franconica linea secunda Culmbacensis s. Byruthina. Christianus. Erdmannus Augustus 456
Christianus Ernestus. Georgius Albertus 457
Linea Onoldina s. Anspacensis. Ioachimus Ernestus 458
Fridericus. Christianus. Albertus. Ioannes Fridericus 459
Franconica prior linea. Fridericus 460
Filii 461
Culmbacensis linea. Casimirus 463
Albertus Alcibiades 463
Linea Anspacensis s. Iegerndorfia. Georgius pius 466

Georgius Fridericus 468
Boruſſica linea. Albertus 470
Albertus Fridericus 472
Filiæ 473
Sciagraphia familiæ 474.

Familia *Guelfica*, in qua Duces antiqui Bavariæ & Saxoniæ, Duces Brunſvici & Lunæburgi. p. 476

Origo. Prior VVelfica familia 476
Poſterior VVelfica ſ. Ateſtina 477
Azo Ateſtinus ſ. Eſtenſis, VVelfus D. Bavariæ 479
VVelfus II. Henricus niger. VVelfus III. Henricus ſuperbus 480
Henrics leo 482
Henricus junior C. Pal. Rheni, Otto IV. Imperator 488
VVilhelmus D. Lunæburg. Otto Dux Brunſvic. & Lunæb. 490
Linea Lunæburgica. Ioannes. Otto. Otto. VVilhelmus 491
Linea Brunſvicenſis. Albertus Magnus 493
Linea Grubenhagia. Henricus Mirabilis 494
Henricus junior 495
Otto princ. Neapolis. Erneſtus 496
Fridericus. Otto. Albertus. Ericus 497
Henricus. Albertus. Philippus 498
Erneſtus. VVolfgangus. Philippus 499
Linea Brunſvicenſis. Albertus pinguis 500
Otto largus. Erneſtus Gœtingenſis. Otto malus 501
Otto cocles. Magnus pius 502
Magnus torquatus 503
Fridericus Electus Imperator 504
Linea Lunæburgica. Bernardus 505
Otto 506
Fridericus. Bernardus. Otto 507
Henricus junior 508
Franciſcus. Otto Harburgius. Otto 509

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [938] - -
PUBLIC DOMAIN

VVilhelmus 510
Ernestus 511
Franciscus Otto. Fridericus. *Linea Dannebergia* seu *Wolfenbutelana moderna.* Henricus 512
Iulius Ernestus. Franciscus. Augustus 513
Rudolfus Augustus 514
Antonius Ulricus. Ferdinandus Albertus 515
Linea Cellensis VVilhelmus. Filiæ 516
Ernestus. Christianus. Augustus 517
Fridericus. Magnus. Georgius. Joannes 518
Christianus Ludovicus 520
Georgius VVilhelmus. Joannes Fridericus. 522
Ernestus Augustus Episcopus Osnabrugensis 523
Linea Brunsvicensis s. *Wolfenbutelana prior.* Henricus. Henricus pacificus 524
VVilhelmus senior 525
VVilhelmus junior. *Linea Wolfenbutelana.* Henricus senior 526
Christophorus Archiep. Brem. Georgius Archiepisc. Bremens. Franciscus Episc. Mindensis. Ericus. VVilhelmus 528
Henricus junior 529
Carolus Victor. Philippus Magnus 533
Philippus Sigismundus Episc. Verdensis 535
Ioachimus Carolus. Iulius Augustus. Henricus Iulius 536
Henricus Carolus. Rudolfus. Fridericus Ulricus 539
Christianus Episc. Halberstadius 541
Linea Gœtingia s. *Calenbergia.* Ericus senior 543
Ericus junior 545
Sciagraphia familiæ. 173

Familia *Wirtenbergica*, in qua Duces Wirtenbergiæ & Tecciæ, Comites Montispelicardi, antiqui Domini Beutelspacenses. p. 551

Origo. Emericus major domus Clodovei 551

Eberthalius. Aſtulfus C. Calvenſis. Eberhardus B. Beutelspacenſis 552
Albertus C. VVirtenbergius & Lœvvenſtein. Conradus 553
Comites Grœningenſes & Landavienſes. Eberhardus I. 554
Ulricus cum pollice 555
Eberhardus illuſtris 556
Ulricus 558
Eberhardus contentioſus 559
Ulricus 561
Eberhardus mitis. Eberhardus junior 562
Linea Vracenſis. Ludovicus 563
Eberhardus Barbatus Dux 564
Linea Stutgardiana. Ulricus adamatus 566
Eberhardus II. D. Henricus 568
Linea Ducalis prior. Ulricus 569
Chriſtophorus 574
Eberhardus. Ludovicus 579
Linea Montpelicardenſis ſ. Ducalis ſecunda. Georgius 588
Fridericus 181
Fridericus Achilles 584
Magnus. *Linea Stutgardiana.* Joannes Fridericus 585
Eberhardus 587
Wilhelmus Ludovicus & fratres. Fridericus in Neuenſtatt 589
Fridericus Auguſtus. Albertus. Ferdinandus VVilhelmus. Ulricus 594
Linea Montpelicardenſis. Ludovicus Fridericus 596
Leopoldus Fridericus 597
Georgius 598
Linea Appennagiata ſ. Brentiana. Julius Fridericus 599
Rodericus. Sylvius Nimrodus D. Oelsæ in Sileſia. Ferdinandus Carolus. Sylvius Fridericus. Chriſtianus Ulricus. Julius Sigiſmundus 600
Manfredus. Filii. Julius Peregrinatius. Sveno Martialis Edelnolphus 601
Sciagraphia 602.

Familia

Familia *Badenſis*, in qua Marchiones Badenſes & Hochbergenſes, nec non antiqui Duces Zeringiæ & Tecciæ. p.604

Origo. Quæſita in Veronenſibus 604
Certa ex Zeringiis, qui ex Habſpurgiis 605
Bertholdus Dux Zeringiæ. *Ramus Zeringio-Teccius.* Bertholdus II. Dux 606
Bertholdus III. Dux. Conradus. Bertholdus IV. 607
Bertholdus V. Albertus Teccenſis, & *Teccenſes* Duces reliqui 608
Ramus Hochbergio Badenſis. Hermannus 610
Hermannus I. Marchio Badenſis. Hermannus II. III. 611
Hochbergia Linea. Henricus. Ejus poſteri 612
Hochbergius Ramus 613
Sauſenbergius Ramus 614. 615
Philippus ultimus Marchio Hochbergæ. Joanna 616
Badenſis. Hermannus IV. Hermannus V. Dux Auſtriæ 617
Fridericus D. Auſtriæ. Rudolfus Marchio 618
Rudolfus II. III. Heſſo. Rudolfus Heſſo. Hermannus VI. VII. Fridericus II. Hermannus VIII. 619.
Rudolfus V. Rudolfus VVecker. Fridericus III. Rudolfus Magnus 620
Rudolfus. Rudolfus. Bernardus. Bernardus. Jacobus 621
Bernardus canoniſatus. Joannes Elector Trevir. Carolus 622
Albertus. Fridericus Epiſc. Ultrajectinus. Chriſtophorus 623
Jacobus Elector Trevir. Philippus 624
Badenſis ramus. Bernardus. Philibertus 625
Philippus. Chriſtophorus. Edoardus Fortunatus 626
Albertus Carolus. Hermannus & filii. VVilhelmus 627
Hermannus 628
Leop. VVilhelmus. Ferdinandus Maximilianus. Ludovicus VVilhelmus 629
Durlacenſis ſ. Pforzheimia linea. Erneſtus 630
Bernardus. Albertus. Carolus 631

Jacobus. Ernestus Fridericus 632
Georgius Fridericus 633
Carolus. Christophorus. Fridericus 635
Fridericus 636
Fridericus Magnus. Carolus Gustavus. Carolus Magnus 638
Carolus Fridericus. Gustavus Adolfus abbas Fuldensis 639
Sciagraphia 641.

Familia *Hassiaca*, in qua Landgravii Hassiæ ex ducibus Brabantinis. p. 643

Origo. Tentata ab Hasbaniis 643
Ex Mosellanis 644
Certa ex Ardennatibus. Giselbertus. Raginerus 645
Giselbertus D. Lotharing. Raginerus II. III. Lambertus Barb. C. Lovanii. Lambertus II. 646
Henricus II. Godofredus Barbatus Dux Lotharing. infer. s. Brabantiæ 647
Godofredus II. III. Henricus probus 648
Henricus II. 649
Ramus Brabantinus. Henricus III. 650
Henricus IV. Joannes I. II. 651
Joannes III. & liberi 652
Ex nothis Brabantinis, Domini Bautersheimii, VVitthemii, March. Bergarum ad Somam, Domini & Com. Grimbergii 653
Domini de Tourines. *Hassiacus ramus* 654
Thuringiæ Landgravii 655
Sophia Thuringica 656
Henricus puer Landgr. Hassiæ 657
Otto. Joannes. Ludovicus Episc. Monasterii 658
Henricus ferreus. Hermannus. Ludovicus. Otto Archiepisc. Magdeburgi 659
Hermannus 660
Ludovicus mitis 661
Ludovicus pius. Henricus Marpurgensis, Hermannus Elector Colon. 662

VVilhel-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [942] - -
PUBLIC DOMAIN

VVilhelmus junior. VVilhelmus senior 663
VVilhelmus medius 664
Philippus Magnanimus 665
Liberi. Ludovicus Marpurgensis 674
Philippus Reinfelsius. *Linea Cassellana.* VVilhelmus 675
Mauritius 678
Philippus 684
Hermannus Rodenbergius 685
Fridericus Eschvvegius. Ernestus Reinfelsius 686
Wilhelmus. Carolus. Otto 687
Wilhelmus 689
Wilhelmus. Wilhelmus. Carolus 691
Linea Darmstattina. Georgius. Philippus Buzbacensis 692
Linea Darmstattina. Ludovicus fidelis 693
Joannes Braubacensis. Henricus. Fridericus Cardin. 694
Georgius II. 695
Ludovicus 696
Ludovicus. Georgius in Vehlen. *Linea Homburgia.* Fridericus. Wilhelmus Christophorus in Bingenheim. 697
G. Christianus. Fridericus 698
Sciagraphia 699.

Familia *Vandalica*, in qua reges Herulorum, principes Vandaliæ, Duces Megapolitani, nec non Pomeraniæ, principes Rugiæ. pag. 701

Origo. Ab Anthyrio 701
Reges Vandalorum varii 702
Vandalorum in Hispania & Africa regnum 703
Visilaus. Mistevoius. Micislaus. Grimm & ab eo Rugii principes 704
Mistævo Rex 705
Linea Vandalica. Udo. Godscalcus. Buthue. Henricus 706
Nicolotus. Wartislaus. Pribislaus ultim. Rex Herulorum.

Henricus Burvinus. Henricus junior. Pribislaus. Burvinus Roſtochienſis 707
Ramus Megapolitanus. Joannes Theologus. 708
Henricus Hieroſolymitanus. Henricus Leo 709
Joannes. *Stargardienſis linea* 710
Albertus. Albertus R. Svecorum 711
Henricus. Magnus. Joannes 712
Joannes. Henricus pinguis. Albertus. Joannes. Baltaſar. Magnus II. 713
Henricus pacificus 714
Philippus. Albertus 715
Ludovicus. Carolus. Chriſtophorus 716
Georgius. Joannes Albertus. Ulricus 718
Joannes. Sigiſmundus Auguſtus 720
Linea Sverinenſis. Adolfus Fridericus 721
Chriſtianus. Carolus. Joannes Georgius. Guſtavus Rudolfus 722
Fridericus. Adolfus Fridericus. *Linea Guſtroviana.* Joannes Albertus 723
Guſtavus Adolfus. Carolus. *Ramus Vandalicus.* Nicolotus & reliqui principes Vandaliæ 724
Linea Pomerana. Bogislaus 726
Svantiborus. *Principes Pomeraniæ ulterioris* 727
Bogislaus & reliqui ulter. Pomeraniæ principes 728
Meſtovinus, ultim. eorum 729
Pomeraniæ citerioris. Ratiborus. VVartislaus 730
Bartholomeus. VVartislaus. Caſimirus. Bogislaus 731
Caſimirus II. VVartislaus III. Bogislaus III. Barnimus 732
Barnimus II. *Linea Stettinenſis.* Otto 733
Barnimus M. Bogislaus VII. Caſimirus IV. Svantiborus II. 734
Joachimus. Otto. *Wolgaſtenſis linea.* Bogislaus IV. 735
VVartislaus IV. VVartislaus V. 736
Pomeraniæ Orientalis Duces. Bogislaus V. Caſimirus V. Barnimus V. VVartislaus 737
Bogislaus VIII. IX. 738
Ericus Rex Daniæ & Sveciæ. *Duces Pomeraniæ occident.* Barnimus IV. 739 Bogis-

Bogislaus VI. VVartislaus VI. VIII. Barnimus VI. VII. 740
Wartislaus IX. X. Ericus II. 741
Bogislaus X. 742
Georgius. Barnimus X. 744
Philippus 745
Joannes Fridericus 746
Barnimus II. Casimirus IX. Bogislaus XIII. 747
Ernestus Ludovicus. Philippus Julius. Philippus. Franciscus. Bogislaus XIV. 748
Georgius. Ulricus 749
Sciagraphia familiæ Vandalicæ Megapolitano-Pomeranæ. 750. seq.

Familia *Ascania*, in qua præter antiquos Saxoniæ & Brandenburgi Electores, Duces Saxoniæ Angrivariæ, & principes Anhaltini. p. 754

Origo. Quæsita ab Ascenazo 754
ab Ursinis. Aribertus. Radeboto 755
Vitello. Aribertus Beringerus. Beringerus 756
Poppo. Albertus II. Otto II. Albertus III. Sigfridus. Albertus IV. VVoldemarus 757
Albertus Ursus 759
Stirps Brandeburgia. Otto 760
Otto II. Albertus II. 761
Ioannes. Otto III. 762
Ericus Archiep. Magdeburg. Ioannes II. Otto sagittarius 763
Conradus. Ioannes. VVoldemarus 764
Henricus. VVoldemarus. Ioannes IV. 765
Otto III. 766. Otto longus 767
Hermannus longus. *Stirps Saxonica.* Bernardus 768
Ramus Saxonicus. Albertus 769
Linea Electoralis. Albertus II. Elector 771
Rudolfus Elector 772 Rudolfus II. Elector 773
Wenceslaus. Rudolfus III. Electores 774
Albertus III. Elector 775

Linea

Linea Lauenburgica. Joannes 776
Ericus I. II. IV. 777. Ericus V. 788
Bernardus. Joannes. Ericus Epiſc. Monaſter. 779
Joannes Epiſc. Hildesheim. 780.
Magnus. Franciſcus 1. 781. Magnus 3. & fratres 782
Franciſcus 2. Auguſtus 783
Franciſcus Iulius. Erneſtus Ludovicus 684
Franciſcus Carolus. Rudolfus Maximilianus. Franciſcus Albertus. Franc. Henricus 785
Iulius Henricus. Franciſcus Erdmannus 786
Iulius Franciſcus. *Ramus Anhaltinus.* Henricus 787
Otto Aſcanius 788
Linea Bernburgia. Bernardus 1. 2. 789
Bernardus 3. 4. Henricus. Otto. Bernardus 6. 790
Linea Serveſtana. Sigfridus. Albertus ſen. Woldemarus. Albertus jun. 791
Ioannes. *Cathenſis linea.* Albertus Claudus 792
Adolfus. Wilhelmus Monach. 793
Adolfus Epiſc. Mersburg. *Linea Serveſtana.* Sigiſmund. 794
Georgius ſen. Georgius. Sigismundus. Rudolfus 795
Woldemarus. Wolfgangus 796
Erneſtus. Ioachimus. Georgius 797
Ioannes. Carolus. Bernardus. Ioachimus Erneſtus 803
Bernardus. Ioan. Erneſtus 803
Linea Deſſavienſis. Ioan. Georgius. Ioan. Caſimirus 804
Ioan. Georgius. Georg. Aribertus. Chriſtian Aribertus Com. de Beringhen. *Linea Bernburgia.* Chriſtianus 805
Chriſtianus jun. 806
Victor Amedeus. Fridericus. Wilhelmus 807
Plazkenſis linea. Auguſtus. Erneſtus Gotlieb. Lebrecht. Immanuel. *Serveſtana.* Rudolfus 808
Ioannes. Carolus Wilhelmus & frat. *Cathenſis.* Ludovicus 809
Wilhelm. Ludovicus 810
Sciagraphia 811.

Familia


Familia *Piaſtea*, in qua præter aliquos Poloniæ reges & principes, utriusq; Sileſiæ Duces. 815
Piaſtus 815
Ziemovitus. Leſcus. Ziemomislus. Micislaus 816
Boleslaus Chrobri Rex 817. Micislaus. Otto 818
Caſimirus 819. Boleslaus audax 820
Uladislaus Hermannus 821. Boleslaus Crivouſtus 822
Filii 823. Boleslaus 824
Leſcus albus. Henricus princ. Sendomir. *Stirps Micislai Polonica Poſnanienſis.* Micislaus 825
Uladislaus Laſconogus. Otto. Uladislaus Sputator 826
Boleslaus pius Caliſienſ. Præmislaus. Præmislaus Rex 827
Stirps Caſimiri Polonica & Mazoviana. Caſimirus 829
Leſcus albus. Boleslaus pudicus 830
Caſimirus D. Mazoviæ 831
Ramus Lencicienſis. Caſimirus. Leſcus niger. Ziemomislus 832
Caſimirus. Uladislaus albus. Uladislaus Locticus 833
Caſimirus Magnus 834
Ramus Mazovius. Ziemovitus. Conradus 837
Boleslaus. Wenceslaus. Troidenus. Ziemovitus. Ziemovitus 838
Warzovienſis ramus. Ianus. Boleslaus. Ianus 839
Conradus. Ioannes. Stanislaus. *Ramus Ploce ſis & Ravenſis.* Ziemovitus. Caſimirus. Ziemovitus 840
Uladislaus. Ziemovitus. Uladislaus. *Stirps Vladislai Sileſia.* Uladislaus 841
Conradus Laſconogus. *Sileſiæ infer.* (ita legi debebat) *Duces.*
Iaroslaus. Henricus Barbatus 843
Boleslaus Lebuſienſ. Conradus Criſpus Sagan. Henricus pius 844
Uladislaus Archiep. Salisburgius. Henricus Uratislavienſis. 845
Henricus probus Uratislavienſ. 846
Ramus Lignicius. Boleslaus Calvus 847
Bernardus agilis. *Linea Lignicia.* Henricus Craſſus 848
Uladislaus 849
Henricus Uratislavienſ. Boleslaus Lignicius 850
Wenceslaus Lignic. 851
Rupertus. Wenceslaus Epiſc. Uratislav. Ludovicus 852

Henri-

Henricus Stigmatias. Ludovicus 853
Henricus Lubenſis. Ludovicus 854
Ioannes. Fridericus 855. Ioan. Georgius. Fridericus 2. 856.
Fridericus 3. 857. Henricus 858
Fridericus 4. Georgius Briegenſis 859
Ioan. Georgius. Ioachimus Fridericus 860
Georg. Rudolfus. Ioan. Chriſtianus 861
Georgius. Ludovicus. Chriſtianus 862. Georg. Wilhelmus 863
Auguſtus C. Lignic. Sigiſmundus Baro 865
Linea Svidnicio Monſterbergia. Boleslaus ſ. Bulco. Bernardus 866
Boleslaus. Henricus Iaueranus. Boleslaus 867
Nicolaus parvus. Boleslaus. Ioannes. HENRICUS 868
Ramus Glogovius. Conradus 869
Primislaus. Conradus. Henricus fidelis 870
Primislaus. Ioannes. *Linea Sagano-Glogovia.* HENRICUS 871
HENRICUS ferreus. Henricus ſenior. HENR. Rapoldus 872
HENR. paſſer. HENR. Rapoldus. HENRICUS P.P. HENRICUS 873
Ioannes Saganius 874
Ioannes 875. Saganum venditum. *Linea Steinavia Olsnenſis.*
Conradus 876
Conradus 2. Conradus 4. Wenceslaus 877
Conradus 3. Conradus Albus. Conradus niger 878
Sileſia ſuper. Duces. Micislaus. Caſimirus. Uladislaus. Mislaus 879
Micislaus. Iacobus *Troppavienſis.* Premisl. & Leſcus *Ratibor.* 880
Ramus Teſchinenſis. Uladislaus. Semovitus. *Linea Auſchwvizia.*
Ioannes. Conradus. Caſimirus, Ioannes. Ioannes. *Linea Teſchinenſis.* Caſimirus 3. 881
Semovitus. Primislaus. Boleslaus. Wenceslaus 882
Wenceslaus 2. Uladislaus. Primislaus. Boleslaus. Caſimirus 4. 883
Wenceslaus 3. Wencesl. Adamus. Adam. Wenceslaus. Fridericus Wilhelmus 884
Ramus Oppolienſis. Boleslaus 1. 2. 3. Uladislaus 885
Boleslaus 4. 5. 6. Bernardus Falcoburgius. Ioannes. Nicolaus 886
Nicolaus. Ioannes. Henricus 887
Sciagraphia 888.

FINIS.


GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [948] - -
PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [949] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [950] - -

PUBLIC DOMAIN




GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [951] - -

PUBLIC DOMAIN



Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67 ;Leibn. Marg. 67, [952] - -
PUBLIC DOMAIN
GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [953] - -


PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [954] - -

PUBLIC DOMAIN



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 67;Leibn. Marg. 67, [955] - -
PUBLIC DOMAIN